1566

NAZIONALE
R. BIBLIOTECA
CENTRALE V.E. II
ROMA
M 8
48 B
20

8.46.B.20

Ex Bibliotheca Collegij
S. Vincentij et Anastasij in Trivio
Clericorum Regularium Minorum

Digitized by Google

DECLARATIO QVOD SVMPTIO EVCHARISTIAE SVB VNICA PANIS SPECIE, NEQVE CHRISTI PRAECEPTO

aut inſtitutioni aduerſetur, neq; minùs fructuoſa ſit, quàm communio ſub vtraq́; panis & vini ſpecie: cum diſſolutione eorum quæ contrà adferuntur.

AVTHORE IOANNE HESSELS à Louanio, Regiò Sacræ Theologiæ Profeſſore, in Academia Louanienſi.



LOVANII,

Apud Ioannem Bogardum, Sub Biblijs Aureis. Anno 1566.

PRIVILEGIVM.

CAutũ eſt Regiæ Maieſt. Priuilegio, ne quis intra octo proximos annos præter Ioannem Bogardum imprimat, nec alibi impreſſum diſtrahat, Opuſculum De cõmunione ſub vnica ſpecie, Authore Ioanne Heſſels à Louanio, ſub pœna in Priuilegio contenta.

Datum Bruxellæ 7. Septemb. Anno 1565.

Subſig. De Langhe.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, AC ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, D. MAXIMILIANO

liano à Bergis, Archiepiſcopo & Duci Cameracenſi, ſacri Imperij Principi, & Comiti Cameraceſij, etc.

IOANNES HESSELS A LOVANIO æternam ſalutem precatur.

AMICORVM Quorundã inſtinctu, Ampliſsime Præſul, quædam horis ſucciſiuis collegi circa articulũ religionis noſtræ De communione ſub vna vel vtraq; ſacramenti Euchariſtię ſpecie: idque eò libentiùs, quòd animaduerterem

hæreticos noſtri temporis huius articuli tractatione illudere his, qui ſibi literati & ſacrarum ſcripturarum nõnihil periti videntur: ſicuti rudi vulgo imponunt, mentientes Catholicos docere creaturæ ſeruitutem & idololatriam, dum docēt Sanctorum inuocationem, & ſacrarum imaginum vſum. Dum igitur mecum expēderem, cui hoc meum opuſculum contra calumnias eorum, qui ipſi nihil præſtare, ſed aliorũ labores arrodere probè nôrunt, defendēdum dedicarem, imprimis Reuerēdiſs. Tua Paternitas occurrit, quam mihi quod poſtulo, & poſſe & velle præſtare, planè perſuaſum eſt, idque vel hoc vno argumēto. Defenditur enim hoc opuſculo id, quod primùm à generali Concilio Conſtantienſi,

& multis Romanis Pontificibus, atque nouiſsimè in Tridētina ſynodo, etiam generali, definitum ac firmatum eſt. Quis verò in noſtris regionibus tēporibus his periculoſis magis R. T. Paternitate Tridentini Cōcilii definitiones & decreta ſuſcipit atque tuetur? Primus in noſtra Belgia Chriſti ſpiritu excitatus, & per eum vanis terriculamentis hominum, non quæ ſunt Ieſu Chriſti, ſed ſua quærentium, nequaqam deterritus, magno animo Cōcilium Prouinciale, ad plenam ſuſceptionem atq; executionē Tridentinę ſynodi inducendū, conuocaſti et celebraſti: priùs vtiq; celebraturus, ſi impedimenta (vt fit) nō incidiſſent. Qua in re (quēadmodum qui primus aliis iter demonſtrans, glaciem ſcindit) ſyno-

dorum pòſt futurarum, tàm Prouincialiũ quàm Diœceſanarum, & fructuum ex eis prouenturorum, author & veluti parens effectus es. Tantarum igitur rerũ parentis authoritas, non tantùm ſtudioſorum qualemcunq; laborem defendere, ſed & omnibus gratũ facere, ſi ita iudicârit, facilimè poteſt. Quare hunc meum qualemcunque laborem R. T. P. commendo: quam precor Dominus noſter Ieſus Chriſtus in omnibus dirigat, atq; diu Eccleſiæ ſuæ incolumẽ cuſtodiat. Louanii ex minori Collegio Theologorum.

Anno Dominicæ incarnationis 1565. die 3. Septembris.

R. T. P. Deditiſsimus.

Ioannes Heſſels à Louanio.

INDEX SCRIPTVRARVM VETERIS ET NOVI TESTAMENTI, IN HOC OPVSCVLO explicatarum.

Capite | Folio

EXODI.

20. NON aſcēdes per gradus ad altare meū, ne reueletur turpitudo tua. 138.

LEVITICI.

17. Homo ſi comederit ſanguinem, obſirmabo faciē meam contra animam illius, etc. 65. & 66.

NVMERORVM.

9. Præcepit Moyſes filijs Iſraël, vt facerēt Phaſe. 12.

DEVTERONOMII.

22. Cùm ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum, etc. 138.

PSALMO.

2. Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: Seruite domino in timore etc. 237.

68. Dederunt in eſcam meam fel. 198.

ZACHARIAE.

13. Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus ſum etc. 236.

MATTHAEI.

26. Non bibam amodo de hoc genimine vitis, vſque

in diem illum etc. 27.& 28.

LVCAE.

11. Phariſæus cœpit intra ſe reputans dicere, quare non baptizatus eſſet ante prandium, etc. 148.
22. Hoc facite in meam commemorationem. 10.
vlt. Et factum eſt, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum. 94. & aliquot ſequentibus.

IOANNIS.

6. Qui venit ad me, nõ eſuriet: & qui credit in me, non ſitiet vnquam. 166.
Ibi. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis, etc. 28. & aliquot ſequentibus.

ACTORVM.

2. Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione, & fractione panis, & orationibus. 99. & 100.
15. Vt abſtineãt ſe à cõtaminationib⁹ ſimulachrorũ, & fornicatione, & ſuffocatis, & ſanguine. 208.
20. Vna autem ſabbati, cùm cõueniſſemus ad frangendum panem etc. 102,
27. Cũ hæc dixiſſet, ſumẽs panẽ, gratias egit Deo in cõſpectu oĩm: & cũ fregiſſet, cœpit mãducare. 101.

I. AD CORINTHIOS.

9. Factus ſum Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer, etc. 206.

Nónne

10. Nōne qui edūt hoſtias,participes ſunt altaris? 18.
Ibi. Patres noſtri omnes eundē potum ſpiritualem biberunt. 26.
11. Hoc facite,quotieſcunque bibetis, in meā commemorationem. 13.
Ibi. Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis,etc. 16.& 74.
Ibi. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat,& de calice bibat. 16.& 25.

AD GALATAS.

2. Sed neque Titus qui mecum erat,cùm eſſet Gentilis,compulſus eſt circuncidi,etc. 147.

INDEX ARGVMENTORVM, quæ ex ſcriptura ſacra pro neceſsitate communionis ſub vtraq; ſpecie adducuntur, atque hoc opuſculo ſoluuntur.

1. Chriſtus in nouiſſima cœna omnibus Apoſtolis vtramq; ſpeciem dedit:ergo etc. 1.
2. Chriſtus inſtituit ſanguinem ſuū ſub ſpecie vini in potum fidelium:ergo etc. 5.
3. Chriſtus porrecto Apoſtolis calice,dixit:Bibite ex hoc omnes:ſicuti porrecto corpore, dixit:Accipite & manducate:ergo etc. 6.
4. Chriſtus dixit Apoſtolis:Hoc facite in meā commemorationē : ergo Apoſtolorum ſucceſſores ſacerdotes

cerdotes ex hoc Chriſti mãdato idem facere debent, quod in ea cœna fecit Chriſtus, etc. 8.
5. Chriſtus præcepit hoc ſacramentum ſumi in ſui memoriam: quod Paulus interpretatur de morte domini annuntianda: Sed mors Domini ſumptione vnius ſpeciei panis annuntiari non poteſt: ergo etc. 15.
6. Apoſtolus dicit. 1. Cor. 11: De pane illo edat, & de calice bibat: Ergo mãdat vtrãq; ſpeciẽ ſumere. 25
7. Apoſtolus 1. Cor. 10. de figura huius ſacramẽti loquens, dicit omnes patres eundem potũ ſpiritalem bibiſſe de petra, quæ erat Chriſtus: Igitur et nũc omnes Chriſtiani de calice domini, per aquã de petra profluentem ſignato, bibere debent. 26.
8. Dominus dixit in cœna, ſe non amplius bibiturum de genimine vitis, ſed nouum illud cum diſcipulis bibiturum: Igitur omnes fideles videntur obligati, vt ſanguinem Domini ſub ſpecie vini bibant, quô Chriſti prædictio in corpore eius myſtico, quod eſt Eccleſia impleatur. 27.
9. Dominus dixit Ioannis 6: Niſi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: Igitur neceſſe eſt, vt quicunq; volunt habere vitam, edant corpus domini ſub ſpecie panis, & bibant eius ſanguinem ſub ſpecie vini. 28.

INDEX SENTENTIARVM,

quæ ab aduerſarijs ex Veteribus pro eadē re adſeriũtur, & in hoc libro enucleãtur.

ALGERVS, *Folio.*

Lib.2.de veritate corporis & ſanguinis dominici in Euchariſtia,cap.8.

Nec caro ſine ſanguine, nec ſanguis ſine carne iure communicatur. 71.

Chriſtus corpus ſuũ & ſanguinē diuiſim cõſecrauit & dedit etc.ad diſcretionē figuræ,vt panis dum dētibus teritur,carnē Chriſti in paßione attritã,& dũ vinũ in ora fideliũ funditur,ſanguinē de latere Chriſti fuſum ſignaret. 79.80.81

AMBROSIVS,

In 11.caput 1.ad Corinthios.

Teſtamentũ ſanguine cõſtitutũ eſt,quia beneficij diuini ſanguis,teſtis eſt:in cuius typum nos calicē myſticũ ſanguinis,ad tuitionē corporis & animæ noſtræ percipimus etc. 82.

Cap.9.de his qui myſterijs initiantur.

Illis aqua de petra fluxit, tibi ſanguis è Chriſto etc. 91.& 92.

AVGVSTINVS.

Quæſtione 57.ſuper Leuiticum.

A cuius ſacrificij ſanguine in alimentũ ſumēdo, nõ ſolũ nemo prohibetur,ſed ad bibēdũ poti' omnes exhortãtur,qui volũt habere vitã etc. 63.& 64.

In ſermone de ſacramẽtis fideliũ:cuius partẽ recitat Beda in 10.caput. 1.ad Corinth.

Simul hoc ſumimus,ſimul bibimus , quia ſimul viuimus, 68.

BEDA.

Homil.infra octauam Epiphaniæ.

Lauat nos Chriſtus à peccatis noſtris quotidie in ſanguine ſuo etc.cũ corpus & ſanguis illius,nõ infideliũ manibus ad perniciẽ ipſorũ funditur & occiditur,ſed fideliũ ore ſuã ſumitur in ſalutem. 78.

CHRYSOSTOMVS.

Homil.18.in 2.ad Corinthios.

Eſt vbi nihil differt ſacerdos à ſubdito, vt quãdo fruendum eſt horrendis myſterijs etc. 67.

Conciliũ Turonicũ,iuxta citationẽ Iuonis.

Sacra oblatio,quæ ad viaticũ recedẽtibus de ſeculo reſeruatur,intincta debet eſſe in ſanguine etc. (49.&.50

CYPRIANVS.

Epiſtola 3.libri.2.

In calice domini ſanctificãdo & plebi miniſtrãdo nõ hoc faciũt,quod Ieſus Chriſtus Deus & Dominus noſter,huius ſacrificij author & doctor fecit & docuit. 59.

Epiſtola 2.libri 1.

Quos excitamus & hortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquamus,ſed protectione ſanguinis & corporis Chriſti muniamus etc. 61.

In ſermone de cœna domini, q ei aſcribitur.

Lex eſum ſanguinis prohibet, Euãgeliũ præcipit vt bibatur. 63.

GELASIVS.

De conſe.diſt.2.Capit.Comperimus.

Comperimus, quòd quidã ſumpta tantummodo corporis ſacri portione, à calice ſacrati cruoris abſtinent etc. 44.& 45.

GREGORIVS.

Lib.4.dialogorum, cap.58.

Eius ibi corpus ſumitur, eius caro in populi ſalutem partitur, eius ſanguis non iam in manus infidelium, ſed in ora fidelium funditur. 76.& 77.

Homil.Sabbati poſt Paſcha.

Sanguis ſuper vtrũq; poſtẽ ponitur, quando non ſolũ ore corporis, ſed etiã ore cordis hauritur etc. 93.

HAYMO.

In 10. caput 1. ad Corinthios.

Calix appellatur communicatio, quaſi participatio, quia oẽs cõmunicãt ex illo, parteq́; ſumunt ex ſanguine domini, quẽ continet in ſe. 88.

HVGO DE S. VICTORE.

Cap.7. de myſterijs Eccleſię.

In vtraq́; ſpecie ſumitur, ad ſignificandũ quòd duplex eſt effectus huius ſacramẽti etc. 83.

Chriſtus vtrũq; ſumi voluit, vt corpus noſtrũ, & anima ſimul noſtra cum eo glorificetur. Ibidem

LAN-

LANFRANCVS.

In li.de ſacram.Eucha.fol.12.fa.2.

Dum frangitur hoſtia,dum ſanguis de calice in ora fidelium funditur: quid aliud quàm dominici corporis in cruce immolatio,eiuſq; ſanguinis de latere effuſio deſignatur? 79.& 80.

PASCHASIVS.

Cap.19.de corpore & ſanguine domini.

Nec caro ſine ſanguine,nec ſanguis ſine carne iure,communicatur etc. 69.70.& 71.

Cap.15.eiuſdem libri.

Chriſtus dicit:Accipite & bibite ex hoc omnes, tàm miniſtri quàm & reliqui credentes. 71.

THEOPHILACTVS.

In 11.cap.1.ad Corinthios.

Tremendus hic calix cunctis pari ratione eſt traditus. 67.& 68

ERRATA

ERRATA PER NIMIAM *feſtinationem admiſſa, ſic corrigito.*

Folio 4. fac 2. verſu 21. lege, imitandũ. fo. 11. fa. 2. ver. 4. poſt (cõmemorationẽ) ſic lege, ſubnectit: Hoc facite, quotieſcunq; bibetis, in meã commemorationẽ: & , Quotieſcunq; manducabitis etc. fo. 16. fa. 2. v. 12 le. eductũ. fol. 55 fa. 2. v. 14. le. vnitatis. Fol. 58. fa. 1. v. 23. le. quæ antè damnanda eſſe ignorabat. fo. 80 fa 2. v. 1. poſt (nihil) interpone eſt fol. 90. fa. 2. v. 2. le farina. fol. 91 fa 2 v. 18. le. eundẽ cibũ. fo. 100. fa. 2. v 7. le. ſanctificatione. fo. 101. fa. 1. v. 2. le. Actuum 27 Et v. 6 le. animum. fo. 108 fa. 2. v. 25. in fine adde, niſi. Fol. 110. fa. 1. v 12. le. torſione. Et fa. 2. v. vlt le dicentẽ. fo 114. fa. 2. v. 21. le. circumſpectior. fo. 130. fa. 2. v. 13 le tàm ſub ſpecie panis, quàm ſub ſpecie vini etc. fol 135. fa 2. v 12 le. calidarũ. fo. 144. fa. 2. v. 19. poſt (hodie) interpone, Cõcilij. fo. 146. fa. 2. v. 10. poſt (baptiſmate) interpone, tertiò. fo. 150 fa. 2. v. 1 poſt (propagatur) lege ſic: illum, inquam, errorem ac hæreſim non vult attendi, & communione ſub vna ſpecie facto ipſo hæreſim eſſe oſtendi: & ad hoc etc. fo. 157. fa. 1. v 25. lege, ipſis. fo. 158. fa. 2. v. vlt. le. cõfiteamur. fo. 164 fa 2 v. 24. le. vita. fo. 169. fa 2. v. 25 lege ſic quantum ille, tantum iſte. fo. 173. fa. 2. v. 19. le. muniri. fo. 193 fa. 2. v. 17. le. Meũ corpꝰ. fo. 200. fa. 1. v. 26 le. ſubdito fo. 204. fa. 1. v. 4. in margine lege potentes. fo 207. fa. 1. v 2 le. condemnãda. fo. 210. fa. 2. v. 4. le. diſcrepare. fo 224. fa. 1. v. 2 . le. poſtulatur fo 225. fa. 2. v 20 le audeat. fo 228 fa. 1. v. 23. l. cõfutans. fo. 233. fa. 2. v. 27 le. hinc. fo. 234. fa. 1. v. 5. lege volẽt. fol. 238. fa 2 v. 14. le multiſq;. fo 240. fa. 2. v. 5. l. ſunt. fo 244. fa. 2. v. 6. Sanaballetis. fo. 249. fa. 2 v. 21. lege alienum. Et v. 26. ante (nũc) præpone, &.

Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite et manducate: Hoc eſt corpus meũ quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicẽ poſtquam cœnauit, dicẽs: Hic calix nouum Teſtamentum eſt in meo ſanguine. Hoc facite, quotieſcunque bibetis, in meam commemorationem.

DE SVMPTIONE EVCHARISTIAE, SVB VNICA SPECIE PANIS:

AVTHORE IOANNE HESSELS à Louanio, Sacræ Theologiæ Profeſſore Regio. in Academia Louanienſi.

SATIS clarè ex ſcriptura ſacra, & veterum ſimul ac recentiorum Catholicorũ Doctorũ ſcriptis conſtat, non eſſe in ſacris literis à Domino Chriſto Laicis prohibitum, bibere dominicum ſanguinem ſub ſpecie vini, aut ſub vtraque ſpecie Sacramenti communicare. Sed & ante Synodum Conſtantienſem, & hodie quidam conátur docere, præceptum eſſe à Chriſto in ſcriptura diuina, vt Laici, dum corpori domini ſub ſpecie panis communicant, etiam calicem ſumant, ſiue vt omnes cõmunicantes vtráq;

Sacramenti ſpeciem accipiát. Nos igitur, vt hũc religionis noſtræ articulũ cõgruo ordine, Deo donãte tractemus, & contra aduerſariorũ petulantiá defendamus, primũ profe remus vniuerſa loca ſcripturę, ex quibus ad uerſarij ſuá ſententiam conãtur ſtatuere: & oſtendemus, ſcripturá tale præceptum non habere, imò indicare, Chriſtũ hoc non præcepiſſe. Secundò docebimus ex patribus Eccleſiá veterẽ nullo modo ſenſiſſe, cõmunionem vtriuſq; ſpeciei à Chriſto eſſe præceptam: & diluemus illas ſanctorũ Patrum ſententias, quas aduerſarij ad ſuá ſententiam ſtatuendá citant. Tertiò oſtendetur, nõ plus eſſe ſpiritalis fructus ex vtráq; ſpecie Sacramenti ſumpta, quàm ex altera. Quartò verò demonſtrabitur, non licere cuiquam ſuperiori, illis annuere vſum calicis, qui eum ex errore petunt: videlicet quia putant, vel à Chriſto præceptam eſſe vtriuſque ſpeciei communionem, vel ex hac plus eſſe fructus ſpiritalis, quàm ex ea quæ ſub altera tantùm ſpecie fit. Atque in huius membri tractatione, aliquid de calice Catholicis concedendo adiiciemus.

Diuiſio totius libri in 4. tractatus

ARGV-

ARGVMENTA ADVERSARIORVM, QVAE EX SCRIPtura ſacra pro neceſsitate cōmunionis ſub vtráq; ſpecie adducūt, cum eorum ſolutionibus.

TRACTATVS PRIMVS.

PRIMVM igitur ab exēplo Chriſti probát aduerſarij, vtriuſq; ſpeciei ſumptionē cōmunicantibus eſſe neceſſariá. Chriſtus enim, inquiunt, omnibus Apoſtolis in cœna nouiſſima dedit vtráq; ſpeciē. *Primū argumentū ex ſcriptura ſacra.* Reſpōdeo: Rectè dicit Iuriſcōſultus, nō exēplis, ſed legibus iudicandū. *Reſpōſio.* Ab exēplo enim ſumpta argumētatio, fit per locū à ſimili, qui non tá ad aliquid de quo quęritur docendum, ſiue ſtatuēdum, quàm ad id quod iam eſt ſtatutū & firmum, illuſtrádum, à Dialecticis vtilis eſſe traditur. Facilimū enī eſt, vt ea quę in multis ſunt ſimilia, in re de qua diſceptatur ſint diſsimilia. Liquidò apparet (inquit Aug.) quādo primū acceperūt diſcipuli corp⁹ & ſanguinē dñi, nō eos accepiſſe ieiunos: Nūquid tamē ꝓpterea calūniádū eſt vniuerſæ Eccleſiæ, q̄ à ieiunis ſemp accipitur? Et hoc enī placuit Spiritui ſ. Epiſt. 118 cap. 6.

 vt in

vt in honorẽ tanti Sacramẽti in os Chriſtiani priùs dominicum corpus intraret, quàm exteri cibi. Nam ideo per vniuerſum orbem mos iſte ſeruatur. Neq; enim quia poſt cibos dedit dominus, propterea pranſi aut cœnati fratres ad illud ſacramentum accipiendum conuenire debent: aut ſicut faciebant, quos Apoſtolus arguit & emendat, menſis ſuis iſta miſcere. Oſtẽdit autem Auguſtinus diſsimilitudinem, cur Chriſtus non ieiunis dederit corpus ſuum & ſanguinem, & Eccleſia nõ niſi ieiunis. Nãq; Saluator, inquit, quô vehementiùs commẽdaret myſterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus & memoriæ diſcipulorum, à quibus ad paſsionem digreſſurus erat.

Ibidem.

Similiter videmus, Chriſtum ante corporis ſui cõſecrationem ſeorſum gratias egiſſe, & ſeorſum ante calicis cõſecrationem non prius ex vino ſanguinem ſuum ſacraſſe, quàm omnes corpus ſumpſiſſent: cùm tota Eccleſia vtrumq;, vnica gratiarum actione præmiſſa, conſecret, & nulli ſumant corpus, antequam ſacratus ſit ſanguis. Alia enim ratio fuit in cœna illa nouiſsima, alia nunc eſt in fidelium communione. Dandum erat corpus Domini inter cœnandum (ſicut

Cur Chriſtus diſtribuerit corpus ſuum inter cœnãdum.

Matthæus

Matthæus & Marcus datum teſtantur) vt intelligeretur,eſum dominici corporis apud Chriſtianos,figuratum per eſum agni Paſchalis apud Iudæos:& ita Chriſtianis præcipi eſum dominici corporis,ſicut Iudæis prȩceptus fuit eſus agni. At poſt cœnam illam, mora aliqua interpoſita,dandus erat dominicus ſanguis (ſicut poſtquam cœnatũ fuit, datum teſtantur Lucas & Paulus)tanquam poculum valedictionis poſtremæ,& de abitu domini contriſtatis ſolatium. Ideoq; circa eius conſecrationem, aliquantulum diſtantem à conſecratione corporis, iteranda erat gratiarum actio. Hinc etiam ratio haberi poteſt, cur Matthæus notanter ſcribat, omnes tunc præſentes ad bibendum poculum Domini inuitatos fuiſſe, & Marcus notet,omnes bibiſſe ex poculo;quia dominus vltimo hoc & precioſo poculo omnibus valedicere, atque omnium triſtitiam leuare voluit. Vnde cantat Chorus Eccleſiaſticus: Dedit fragilibus corporis ferculum,dedit & triſtibus ſanguinis poculũ, dicens:Accipite quod trado vaſculum: Omnes ex eo bibite. At hæc ratio in hodierna fidelium communione locum non habet. Iam enim nõ à triſtibus ob futuram Chriſti

Mat. 26. Mar. 14.

Sanguis dominicus,tanq̃ poculũ valedictionis, poſt cœnã à Chriſto Apoſtolis datus.

In hymno de venerabili Sacramẽto,qui incipit, Sacris ſolẽnijs etc.

paſsionem & mortem, ſed à lætis, ob mortem noſtrã per Chriſti mortem extinctam, vt mortis eius & reſurrectionis participes ſimus, hoc Sacramentum ſumitur. Nec per Sacramentum hoc Chriſto abeunti triſtes valedicimus, ſed ad nos venienti, & in nobis manenti, atque in cœlo regnanti ad patris dexteram, plurimùm gratulamur. Vnde etiam in cœna ſolus Chriſtus expreſsè legitur ante communionem gratias egiſſe, non Apoſtoli. At nunc non ſolus ſacerdos, ſed & omnes fideles gratias agere iubentur ante communionem: quia aliud lætis de Chriſti regno & deuicta morte, aliud triſtibus de futura Chriſti morte atque miſeria conuenit. Nunc locum habet quod Aaron dixit Moyſi, dum ſe excuſaret de non comeſta hoſtia holocauſti, dum mortui eſſent filij
Leuit. 10 eius diuina plaga: Quomodo, inquit, potui comedere eam, aut placere domino in cæremonijs mente lugubri?

Deinde vt non ſit diſſimilitudo inter poſtremam Domini cœnam, & hódiernam fidelium communionem: adhuc non conſequitur, Dominum præcepiſſe ſumptionem vtriuſque ſpeciei omnibus communican-

municantibus. Sicut enim non omne quod in moribus ipſe præſtitit, ab omnibus Chriſtianis exigit: (Ipſe enim virgo caſtiſsimus fuit, & ita pauper, vt nec vbi caput ſuum reclinaret, haberet: & tamen non omnes tales eſſe præcepit.) Ita non exigit ab omnibus, in Sacramentis ea ſeruare, quæ ipſe ſeruauit. Ideò, inquit Auguſtinus, non præcepit, quo deinceps ordine ſumeretur, vt Apoſtolis, per quos Eccleſias diſpoſiturus erat, ſeruaret hunc locum. Nam ſi hoc ille monuiſſet, vt poſt cibos alios ſemper acciperetur, credo quòd eum morem nemo variaſſet. Cùm verò ait Apoſtolus, de hoc Sacramento loquens: Propter quod fratres, cùm conuenitis ad manducandum, inuicem expectate: Si quis eſurit, domi manducet: vt non ad iudicium conueniatis: ſtatim ſubtexuit: Cætera autem cùm venero, ordinabo. Vnde intelligi datur, quia multùm erat, vt in Epiſtola totum illum agendi ordinem inſinuaret, quem vniuerſa per orbem ſeruat Eccleſia, ab ipſo ordinatum eſſe, quod nulla morum diuerſitate variatur. Hæc Auguſtinus. In cœna Chriſtus panem fregit, & cuilibet partem porrexit, & ex vno vaſculo biberunt omnes: An

Nō omnia Chriſti geſta omnibus Chriſtianis neceſſariò imitanda.

Loco ſuprà allegato.

1. Cor. 11.

igitur & hoc culpabunt hæretici, quòd nunc in Eccleſia catholica quilibet vnũ panem, hoc eſt, vnum corpus domini ſumit, ſub forma parui quidem, ſed integri panis? Etiam apud eos, qui ſchiſmaticè communicant ſub vtraq; ſpecie, non bibũt omnes de vno vaſculo, nec de eodem vino. Putant tamen, ſe bellè Chriſti exemplum ſequi. Omitto nũc, quòd ſæpè quidam cupiunt communicare, alijs præſentibus & nõ cupientibus. Si ergo

Abſurda

in omnibus ſequi oporteret Chriſti exẽplũ, ſemper omnes præſentes communicare deberent. Imò ſolis viris communicare licebit dominico corpori: quandoquidem Chriſtus non niſi viris porrexit. Aliud igitur eſt in dominico facto facti ſubſtantia, aliud accidentia, quæ extrinſecus concurrunt. Conſecratio, oblatio & ſumptio ad ſubſtãtiam rei pertinẽt: at fractio etc. ad accidẽtia. Sic & aliud eſt, quod Chriſtus in factis ſuis omnibus inuitandũ præcipit, aliud quod nõ ab omnibus exigit. Legim⁹ Chriſtũ baptizaſſe ſicuti Ioãnẽ, qui in flumine Iordanis abluebat homines, quomodo etiã Philippus Eunuchum baptizauit: Vnde Chriſtus baptizatos, lotos vocat: Nũquid ergo, qui aquà tantum tincti ſunt, & nõ loti, quomodo & nũc infantes & olim

Aliud in dominico facto facti ſubſtantia, aliud accidentia.

Ioan 13.

olim infirmi adulti in lecto extremę ęgritudinis baptizabãtur,baptizati dicẽdi nõ ſunt? Vtique ſi Chriſtus tantùm lotionem, & integri hominis immerſionem baptiſmum appellaret,baptizati nõ eſſent.Sic in ſcripturis expreſsè nõ legũtur aliqui ab hęreticis manifeſtis baptizati, ſed ſolum à Catholicis, vel qui boni diſcipuli Chriſti habebantur:Nunquid ergo cũ Donatiſtis ſentiendũ eſt, baptiſma non eſſe, quod à manifeſtis hæreticis confertur? Vniuerſa doctrina Eccleſiæ & omnia ſacramenta euertentur, ſi putemus requiri omnia ad celebrationem ſacramentorum hodie,quæ in ſcripturis in eorum celebratione adfuiſſe leguntur. Nota.

Secundũ argumentũ faciũt ex Chriſti inſtitutione, qui ſanguinem ſuum ſub ſpecie vini,in potum fidelium inſtituit. Sed aliud eſt, inſtitutum eſſe aliquid à Deo in vſum aliquem,aliud omnibus præceptum eſſe, vt ad eum vſum re ipſa vtantur. Inſtitutum eſt à Deo matrimonium ad procreationem hominum:ſed non omnibus pręceptum eſt, vt coniugium amplectantur, aut ſi coniugium amplexi fuerint,vt procreandis liberis dent operã. Licitum eſt enim, ex communi conſenſu,ad deuotiùs orãdum, etiam perpetuò *Secundũ argumẽtum, ex Chriſti inſtitutione petitũ.* *Reſpõſio.*

perpetuò cõtinere. Inſtitutum eſt à Deo vinũ, vt potus ſit hominũ: nec tamen præceptum omnibus, vt vinũ bibant. Inſtitutũ fuit à Deo, vt offerrentur ſacerdotibus primitiæ vini, vtiq; in potum eorum: & tamẽ nõ neceſſe fuit omnes vinũ bibere. Et (quod propius ad rem facit) inſtitutum fuit à Deo, vt offerretur ei ſemper cum omni victimâ certa ſimilæ & vini menſura: non tamen præceptum, vt omnis qui de ſacrificio ederet, etiam de vino guſtaret. Multa à Domino Deo, ſiue ex primæua naturæ creatione, ſiue ex lege poſtea addita inſtituta ſunt, non vt à ſingulis præſtentur, ſed vt ab aliquibus de communitate: ſicuti in exemplis iam allatis manifeſtum eſt. Hæc eſt enim natura communitatis & populi, vt vnus vni officio, alter alteri vacet. Ita in publica cæremonia, ſiue ſacrificio à Chriſto inſtituto res habet. Alterius eſt, conſecrare ſacrificium, & externo ritu Deo offerre: alterius, approbatione externa ſe ſacrificanti coniungere. Omnes autem aliqua ratione ſacrificij participes fieri debent: Sed vt vtriuſq; ſpeciei ſumptione fiant participes omnes, Chriſtus non præcepit.

Num. 18

Natura cõmunitatis.

Tertium argumẽtum.

Tertium argumẽtum ſumitur ex Chriſti ver-

ſti verbis.Et aiunt eum diſertè mādaſſe omnibus Chriſtianis,vt biberent de ſacrato calice: dum Apoſtolis porrecto calice deſcribitur dixiſſe:Bibite ex hoc omnes: ſicuti dixit,Accipite & manducate, porrecto corpore ſuo. Imò veluti muniret (inquiunt) Chriſtianos contra dimidiatam iſtam communionem,qua corpus tantùm abſque calice eis porrigitur,in porrectione calicis adiecit notā vniuerſalē(omnes) quā Euangeliſtæ eum in diſtributione corporis adieciſſe non ſcribunt.Et ratio,quæ à domino adijcitur,Hic eſt enī ſanguis meus noui teſtamēti,qui pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum:in omnes Chriſtianos ex ęquo competit.Omnes enim per Chriſti ſanguinem filij ſunt Saræ & noui teſtamenti: pro omnibus ille ſanguis effuſus eſt, omnibus obtinet remiſsionem peccatorū. Sed hoc argumētum ſimile eſt præcedentibus. Clarum enim eſt,dominum in cœna nouiſsima nullos allocutū, niſi Apoſtolos tunc preſentes.Vnde nō ad omnes Chriſtianos, ſed tantū ad præſentes ſermo Chriſti dirigitur: ſiue dum dicit,Accipite & edite, ſiue dum dicit, Bibite. Ita verò diriguntur hæc verba ad Apoſtolos tunc præſentes, vt per ea nihil *Reſpōſio.*

poſtea

poſtea ab ipſis vel eorũ poſteris ſimile agẽ-
dum præſcribatur. Vnde ſi non haberemus
in ſacra ſcriptura alia Chriſti verba, Apoſto-
lis pro futuris tẽporibus dicta, nec aliquam
Apoſtolorũ traditionem: ex his verbis Edi-
te & bibite nũquam auderet Eccleſia Chri-
ſti credere, quòd ipſa deberet Deo offerre
Mar. 14. corpus & ſanguinem Saluatoris ſub formis
Pſal. 13. panis & vini, & diſtributione dominici cor-
Pſal. 68. poris fideles altaris participes facere. Sicut
ex eo quòd ſcripturæ dicunt, Omnes vos
ſcãdalizabimini in me in iſta nocte: et, Om-
nes inutiles facti ſunt: &, Suſtinui qui ſimul
contriſtaretur, & nõ fuit: non audet ſtatue-
re, B. Mariam in paſsione Chriſti à fide exci
Ad illa verba: Stabat iuxta crucem etc. diſſe: ſicut hoc inde temerè ſtatuit Brentius,
ſcribens in caput 19. Ioannis: aut quando
oritur tribulatio & perſecutio in membris
Chriſti, omnes fideles ſcandalizari. Chri-
ſtus enim quoſdam dicit in tempore tenta-
tionis ſcandalizari, & quoſdam fructum af-
ferre in patientia. Neque etiam quia Chri-
ſtus omnibus Apoſtolis dedit poteſtatem
eijciendi dæmonia, curandi languores, mor-
tuos ſuſcitandi, remittendi et retinendi pec-
cata: ideo omnibus fidelibus hanc poteſta-
tem dicit eſſe communem. Dixit quidem
Chriſtus

Chriſtus Apoſtolis, Quod vobis dico, omnibus dico: ſed clarè ſe etiam de poſteris & abſentibus diſponere, & quid omnibus poſteris in Apoſtolis diceret, expreſsit adijciẽs, Vigilate. Omnes enim Chriſtiani vigilare debent, ne repentina dies illa inueniat eos dormientes. Dixit etiam Apoſtolis: Docete omnes gentes ſeruare omnia quæcũq; mandaui vobis: de bonis moribus loquens, qui omnes concernunt. Non enim exegit Dominus à mulieribus, vt docerent viros Euangelium: non mandauit omnibus viris, vt per totum mundum cauſa prædicandi Euangelij vagarentur: ſicut hæc mandauit Apoſtolis. Deinde & hoc aduertendum eſt, verba imperatiui modi admodum eſſe generalia, & non ſemper continere præceptũ, cuius omiſsione fiat homo peccati reus. Sæpè enim ad precationem ſeruiũt, vt cùm dicimus: Miſerere mei Deus: ſæpè ad conſilium & exhortationem citra præceptum, vt cùm ait Chriſtus: Vende omnia quæ habes, & da pauperibus: ſæpe ad ſignificãdum Dei ordinationem atq; ſtatutum, citra iuſſionem, cuius impletio pendeat ab humano arbitrio, vt cùm dicitur, Fiat lux: Et piſcibus atque hominibus, Creſcite & multiplicamini:

Mar. 13.

Mat. vlt.

Verba imperatiui modi in ſcripturis variè vſurpantur.

Matt. 19.

Geneſ. 1.

mini:& Iudæis, Sinite hos abire: Et Petro
Ioan. 18. Lucæ 22. Apoſtolo, Confirma fratres tuos, Paſce
Ioã. vlt. oues meas. Item ſæpè deſignãt voluntatem
donandi,aut potius ipſam donationẽ: vt cũ
Ioan. 20. dicitur: Accipite ſpiritũ. Non enim hîc exhortatio,oratio,præceptum, vel conſilium, ſed tantùm donatio ſignificatur. Sic dũ dominus ait, Accipite,edite,bibite, porrigentis & donantis ſigna ſunt imperatiua illa verba,non præcipientis. Illud verò (omnes) ad præſentes tantùm pertinere,non ad omnes poſteros,ex Marco manifeſtum eſt. Biberunt,inquit,ex illo (poculo ſcilicet) omnes: Non poſteri omnes, non omnes diſcipuli Chriſti,ſed omnes qui tũc præſentes aderãt. Ideo autem peculiariter Matthæus dominũ omnes inuitaſſe ad poculum, & omnes ex eo bibiſſe Marcus inculcat,cùm etiam omnes ſumpſerint dominicum corpus,in cuius diſtributione deſcribenda non vtuntur hac dictione (omnes) quia domin⁹ in porrectione calicis nõ geniminis vitis,ſed precioſi ſanguinis ſui,qui completurus erat Dei pactum nouum, & obtẽturus peccatorum veniam, voluit peculiariter omnium triſtitiam leuare,& hoc precioſo poculo poſtremũ vale di-
In primo cere,vt et antè diximus. Ideoq; fructũ mor-

tis ſuæ,

tis ſuæ, nempe impletionem noui teſtaméti, & remiſsioné peccatorũ magis in ſanguinis porrectione commemorat, quàm in corporis diſtributione: Quia commemoratio fructus magis ſolatur, pręcipuè poſtremò, & in ipſo malorũ aggreſſu explicata. Etſi igitur effect⁹ dominici ſanguinis omnib⁹ Chriſtianis communis ſit, ratio tamen, cur eũ effectũ porrigédo calicé Apoſtolis cõmemorauit domin⁹, nõ eſt oĩbus cõmunis. Alioqui omiſſa hac ratione cœnæ nouiſsimę, & triſtitię Apoſtolorũ, nõ minus dicédũ eſt, quòd carne pro nobis traditâ obtéta eſt remiſsio peccatorũ, & impletũ teſtamétũ nouũ, q̃ ſanguine effuſo. ſicut ex Iſaia dicit Apo. Petrus, Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ, vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuam⁹, cui⁹ liuore ſanati eſtis. Et ipſe Chriſtus impletioné noui teſtaméti et remiſsioné peccatorũ circa corpus (etſi nõ tá expreſsè q̃ circa calicé) inſinuás, Hoc eſt (ait) corp⁹ meũ quod ꝓ vobis datur. Imò ſi ré expédamus, hocipſum ꝙ dicitur ſanguis fundédus in remiſsioné peccatorũ, deſignat corporis dominici afflictioni et necationi tribui remiſsioné peccatorũ. Hoc ipſo ení, ꝙ ſanguis alicuius effunditur, ipſum corpus eius, ſiue ipſe moritur.

argumẽto.

Nota.

1. Pet. 2.

Luc. 22.

ritur. Vnde etiam in ſacra ſcriptura dicitur ſanguis effundi, quandocunque homo necatur: ſiue ſuffocetur laqueo, vel aquis ſiue lapidibus vel pugno interficiatur: etiam ſi cruor nullus, vel exiguus tantùm, ob cuius emiſsionem homo nõ moreretur, è corpore mãnet. vt Geneſ. 9: Quicunque fuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius. Et 1. Reg. 26. Et nunc non effundatur ſanguis meus in terra coram Domino: Vbi Dauid omnem necem deprecatur. Et in Pſalm. 15. Effuderunt ſanguinem innocentem, ſanguinem filiorum ſuorum & filiarũ ſuarum, quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaan: quos vtique comburebant: ſicuti 4. Regum 17. dicitur. Tali locutione Chriſtus in euangelio dicit, omnium homicidiorum vindictam à Iudæis exigendam. Vt veniat, inquit, ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ.

Per ſanguinis effuſionem in ſcripturis generaliter quælibet mors ſignificatur.

Matth. 23

Quartũ argumẽtum.

Quartum argumentum ſumitur ex ijs Domini verbis: Hoc facite in meam commemorationem. Debent igitur (inquiunt) ſacerdotes ex hoc Chriſti mandato facere, quod in ea cœna fecit Chriſtus, qui corpus ſuum & ſanguinem diſtribuit, & ſumenda omnibus

omnibus præſentibus porrexit: debent omnes fideles quoque facere quod tunc Apoſtoli fecerunt, hoc eſt, corpus domini edere ſub panis ſpecie, & ſanguinem eius bibere ſub vini forma. Scripturarum nõ leuiter percurrenda ſunt verba, ſed grauiter põderanda, vt ex ijs Chriſti mentem intelligamus. Hoc igitur in primis notãdũ eſt, neq; Matthæũ, neq; Marcum, ſed tantũ Lucã & Paulum, cuius Euãgelium Lucas ſcripſit, hoc verbum Chriſti recẽſuiſſe. Solus quoq; Lucas peculiariter præ alijs meminit, Chriſtum dixiſſe, ſe non amplius Paſcha eſurum donec in regno Dei impleretur. Solet enim Lucas, veluti Chriſti ſacerdotium præ alijs peculiarius deſcribẽs (vnde per vitulũ in viſione Ezechielis atq; Ioannis deſignatur) libenter meminiſſe veterum cæremoniarum & ſacerdotaliũ officiorũ. Ideo igitur in cœna, agni Paſchalis meminit, vt oſtenderet loco eſus agni ſuccedere eſum corporis Chriſti ſub forma panis, loco memoriæ exitus Iſrael de Ægypto et ſeruitute Pharaonis, per immolationẽ agni, memoriam redẽptionis hominis ex tenebris peccatorũ & ſeruitute diaboli, per immolationẽ immaculati Chriſti. Circa calicẽ autẽ hoc verbũ, Hoc facite in

Reſpõſio.

Lucas Chriſti ſacerdotiũ peculiariter deſcribit

meam cõmemorationẽ,Lucas nõ recenſet.
1.Cor.11. Paulus quidẽ ſimile quid habet circa calicẽ, nõ tamẽ omnino idẽ.Sic enim habet, dũ de domini corpore loquitur,ſicut Lucas: Hoc facite in meã cõmemorationẽ: abſolutũ videlicet domini præceptũ, poſteriora tẽpora concernens,quo mãdatur hoc fieri, quod in cœna fiebat,& fieri in Chriſti memoriã. At dũ de calice loquitur, Hoc (ait) facite, quotieſcũq; bibetis in meã cõmemorationẽ:Hic quidẽ præcipitur, vt fiat in Chriſti commemorationẽ ſumptio ſanguinis, quandocũq; ſanguis bibitur: ſicut corpus, quandocunq; ſumitur, in Chriſti memoriã ſumendũ eſt: vt ſubdit Paulus, Quotieſcũq; enim mãducabitis panẽ hũc,& calicẽ bibetis,mortẽ domini annunciabitis,donec veniat.Sed nõ pręcipitur abſolutè,vt calix Dominicus bibatur in Chriſti memoriã,ſicut præcipitur,vt corpus eius in eius cõmemorationẽ ſumatur. Qui enim dicit,Fac hoc,quotieſcũq; facis,in mei memoriã:nõ mandat facere,ſed tantũ vt cũ libet facere,tunc ad ſui recordationẽ fiat. At qui dicit,Hoc facite in mei memoriã,præcipit vt fiat in ſui memoriã. Vnde non rectè dicas cuiuis homini, imperatiuo ad præcipiendum vtens: Ab omni concubitu abſtine

in Dei

In Dei honorem: Rectè tamen cuilibet præcipias, Si à concubitu abſtines, ad Dei honorem id fac. Simile autem erat in ritu agni paſchalis. Nam eſus agni omnibus præceptus erat. At bibere vinum in cœna agni, licebat quidem, & quidã ſumebãt, ſicut ex ipſa cœna domini nouiſsima notũ eſt: præceptũ tamen non erat. Alioqui Rechabitæ, à vino penitꝰ abſtinẽtes, & ob id à domino laudati, peccaſſent grauiter: Et nõ licuiſſet alicui eſſe Nazaræum perpetuò, quod ex Samſonis hiſtoria falſum eſſe conſtat. Nihilominus qui vino in cœna agni vtebantur, epulum ſuum in memoriam exitus de Ægypto celebrare debebant.

Hoc facite in meã cõmemorationem exponitur.

Vt verò clariùs intelligatur quod dicimus, operæpretiũ eſt videre, qd in dominico præcepto ꝓnomẽ (hoc) demõſtret, & quid verbo faciendi intellexerit dominus. Pronomẽ igitur (hoc) poteſt demonſtrare, quod fecit dominus, qui conſecrauit panem in corpus ſuum, & obtulit Deo patri: poteſt etiam demõſtrare, quod fecerunt Apoſtoli, qui de manu domini corpus dominicum ſumẽtes, ederunt illud. Quaſi diceret dominus: Aut hoc quod ego feci, facite etiam vos: aut hoc ꝙ nũc feciſtis, facite poſteà in mei memoriã.

 Sed po-

Sed potius vtrumq; demonſtrat. Q.diceret: Hoc quod iam fecimus,facite vos poſtea in mei memoriam. Et ex parte pertinet hoc præceptum ad omnes: ex ea nempe parte, qua pronomē(hoc)demōſtrat id quod Apoſtoli fecerāt,qui ſumpſerant & ederant dominicū corpus:quaſi dominus diceret, Poſtea facite vos,quod iā feciſtis:hoc eſt ſumite & edite.Eandē autē eſſe rationē, quantū ad eſum Euchariſtię,Apoſtolorum,& aliorum Chriſtianorū pro tēpore quod illam Chriſti inſtitutionē & miſsionē ſancti Spirit⁹ ſecutū eſt,ex Apoſtolo 1.ad Corin.11.manifeſtū eſt. Ex parte hoc præceptum,Hoc facite in mei memoriā,ad Apoſtolos,& eorū in ſacerdodotio ſucceſſores tantū pertinet:ex ea videlicet parte,qua (hoc)demonſtrat id q̧ Chriſtus fecerat,qui panē verterat in corpus ſuū & hoc Deo patri obtulerat.Senſus enim eſt: Sicuti ego ſacraui et obtuli Deo patri corpus meū,ſub panis forma,& poſt id vobis diſtribui:ita et vos facite.Vnde veteres Doctores hoc Chriſti pręceptū nunc ad cōſecrationē atq; oblationē,nunc ad eſum ſacramenti referunt.Sic enim canon Miſſæ, pręmiſsis his ex domini ſententia contextis verbis, Hæc quotieſcūq; feceritis,in mei memoriā facietis:ſub-

tis:ſubdit. Vnde nos,domine, ſerui tui, ſed & plebs tua ſancta memores eiuſdē Chriſti filij tui domini Dei noſtri,tā beatæ paſsionis necnon & ab inferis reſurrectionis,ſed & in cœlos glorioſæ aſcēſionis,offerimus præclaræ maieſtati tuæ etc.Sic verò Cyprianus:In calice(inquit) offerendo dominica traditio ſeruetur,neq; aliud fiat à nobis, q̈ quod pro nobis domin⁹ prior fecit,vt calix qui in cōmemorationē eius offertur,mixtus vino offeratur.Et infra:Si Ieſus Chriſtus dominus & Deus noſter ipſe eſt ſumm⁹ ſacerdos Dei patris,et ſacrificiū Deo patri ipſe primus obtulit,& hoc fieri in ſui cōmemorationē pręcepit:vtiq; ille ſacerdos vice Chriſti verè fungitur, qui id quod Chriſtus fecit, imitatur. Et ſacrificiū verū & plenū tunc offert in Eccleſia Deo patri,ſi ſic incipiat offerre ſecundū quod ipſum Chriſtū videat obtuliſſe.Ecce,hic facere interpretatur Offerre.Et Damaſcenus li.4.de orthodoxa fide,ca.14.Dixit in principio Deus:Producat terra herbā Gene.1.
virentē,& vſq; nunc pluuia facta producit germina,diuino coadiuta & vigorata præcepto.Dixit Deus:Hoc eſt corpus meū:&, Hic eſt ſanguis meus:et,Hoc facite in meam cōmemorationē:& omnipotenti eius præ-

cepto,donec veniat,efficitur.Item Synodus
Fol.19. Epheſina prima,cuius verba infrà citantur.
At Apoſtolus 1.Cor.11.recitatis domini ver
bis,Hoc facite in meā cōmemorationem:et,
Hoc facite quotieſcūq; bibetis in meā cōme
moratione̅:ſubnectit:Quotieſcūq; mādWhole-ca-
bitis pane̅ hunc,& calice̅ bibetis,morte̅ do-
mini annūciabitis donec veniat:vtiq; oſten-
de̅s in verbo facere cōprehendi & ſumptio-
nem.Vnde Baſilius in Moralibus,regula 21.
cap.3.Quòd ratio,inquit, quamobre̅ corpus
domini manducari, & ſanguis bibi debeat,
commemoratio ſit obedientiæ domini vſq;
ad mortem,vt qui viuunt, iam non ſibi vi-
uant,ſed ei qui cauſa noſtra ipſe mortuus ſit
& reſurrexit. Ac deinde hoc ſuum dictum
probat ex verbis Domini, Hoc facite in
meam commemorationem etc.Et Cyrillus
li.12.in Ioannem ca.58. Quod(ait) myſticæ
benedictionis cōmunio reſurrectionis Chri
ſti quędam confeſsio eſt, verbis ipſius pro-
batur. Fractū enim panem diſtribuebat,di-
cens:Hoc eſt corpus meum,quod pro vobis
tradetur in remiſsionem peccatorū. Hoc fa
cite in meam commemorationem. Partici-
patio igitur myſterij uera quædā confeſsio
& commemoratio eſt, quòd propter nos &
pro nobis

pro nobis Dominus & mortuus ſit, & reuixerit, & diuina nos benedictione propter hoc replet. En, hi Doctores ſub verbo facere ſumptionem ſacramenti comprehendunt. Vtrumque igitur, & conſecrationem atque oblationem, & ſumptionem ſacramenti cõprehendimus, ſicut & Thomas, qui nunc ex eo verbo Chriſti, Hoc facite in meam commemorationem, rectè docet, iure diuino Chriſtianis adultæ ætatis præceptã eſſe Euchariſtiæ ſumptionẽ: nunc autem ex eodem verbo oſtendit, Apoſtolis datam eſſe poteſtatem conſecrandi Euchariſtiam. Sic verbum facere, dum mandatur Iudæis, vt faciãt Phaſe, & ſacrificare deſignat, & edere. Iuxta quod Numeri 9. legitur: Præcepitq; Moyſes filijs Iſraël, vt facerent Phaſe. Qui fecerunt tẽpore ſuo, quartadecima die menſis ad veſperã, in monte Sinai: iuxta omnia quę mandauerat dominus Moyſi, fecerũt filij Iſraël. Ecce autem, quidam immundi ſuper animã hominis, qui non poterant facere Phaſe in die illo, accedẽtes ad Moyſen & Aarõ, dixerunt eis: Immundi ſumus ſuper anima hominis. Quare fraudamur, vt non valeamus oblationem offerre domino in tempore ſuo inter filios Iſraël? Quibus reſpõdit Moyſes:

3. parte q. 80. ar. 11

3. parte q. 82. ar. 1

State vt conſulā quid præcipiat dominus de vobis. Locutuſq; eſt dominus ad Moyſen, dicẽs: Loquere filijs Iſrael: Homo qui fuerit immũdus ſuper anima, ſiue in via procul in gente veſtra, faciat Phaſe domino in menſe ſecundo, quartadecima die mẽſis ad veſperá: cũ azymis & lactucis agreſtibus comedẽt illud. Nõ relinquent ex eo quippiá vſq; manè, & os eius nõ cõfringent. Omnẽ ritũ Phaſe obſeruabunt. Si quis autẽ & mundus eſt, & in itinere nõ fuit, & tamẽ nõ fecit Phaſe, exterminabitur anima illa de populis ſuis, quia ſacrificium domino non obtulit tempore ſuo. Ecce Phaſe non feciſſe dicitur, qui Deo agnum non ſacrificauit. Per ſacerdotes aũt debebãt filij Iſraël Phaſe ſuũ offerre, maximè poſt donatã legẽ: ſicut Leu. 17. legitur: ſacerdoti offerre debẽt filij Iſrael hoſtias ſuas quas occidũt in agro, vt ſanctificẽtur domino ante oſtiũ tabernaculi teſtimonij & immolẽt eas hoſtias pacificas domino. Fũdetq; ſacerdos ſanguinem ſuper altare domini, ad oſtiũ tabernaculi teſtimonij, & adolebit adipẽ in odorẽ ſuauitatis domino, & nequaquã vltrà immolabunt hoſtias ſuas dæmonibus cum quibus fornicati ſunt. Legitimum ſempiternum erit illis & poſteris eorum.

Et

Et ad ipſos dices: Homo de filijs Iſraël, &
de aduenis qui peregrinantur apud vos, qui
obtulerit holocauſtum ſiue victimam, & ad
oſtium tabernaculi teſtimonij non adduxe-
rit eam, vt offeratur domino, interibit de
populo ſuo. Vnde præcipitur Deuterono-
mij 16. Non poteris immolare Phaſe in qua-
ibet vrbium tuarum, quas dominus Deus
uus daturus eſt tibi: ſed in loco quem ele-
gerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomē
ius ibi. Immolabis Phaſe veſpere ad ſolis
occaſum, quando egreſſus es de Ægypto, &
oques & comedes in loco quem elegerit
ominus Deus tuus, maneq; cōſurgens va-
es in tabernacula tua. Et 2. Paralip. cap. 35.
icitur: Immolatum eſt Phaſe, aſperſeruntq;
cerdotes manu ſua ſanguinem etc. In ver-
is autem illis, quæ dato calice Dominum
ixiſſe narrat Paulus: Hoc facite, quotieſ-
unque bibetis, in meam commemoratio-
em: Hoc, refert bibitionem tātùm, & ver-
o: Facite in mei memoriam, bibitioni mo-
us præſcribitur. Quod euadit manifeſtum,
verba Pauli ordines iuxta Grammatico-
m regulas. Sic enim oratio Pauli eſt reſol-
enda, vt duæ illæ dictiunculæ, Quotieſ-
unq; bibetis, præcedāt. Hic enim eſt rectus
ordo:

ordo: Quotieſcũq; bibetis, hoc facite in meĩ recordationem. Paulus enim ex verbis domini id decerpſit, quod ſuo propoſito erat cõmodũ,& ſeruiebat ad deteſtandã indignã cõmunionẽ Corinthiorũ, qua in prophana menſa, ſaturi vel ebrij, neglecto pauperum pudore,abſq; largitione eleemoſynarũ ſuiq; examine & probatione,cõmunicabant tremẽdis myſterijs.Docet igitur Paulus, quomodo voluerit dominus corpus ſuũ & ſanguinẽ ſumi. At de cõſecratione vel oblatione nõ agit:quia in eam nõ irrepſerãt abuſus. Interim ſicut dominus pręcepit,vt in ſui memoriã ſumeretur ſanguis, quãdocũq; ſumitur,ita & in memoriã ſui conſecrari, offerri, et diſtribui eũ voluit,quãdocũq; cõſecratur, offertur,& diſtribuitur.Sub pręcepto enim, quo modus bibẽdi præcipitur,intelligitur & modus cõſecrandi atq; offerendi pręceptus. Vnde & D.Cyprian. in epiſt.ad Ceciliũ,etiã ad oblationẽ et cõſecrationẽ refert illud pręceptũ,Hoc facite quotieſcunq; biberitis etc. Hic autẽ intellectꝰ verborũ dñi,quæ Paulus recitat,differẽtiã ponẽs inter corpꝰ dñi & calicẽ,quãtũ ad pręceptũ ſumptionis,inde probatur eſſe legitimꝰ,ꝙ ſicut Chriſtus promiſit pręſentiã ſui nobiſcũ vſq; in cõſummationẽ ſeculi,

Epiſt.3. lib.2.

ſeculi,paſtores et doctores,et precipuè Petri
ſucceſſoré,indefectibilé fidé eius,& Eccleſiá
inſuperabilé vſq; ad finé ſeculi, ita etiá pro-
miſit legitimũ vſum ſacramentorũ,& preci
puè annũtiationé debitá mortis ſuę per Eu-
chariſtiá. Vnde Paul9 vel ex ſua perſona,vel
ñi,dicit annuntiandá Chriſti morté, vel an
nuntiari(vtiq; legitimè) donec veniat Dñs.
Quod vtiq; nõ ſolũ precipiés dicit, verũetiá
ciés Chriſtũ firmiter ſtatuiſſe,cõſeruare ſuæ
mortis debitá annũtiationé,vſq; ad extremũ
ñi aduétũ. Alioqui ſi præcepta Chriſti vſq;
ad extremũ aduentũ nõ eſſent ſeruáda,defi-
ceret ſanctitas eccleſię, & filij noui teſtamé-
:Quòd eſt promiſsis Chriſti cõtrariũ.Cùm
igitur vnius ſpeciei cõmunio fuerit recepta
tanq̃ legitima,& per multos annos etiá per
generale Cõciliũ approbata,nullis, exceptis
ſchiſmaticis,imò hęreticis,reclamãtibus:ne-
ceſſe eſt fateri Eccleſiá defeciſſe penitus, vel
apud hęreticos Huſsitas,ſiue ſchiſmata Grę
corũ tátũ permáſiſſe:Quod nulli hodie hęre
tici dicunt,præter ipſos Huſsitas,vel Grecos
ſchiſmaticos.Ná ab iſtorũ Grecorũ & Huſ-
ſitarũ ſcitis nõ minus abhorrent alij hęreti-
,quàm à Catholicis. Certè D.Aug.auda- Epiſt.118
ter pronuntiat, ſi Chriſtus præcepiſſet, vt

Eucha-

Euchariſtia ſemper poſt alios cibos ſumeretur, eum morem nemo variaſſet: Hoc eſt, Nemo potuiſſet oppoſitam conſuetudinem introducere apud Chriſtianos. Quare tã fidenter hoc pronunciat Auguſtinus, niſi quia videbat Chriſtum promiſiſſe, quòd Eccleſiam ſuam vſq; ad ſeculi finem cuſtodiret à portis inferi, ne vel infidelitate, vel violatione præceptorum eius interiret? Et nos igitur eandem promiſsionem in ſcripturis videntes, audacter per fidem diuinæ promiſsionis dicimus, Si Chriſtus præcepiſſet, vt ſub vtraque ſpecie communio legitima celebraretur, contraria conſuetudo nunquam potuiſſet in Eccleſiam introduci, recipi à populo Chriſtiano, ab omnibus tanquam laudabilis approbari & obſeruari. Rationabilis autem cauſa, cur dominus non præceperit calicem ſumi ab omnibus, multiplex aſsignari poteſt. Prima eſt ex parte materiæ, ex qua conſecratur dominicus ſanguis. Non enim conuenit ſub ea ſpecie, ſanguinis domini ſumptioné tanquam neceſſariam præſcribi, ex qua non neceſſariò datur intelligi, vitam noſtram ſpiritalem & corporalem futuri ſeculi, à domino Chriſto pendére. Ex vino enim non intelligitur,

Multiplex ratio, cur dominus nõ præceperit calicẽ ſumi ab omnibus.

quòd

quòd vt viuamus ſpiritaliter, egemus ſanguine domini. Nam plurimi homines corporalem vitam, etiam ſanam & robuſtam, abſque vini vſu ducunt. At ſicut iuxta naturalem rerum curſum omnes intelligunt, ſe abſque pane viuere non poſſe: ita cùm ex pane domini corpus conſecratur & editur, datur intelligi, nos citra Chriſti corpus, ſiue ipſum Chriſtum, viuere ſpiritaliter non poſſe. Vnde Chriſtus meritò ſumptionem ſui corporis ſub ea ſpecie, ex qua neceſsitas eius intelligitur, præcepto, tanquam neceſſariam exigit. Secundò, Chriſtus ſolet ſacramenta ſua, quæ tanquam neceſſaria præcipit, in rebus obuijs, & quibus communiter omnes vtũtur, commendare: Sicut Baptiſmum in aqua. At vinum in pluribus locis non niſi magna cum difficultate â diuitibus habetur, cùm maior pars hominum, vtpote pauper, communiter vtatur ceruiſia vel aqua. Non conueniebat igitur præſcribi omnibus, tanq̃ neceſſariam, ſumptionem ſanguinis: ne paupertatis & difficultatis habendi vini prætextu præceptum myſterium omitteretur. Et ſanè hæc ratio nõ parui faciẽda eſt: quandoquidem omnes Aquilonares populi, & frigidarum regionũ incolæ, vbi vinum non

Chriſtus ſacramẽta ad ſalutẽ neceſſaria in rebus obuijs inſtituit.

creſcit,

creſcit,quo difficulter inuehitur, & difficilius cuſtoditur,poſſent putare,ſe Chriſto nõ fuiſſe curæ,aut nõ tantæ quãtæ regiones vitibus abundantes:quandoquidem ea præcepiſſet,quæ ipſi aut nullo modo,aut difficillimè implere poſſent. Huc accedit, quòd defectu naturæ plurimi abſtemij ſunt, à vino omnino abhorrentes, qui etiam â Chriſto videbuntur neglecti, ſi ab omnibus communicaturis exegerit vini guſtum. Pręterco iam, in magna plebe, vbi varij ſunt homines,& ſæpè in rebus ſuis negligentes, per quorundam inconſideratam ſumptionem pericula effuſionis Dominici ſanguinis & maximæ irreuerentiæ poſſe contingere. Hæc omnia cùm Chriſtus præuiderit, meritò non præcepit calicis ſumptionem omnibus.

De hoc poſtea latiùs.

Quintũ argumẽtum.

Quintum argumentũ eſt. Dominus mandat ſumi hoc ſacramentũ in ſui memoriam: quod Paulus interpretatur de annuntianda morte domini. Sed mors domini nõ deſignatur nec annuntiatur vnius ſpeciei ſumptione, maximè ſi ſolùm corpus ſumatur. At ſi ſanguis ſimul ſumatur ſeorſum, deſignatur ſanguis à corpore per mortem fuiſſe ſeparatus. Vnde etiam Apoſtolus de annuntianda

domini

domini morte agens, Quotieſcunq; (inquit) manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis: vtrumq; nimirum, ēdere corpus, & bibere ſanguinē, ad Dominicæ mortis annuntiationem requirens. Reſpondemus, verbo Chriſti cōtrarium eſſe, quòd mors eius eſū ſolius corporis non annuntiatur aut recolitur. Ipſe enim apertè dicit, loquens de oblatione & ſumptione corporis: Hoc facite in meā cōmemorationē. Igitur per eſum corporis fit memoria Domini. Chriſtus dicit, per corpus ſub forma panis conſecratum ſui futuram memoriam, & præcipit nos ſui memoriam facere: Hæreticus dicit, Non fit memoria Domini per ſolum corpus: Quaſi Chriſtus, cum dicit, Hoc facite in meam commemorationem, de alio quàm de ſolo eo, quod in cœna factum fuit circa corpus ſuum, ſub forma panis opertum, loquatur. Fatendum eſt, per corpus fieri Chriſti memoriam, & ſimiliter per ſanguinem eius: Quia Chriſtus ſeorſum de vtrolibet dicit, ipſum eſſe, per quod fiet memoria eius. Vnde dum poſt verba illa Domini, Hoc facite, quotieſcunque bibetis, in meā commemoratione, apud Paulū ſubijcitur: Quotieſcūq; enim mandu-

Reſpōſio.

manducabitis panem hũc, & calicẽ bibetis, mortẽ domini annuntiabitis donec veniat: Dictiuncula * (*et*) repetitionem dictionis, Quotieſcũq; requirit. Cõiũgit enim propoſitiones, nõ terminos, vt Dialectici loquuntur. Eſt enim ſenſus: Quotieſcunq; manducabitis panem hũc, mortem domini annuntiabitis, donec veniat: &, Quotieſcunque bibetis calicem hunc, mortem domini annuntiabitis, donec veniat. Hũc enim ſenſum requirunt verba Domini præmiſſa, quæ ſeorſum ſui commemorationem, & ad panem illum, & ad calicem, requirũt. Sic infrà, cùm ait Apoſtolus: Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: ſenſus eſt: Probet ſeipſum homo, & ſic probatus, edat de illo pane: Et ſimiliter probet ſeipſum homo, & ſic de calice bibat. Vnde in oppoſita ſententia, vbi de indignè communicantibus agit, iuxta Græcum textum per coniunctionem diſiunctiuam loquitur, dicens: Itaque quicunque mãducauerit panem, vel biberit calicem domini indignè, reus erit corpo-

Frequẽs eſt hic mod⁹ loquẽdi in ſcripturis, vt dictiũcula (et) non terminos, ſed propoſitiões nectat. Vt apud Ioannẽ in Apocal. ca 1. Beatus, inqt qui legit, & audit verba pphetiæ huius, & ſeruat ea quę in ea ſcripta ſunt. Nũ quid Ioãnes tãtũ vult eum prædicare beatũ, qui & legit ipſe librũ, & ſimul audit ab alio prædicari eum, & ſeruat præcepta? an verò citra vllã ambiguitatẽ vtrũq; prædicat beatũ, & eum qui ipſe legit, & ſeruat præcepta libri, etiã ſi ab alio nõ audiat, & eũ qui ipſe nõ legit, ſed audit & ſeruat pręcepta libri?

corporis & ſanguinis domini. Vbi certè diſiunctiua locutione ſatis indicat Apoſtolus, potuiſſe ſeparari communionem,& aliquos indignè potuiſſe ſumere corpus, & non indignè ſumere ſanguinem:aut cõtrà.quia videlicet aut vna ſpecies, citra alteram ſumebatur,aut tanta quandoq; erat dilatio inter ſumptionem corporis et ſumptioné ſanguinis,magno populo toto priùs ſumente corpus,quàm vllus cõmunicaret de ſanguine: ſicut in cœna Chriſti nouiſsima omnes Apoſtoli priùs ſumpſerunt corpus, quàm conſecratus fuit ſanguis:tanta,inquam, erat dilatio inter ambas ſumptiones, vt qui dignè ſumpſerat corpus, intra horam in aliquod peccatum labi poſſet,diſcordię vel rixę cum proximo, atque ita indignè poſtea ſumere ſanguinem.Petrus enim & alij Apoſtoli nõ diu poſt digná communioné humana fragilitate tã grauiter lapſi ſunt, vt dignè iterum communicare non poſſent. Quòd ſi ea de cauſa Apoſtolus diſiũctiua locutione vtitur, pro nobis facit:nempe pręceptá nõ eſſe omnibus cõmunicantibus vtriuſq; ſpeciei ſumptioné.Qui enim nouit,quàm ſuaue iugum nobis impoſuerit Chriſtus, nunq̃ dicet,eum qui ante horá vná vel duas dignè cõmunicauit

In cœna nouiſsima oẽs Apoſtoli pri' ſumpſerunt corp' domini, q̃ cõſecratus fuit ſanguis.

cauit de corpore,& expectat calicem,& interea fragilitate ita cadit, vt ſeipſum iudicet nõ eſſe idoneum ad cõmunicandum dominico ſanguini:iam ſacrilegum eſſe, & violatorẽ dominici præcepti, ſi reuerẽtia & metu indignę cõmunionis à calice abſtineat. Siue igitur Apoſtolus diſiũctiuè locutus ſit, Qui mãducauerit vel biberit calicem domini indignè,quia quãdoq; vnica ſpecie ſumebatur corp⁹ vel ſanguis domini indignè,altera ſpecie nõ ſumpta:ſiue quia vtrãq; ſpecie ſumpta,vna dignè,altera indignè ſumebatur,propter dilationẽ,et peccatũ in dilatione cõmiſſum,nõ refert.Hoc ſatis nobis eſt,quòd Apoſtolus ſeorſum per corporis eſum docet fieri vel indignã cõmunionẽ,vel dignã,cũ legitima Chriſti memoria:& ſimiliter per ſanguinis potum,ſeorſum dignã vel indignã communionẽ.Sic cap.10. eiuſdẽ epiſtolæ ad Corinthios per corpus docet nos fieri participes & ſocios Chriſti:quare etiã rectè memoriã eius agẽtes:ſimiliter & p ſanguinẽ. Calix (inquit)benedictionis,cui benedicimus,nõne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt?Credo quòd qui ſanguinẽ Chriſti habet, Chriſtum habet.Et panis,inquit,quẽ frãgimus, nónne participatio corporis Domini eſt? Docet

quoque

quoque hoc Apoſtolus ex legalibus hoſtijs. Nónne (inquit) qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris? Nemo erat qui totas hoſtias in veteri lege edebat: ſed ob partē eſam dicebãtur edere hoſtias: Vel quia plures ſimul iuncti hoſtias edebāt, ideo ſic Apoſtolus loquitur. Sicut igitur in veteri lege totius altaris, hoc eſt, ſacrificij participes erant edētes hoſtiarum partem: ita in noua lege totius ſacrificij, quod de corpore domini & ſanguine celebratur, ſocij & participes ſunt, qui vnā ſpeciē ſumūt. Si totius ſacrificij participes ſunt, igitur rectè Chriſti cōmemorationē faciūt. Et hoc ipſum ex ſacrificijs idolorū manifeſtat Apoſtolus. Nolo, inquit, vos ſocios fieri dęmoniorū. Nō poteſtis calicē domini bibere, & calicē dęmoniorū. Non poteſtis menſę domini participes eſſe, & mēſæ dæmoniorū. An nō ſentit Paulus, quòd ſolo eſu idolothyti in honorem idoli quis fiat totius ſacrificij idoli particeps, et perfectus idoli cultor, et ſimiliter ſolo calice ſumpto? Vtiq;. Certè hoc Gētiles ipſi benè intellexerūt. Quādo enim Tyrāni cogebāt Chriſtianos, vt idola adorarent, nō exigebāt vt integrè totū idolothytum ederēt, & vinum libaminum biberent. Satis erat eis, ſi vel offulam aliquam, aut

particulam paruam de ſacrificijs idolorum guſtarent, aut modicum quid idolo offerret: ſcientes eandē eſſe vim in exigua particula, ad honorem idoli ſumpta, quæ eſt in integro ſacrificio vorato. Vnde Tyrannus apud Prudentium in Eulalia inquit:

Si modicum ſalis eminulis,
Thuris & exiguum digitis
Tangere virgo benigna velis,
Pœna grauis procul abfuerit.

Sic ſe res habet in hoc ſacrificio. Æquè particeps eſt totius, qui vnā ſpeciem, atq; qui vtramq; ſumit. Æquè ergo Chriſti memoriā rectè celebrat vnius ſpeciei ſumptione atq; vtriuſq;. Claret igitur ex his, falſum eſſe, ꝙ per ſolius corporis dominici ſumptionē non agatur memoria mortis domini. Sed nunc oſtendēdum eſt, per dominicū corpus commodè recoli ea, quæ omnibus cognitu ſunt neceſſaria: per ſanguinem autem domini nō ita cōmodè primaq; facie omnia ea occurrere. Iuxta Apoſtolum Paulum mortem domini annūtiare oportet: ſiue edas corpus domini, ſiue ſanguinē bibas. vtiq; nō ſimplici tantùm hiſtoriæ memoria, ſed recolendo quòd ipſe dominus, vnigenitus Dei, mūdiſſimus homo, mortuus eſt: nec ſimpliciter

Per corpus domini melius quā per ſanguinem omnia ea recoli, q̄ cognitu omnibus neceſſaria ſunt.

mortuus, ſed tanq̃ dominus, deuictor mortis pro noſtra ſalute, vt nos à peccato liberati, etiã à morte liberaremur: Et quia nõ conueniebat, vt ſpiritum ſuum humano generi cõmunicaret, antequam ipſe glorificaretur, oportet recolere, q; in ſeipſo merito mortis ſuę primò mortẽ vicerit, reſurgẽs à mortuis: & deinde, vt pro nobis interpellaret, & ſpiritum mitteret, ad thronũ patris aſcenderit, & n dextera eius regnet. Hæc enim cogitãdo, cogitatur mors, nõ cuiuſlibet, ſed mors domini. Vnde canon Miſſæ, & Gręcorũ & Latinorum, & Cyrillus atque Baſilius ſuprà citati, hęc oportere in ſacrificio nos recordari docẽt. Synodus quoq; Epheſina prima, vna ex illis quatuor, quarum definitiones velut quatuor Euangelia ſe recipere fatetur Gregorius, ſic habet: Annunciantes, ſicut ſecundùm carnem, mortem vnigeniti filij Dei, id eſt, Ieſu Chriſti, & reſurrectionem eius, & in cœlos aſcenſionẽ pariter cõfitẽtes, incruentam celebramus in Eccleſijs ſacrificij ſeruitutem: ſic etiam ad myſticas benedictiones accedimus, & ſanctificamur, participes ſancti corporis, & pretioſi ſanguinis Chriſti, omnium noſtrũ redemptoris, effecti, non vt cõmunem carnẽ percipientes (quod abſit) nec

Synodus Epheſina prima.

Libro 1. epiſt. ca. 24.

vt viri ſanctificati,& Verbo cōiuncti ſecundùm dignitatis vnitatem, aut ſicut diuinam poſsidentis habitationē;ſed verè viuificatricem,& ipſius Verbi propriam factam. Et hęc certè omnibus ad ſalutē eſſe neceſſaria cognitu,ex ipſo ſymbolo Apoſtolico,& ipſo Apoſto,1.Cor.15.docentis, niſi teneamus Chriſti mortem pro peccatis noſtris, ſepulturam eius,& reſurrectionē,nos fruſtra credidiſſe: & ex ipſis Eccleſiæ neceſſarijs feſtis clariſsimum eſt. Dum igitur hęc recolimus, prima ſtatim facie memorię occurrit perſona Chriſti, ſecundùm viſibile & palpabile corpus,quod ligatū,captū, oſculo traditum, flagellatū,ſpinis coronatū,cōſputū, illuſum, cruce oneratum, & cruci affixū, mortuum emiſſo ſpiritu,ſepultum fuit:& tertia die rediuiuum,& à diſcipulis viſum, palpatum,& quadrageſimo die in cœlos ſublatum fuit.Et vice verſa,cogitato domini corpore, facilè hæc omnia in corpore Domini facta cogitamus.Similiter dum dignitatē Chriſti, quòd Deus & homo iuſtus fuit,& tamen pro nobis crucifigi & mori dignatus ſit, expendimus:ſemper faciem eius corpoream,& corpus ipſum cogitamus.Et hæc omnia per ſanguinem non niſi ex cōſequenti cogitamus:

maximè,

maximè,dum cogitatur, quatenus quōdam ſeorſum à corpore ſeparatus fuit. Sāguis autem domini è corpore effuſus dupliciter cogitari poteſt: Vel propria locutione effuſus, ſicuti fundunt eum qui decollāt hominem: vel per tropū,vt dicuntur eum fundere qui ſuffocant. Primò modo cogitato domini ſanguine è corpore effuſo, recordamur vel ſudoris ſanguinei,quo ſolus Lucas ſcribit domini corpus perfuſum, vel ſanguinis cum aqua ex corpore domini mortui,lácea compuncto fluentis,cuius ſolus Ioannes meminit:aut etiam eius,quem coniectamus, citra Euangeliſtarū narrationē,& fidei certitudinem,ex vulneribus clauorum, ſpinea corona, vel flagris emanaſſe. Quanquam Propheta magis liuoris & vibicum, quàm vulnerum,dum flagelli mentionem facit, meminerit.Et videntur claui, manuum & pedum tranſfoſſores; ita fortiter ligno fixiſſe membra, vt venas clauderent: Quemadmodum quamdiu telum vel gladius in corpore vulnerati manet fixus, non effluit copiosè ſanguis. Vnde producta morte necabantur crucifixi. Quod liquet ex Pilato, admirante Chriſtum tam citò mortuum,& latronibus cum Chriſto crucifixis,

Sanguis domini è corpore effuſus dupliciter cogitari poteſt.

Nota.

quorũ crura, vt citò morerẽtur, & tollerentur, frãgi debuerũt. At citò moriuntur, qui venę inciſione necãtur. Certè per clauorum vulnera non totum Chriſti ſanguinem effuſum, ex eo conſtat, quòd ex latere mortui lancea aperto adhuc ſanguis effluxit. Et q, hic ſanguis, qui è demortui latere profluxit, propriè in memoriã reducatur, etiam inde ſatis colligimus, quòd aqua vino, vnde conſecratio fit dominici ſanguinis, debet miſceri: ad ſignandum, aquam ſimul cum ſanguine de latere domini manaſſe. Etſi autem Chriſtus magnã ſuã charitatem oſtenderit, dũ nõ ſolùm viuus vſq; ad mortem pro hominibus affligi voluit, ſed etiã corpus ſuum mortuũ militũ ludibrio & vulnerationi voluntarius dum viueret expoſuit, & eius ſanguinis ex mortuo corpore effuſione remiſſionẽ peccatorũ noſtrorũ meritus dici poſsit hactenus, quia voluntariè ex obediẽtia corpus ſuũ mortuũ tali ludibrio expoſuit: tamẽ hęc non pertinent ad ea, quę de Chriſto omnes noſſe tenentur atq; recolere. Etſi enim Matthæus & Marcus atq; Lucas nõ meminerint ſanguinis ex mortuo corpore fluentis, non ideo aliquid de ſubſtantia & his, quæ omnibus cognitu neceſſaria ſunt, omiſerũt.

Cur aqua vino in Miſſa miſceri debeat.

Sicut

Sicut etſi ignoramus, quæ ſint illæ blaſphemiæ, de quibus Lucas ſcribit: Multa alia blaſphemantes dicebant in eũ: & quæ ſint falſa teſtimonia, quæ in cõcilio contra Chriſtum producta ſunt: & qui ſint ſermones multi, quibus Herodes Dominum interrogauit: non tamen ob hoc ignoramus dominicæ afflictionis cognitu neceſſariam ſubſtantiam. quanquã expreſsior eſſet cognitio, ſi omnia in particulari noſſemus. Ita etſi non recolamus ea, quæ ſeorſum ex ſanguinis conſideratione prima facie occurrũt, nõ ob hoc neceſſariam recordationem omittimus. Lucæ 22.

Secũdo verò modo cogitãdo ſanguinem Domini per tropum effuſum fuiſſe, nihil aliud cogitamus, quàm dominum violenter necatum. Et hoc prima facie, dum ſanguis Chriſti effuſus cogitatur, etiã hominibus occurrit. Tropus enim notiſsimus eſt, quo ſanguis dicitur fundi, cùm homo necatur. Et ſic ferè, dum ſcriptura dicit, nos ſanguine Chriſti redẽptos, intelligit nos Chriſti morte à Iudæis illata, etiam cum corporis læſione, & aliqua fuſione propriè dicta ſanguinis coniuncta redemptos: non vrgendo præcisè mortem contigiſſe ex propriè dicto ſanguinis effluxu. Et hac conſideratione ex

ſanguinis

ſanguinis mẽtione occurrit memoriæ mors Chriſti,omnibus creditu neceſſaria.Sed prima facie neque reſurrectio, neque aſcenſio Chriſti ex ſanguine occurrit ſtatim memoriæ. Cùm igitur nihil per ſanguinem ex neceſſarijs ad ſalutem occurrat, quin idem & per corpus occurrat,multa verò neceſſaria ex corpore prima facie cogitẽtur,quę nõ ex ſanguine:clareſcit,cur cõueniebat ſumptionẽ corporis in Chriſti memoriã ꝑcipi,nõ ſanguinis. Nũc eſt videndũ,quomodo vnã ſpeciem ſumẽtes,tã perfectè faciant memoriam Chriſti,quàm illi qui vtráq; fruuntur. Chriſtus igitur voluit memoriam ſui fieri ab hominibus per hoc ſacramentum, non hominibus propriè,quibus commodiùs per verba fit recordatio acceptorum beneficiorum,ſed Deo patri: ſicut dies Paſchæ cum omnibus cæremonijs ſuis fiebat in monumentum domino,vt præcepit Moſes Exo. 12:& acceptum beneficium liberationis ex Ægypto debebant filij Iſraël annũtiare Domino,cum gratiarum ſcilicet actione: nec ſolis verbis, ſed & munerum oblatione,primitiarũ ſcilicet,hoc profiteri, vt legis Deuteronomij 26. vbi ſic habes;Cùm intraueris terrã,quam Dominus Deus tibi daturus eſt

Quomodo vnã ſpéciem ſumẽtes tã perfectè faciãt memoriã Chriſti,quàm ſumẽtes vtramq;

poſsidédam,& obtinueris eam,atq; habitaueris in illa,tolles de cunctis frugibus tuis primitias,& pones in cartallo, pergéſque ad locum, quem dominus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomẽ eius:accedeſq; ad ſacerdotem,qui fuerit in diebus illis, & dices ad eũ: Profiteor hodie coram domino Deo tuo, quòd ingreſſus ſum in terram,pro qua iurauit patribus noſtris,vt daret eam nobis. Suſcipienſq; ſacerdos cartallum de manu tua, ponet ante altare domini Dei tui, & loqueris in cõſpectu domini Dei tui: Syrus perſequebatur patrẽ meũ,qui deſcẽdit in Ægyptũ,& ibi peregrinatus eſt in paucißimo numero,creuitq; in gentẽ magnam,ac robuſtã, & infinitæ multitudinis. Afflixeruntq; nos Ægyptij,& perſecuti ſunt imponẽtes onera grauißima, & clamauimus ad dominũ Deũ patrum noſtrorum,qui exaudiuit nos,& reſpexit humilitatem noſtram, & laborem atque anguſtiã,& eduxit nos de Ægypto in manu forti, & brachio extento, in ingenti pauore, in ſignis atq; portentis: & introduxit ad locum iſtum, & tradidit nobis terram lacte & melle manantem. Et idcirco offero primitias frugũ terræ,quã dominus dedit mihi. Et dimittes eas in cõſpectu

domini

domini Dei tui,et adorato domino Deo tuo epulaberis in omnibus bonis,quę Dominus Deus tuus dederit tibi & domui tuæ.Et infrà:Reſpice de ſanctuario tuo,& de excelſo cœlorum habitaculo,& benedic populo tuo Iſraël,& terræ quam dediſti nobis, ſicut iuraſti patribus noſtris, terræ lacte & melle mananti.Sic igitur & nunc debemus gratâ memoria Deo recolere; pro nobis vnigenitum ipſius in mortem traditū eſſe: nec ſolùm recordari verbis, ſed & munerū oblatione.Et vnde offeremus,niſi ex Dei donis?Quæ enim de manu tua accepimus, ait

1.Parali. vltimo. Dauid,dámus tibi.Et quæ ex donis? an minora? Abſit. Maledictus enim doloſus,qui

Malac. 1. habet in grege ſuo maſculum,& votum faciens immolat debile Domino. Primitias igitur offeremus omnium frugum, id eſt, vnigenitum Dei filium,ipſum qui nobis datus eſt,& à nobis habetur ſub ſpecie panis & vini: Ipſe enim eſt primitiæ omnium electorum,& fortiſsimus,atq; pinguedine ſancti ſpiritus pleniſsimus. Et per eū oblatum annuntiabimus Deo patri,ſiue commemorabimus ipſo opere oblationis, mortē eius. Et quia adhuc plenè participes & conſortes mortis eius non ſumus, per ipſum in oblatione

ſatione precabimur patrem cōſortium eius pro nobis & omnibus electis: Sicut in ipſa oblatione Iſraëlitæ pro ſe & populo Iſraël precari iubebantur. Ille enim verè pro inchoato beneficio gratias non agit, qui eius perfectione egeſtatem ſuam ſuppleri non ſatagit. Et quia non eſt ſatis precari participium, niſi etiam verè participes efficiamur, de ipſa oblatione ſumemus, ſicut Iſraëlitæ de oblatis epulabantur. Aliter enim fit memoria Dominicæ mortis oblatione Euchariſtiæ, aliter ipſa ſumptione. Per Euchariſtiæ enim oblationem fit Deo gratiarum actio, pro beneficio illo ſummo mortis Chriſti, ipſo opere: quæ gratiarum actio etiam verbis fit in Miſſæ præfatione. At ſumptione ipſa hactenus fit memoria Dominicæ mortis, quia eo ipſo quo homo ſumit aliquid de ſacrificio, Deo in gratiarū actioné pro morte domini oblato, ſignat opere ſe approbare illud, ac ſocium & participem eſſe ſacrificij oblati: ſeq; in memoriam recondere, & intenta mente ad imitationem dominicę paſſionis velle recordari, et eius amplius ac amplius participiū deſiderare. Igitur per ſacrificium primò agitur memoria mortis Chriſti cum gratiarum actione, ſecundariò petuntur be-

Aliter fit memoria Dominicæ mortis oblatione Euchariſtię aliter ipſa ſumptione.

tur beneficia eiuſdem mortis. At contrà per ſumptionem primò quæritur fructus mortis Dominicæ,& ſignatur ſocietas hominis cum Chriſto:ex quo conſequitur ſecundò, quòd homo eius memoriam agit,cuius beneficium quærit,& quem imitari ſatagit. Vt
Fol.18. igitur(ſicut ſuprà dixim⁹)quiſquis vel minimũ de altari Dei in lege Moyſi,vel altari dęmonum apud Gentiles participabat, totum ſacrificium approbabat,& ſe illi ſociabat: ita qui aliquid ſumit de altari Chriſti, totius q̧ oblatione vtriuſq; ſpeciei commemoratum eſt,ipſe ſe memorem oſtendit,dum illius participium ambit,& ſumptione minimæ particulę ei ſe ſociat.Per hoc igitur maximè falluntur & fallunt hęretici,quòd nō putēt aliquam commemorationem dominicę mortis per Euchariſtiā, præcedere ipſam ſumptionē Euchariſtię:ſiue,quòd nō putēt eſſe ſacrificiũ:cũ,ſi verba Chriſti et Pauli Apoſtoli Hoc facite in meā cōmemorationē,et,Quotieſcũq; mādıcabitis panē hunc,& calicem bibetis,mortē domini annũciabitis,dignarētur expēdere,& cōparare cũ ijs,quæ ex cap. 26.Deuteronomij,et Exodo citauimus:hoc facilè poſſent ex ijs intelligere.Sētiunt enim Chriſtus & Paulus,quòd quādocunq; edere

vel

vel bibere volumus de Euchariſtia, priùs in gratiarũ actioné ſacrificio dominicá morté Deo cõmemorare debemus, et poſtea eãdé cõmemorando, ad noſtrã vtilitaté ſiue eius imitationé Euchariſtiã ſumere. Aut ſi ex ipſis ſcripturis hoc intelligere nõ poſſent, faciè idipſum aſſequerétur ex Veterib⁹, ſi horũ verba dignarétur attédere, et ſuũ ſenſum ad eorũ ſenſum dirigere: vt ex verbis eorũ citatis liquidũ eſt. Sed, ne fortè hoc ipſis graue ac moleſtũ ſit, ſola ſalté verba ſynodi Epheſinę quæ ſuprà citauimus, nunc expédat. Nónne ſecundũ iſtius ſynodi Patres, annũciatio dominicæ mortis & reſurrectionis, fit etiá per ſacrificiũ, ante omné eſum & potum? Certè Chriſtus, apparens nunc vultui Dei pro nobis atq; pro electis ſuæ mortis effectũ adhuc poſtulans, non dubium quin gratâ memoria cõmemoret Deo patri ſuá morté, humano generi impéſam, abſq; vlli⁹ rei ſumptione. Et tamé nõ negatur, quin eo ipſo quo quis ſe ſacrificio ſociat, et illud participat, etiá memoriá domini agat, & eius ſe nolle obliuiſci, ſignificet. Vnde D. Auguſtinus, & oblatione, & participatione Dominicá morté cõmemorari docet. Chriſtiani, ait, peracti ſacrificij, q, in cruce obtulit Chriſtus, memoriá celebrant

Fol. 19.

Lib. 2. cõtra Fauſtũ ca. 18

ſacroſan-

ſacroſancta oblatione et participatione corporis & ſanguinis Chriſti. Et li.3.de doctrina Chriſtiana cap.16. dicit edentes carnem filij hominis,& bibentes ſanguiné eius,paſſioni domini communicare,& ſuauiter atq; vtiliter recondere in memoria, quòd caro eius pro nobis crucifixa & vulnerata ſit.

Incipit agere cõtra Conſultationem illã quæ pro vtriuſq; ſpeciei communione anno præterito 64 ſine nomine autoris, typographi, & loci emiſſa eſt.

Autor auté illius libri,qui anno pręterito, népe 64. prodijt,& ſic inſcriptus eſt:De ſacra cõmunione Chriſtiani populi in vtraq; panis & vini ſpécie. Sitne eius reſtitutio Catholicis hominibus optanda,etiamſi iure diuino non ſimpliciter neceſſaria habeatur. Conſultatio cuiuſdam paci Eccleſię optimè conſultum cupientis (quem librum ſuſpectum facit quòd ſine nomine autoris,& impreſſoris,& loci vbi impreſſus eſt, prodijt. Nam videtur in eo locum habere illud euãgelicum: Omnis qui malè agit,odit lucem.)

Ioan.3.

Autor,inquám, illius Cõſultationis folio 22. dicit,duplicem eſſe finem ſacrę communionis: commemorationem ſeu repræſentationem paſsionis Chriſti, & gratiam ſpiritualis nutritionis,ſeu ſanctificationem ex corpore & ſanguine Chriſti. *Ad hanc commemorationem & repræſentationem(*inquit*)quæ in celebratione diuinorũ myſteriorum fit, Veteres cõſecratio-*

ſecrationem,oblationem,& diſtributionem ac participationem vtriuſque ſacramẽti corporis & ſanguinis,pertinere cenſebant. Priuatim verò extra celebrationem myſteriorum,in qua ſola gratia & ſanctificatio quæritur, participationem Chriſti in altera ſpecie ſufficere putabant, ſi vtriuſque ſimul conſequendæ facultas negabatur: cùm hæc gratia & ſanctificatio in altera ſpecie,quæ Chriſtum omnis gratiæ fontem continet,ſi idonea fide ſumatur, plenè impetrari & percipi queat. Hæc ille. In quibus verbis multũ fallitur circa veterum Doctorum ſententiam:quòd exiſtimat priuatam communionem non pertinere ad commemorationem paſsionis Chriſti, ſed tantùm ad ſolam gratiã & ſanctificationem quærendam:Cùm iuxta Chriſti mandatum ſemper quandocunque editur corpus, & quandocunque ſumitur ſanguis Domini,ſiue publicè,ſiue priuatim id fiat,debeat mors domini eadem ratione commemorari:dum videlicet ſemper ad ſacrificium præcedens, in quo mors Deo cum gratiarum actione commemorata eſt, ipſa ſumptio,per quam peracti ſacrificij homo fit particeps, refertur. Scio eſſe Doctores,qui opinantur nec à Chiſto præceptum eſſe, vt non niſi vtraque ſpecie oblata agatur memoria Dominicæ,

mortis.Quod certè non facilè confutes,cùm dominus ipſe teſtetur, cõmemorationẽ ſui fieri per corpus,ſub panis ſpecie conſecratũ. Vnde etiã à Raphaële Volaterano ſcribitur Innocẽtius 4.Norvvegis hoc petẽtib⁹, quia ob immenſa frigora vinũ nec apud ſe natũ habent,nec foris allatum ab acedine cuſtodire poſſunt,conceſsiſſe,vt memoriam Dominicę mortis,ſolius panis cõſecratione, & dominici corporis oblatione,abſq; vino ſacrato agerẽt.Sed de hac re adhuc inferiùs.

Sextum argumentum. Sextũ argumẽtũ. Apoſtolus dicit: De pane illo edat,et de calice bibat:Igitur mandat vtramq; ſpeciem ſumere. *Reſpõſio.* Reſpõſio. Integra verba Apoſtoli ponenda ſunt: Probet ſeipſum homo,& ſic de pane illo edat, & de calice bibat.Non enim Apoſtolus propriè mãdat edere ſimul & bibere de illo pane & illo calice:ſed modũ pſcribit,ſine quo nec eſum corporis,nec potũ ſanguinis permittit: hoc eſt,exigit vt homo ante cõmunionem examinet cor ſuũ, nũ conſciũ ſibi ſit alicuius criminis committendi.Et ſi inuenerit ſe propoſitũ habere mãdata Dei ſeruãdi, & ab omni crimine abſtinendi, videat nũ ſibi cõſcius ſit alicuius criminis ante cõmiſsi, cuius remiſſionẽ nondũ audeat,iuxta doctrinã chriſtia-

nam

nā,cōfidere ſe obtinuiſſe.Si enim non poteſt in ſua cōſcientia cōfidere,ſe Dei filiū eſſe, & mundū:ad hanc menſam accedere nō poterit.Quia ꝑ ipſam cōmunionē dominici corporis vel ſanguinis,vnū ſe eſſe cū Chriſto ſignat.Cū igitur dicit Apoſt.Et ſic de pane illo edat,& de calice bibat:permittit probatū edere & bibere.Nō autē præcipit,vt edat & bibat,ſed præcipit modū,vt dū edere vel bibere vult,nō niſi à ſeipſo probatus id faciat. Sicut ſi dicamus,Computet homo ſumptus ſi habeat ad perficiendum ædificium, & ſic ædificium ædificet:non ędificationē,ſed volenti ædificare modum præcipimus.

Septimū argumētum. Apoſtolus de figura ſacramenti huius loquens,dicit omnes eundem potū ſpiritalē bibiſſe de petra, quę erat Chriſtus.Igitur et nunc oēs Chriſtiani debēt bibere de domini calice,per aquam de petra profluentē ſignato.Reſpōſio. Apoſtolus ibi ex figura docet,ſacramēta oīa Chriſti, Baptiſmū,& corpus et ſanguinē domini cōmunia eſſe bonis et malis, nec ex eo quòd oēs Chriſtiani ſunt baptizati,atq;fruūtur corpore et ſanguine domini, cōſequi,omnes Deo placere,vel ſaluos fore. Quod vtiq; certiſsimū eſt.Et ſic loquitur indifferenter de ſpiri- *Septimū argumentum.* *Reſpōſio.*

tali eſca & ſpiritali potu, quia tunc qui cupiebant, bibebant de calice domini. Cæterũ inde non conſequitur, Chriſti eſſe præceptum, vt omnes de calice bibãt. Et vt meliùs intelligatur ipſa figura corporis & ſanguinis Domini nihil contra veritatem ſiue noſtrã ſententiam conuincère, expendendum eſt, Apoſtolum abſolutè non dicere, omnes Iudæos, qui manna eſcam ſpiritalem manducauerunt, ſimul quandocunq; manna edebant, potum ſpiritalem dè petra miraculosè eductã bibiſſe. Quinimo inuenimus eos, & antequam aquã de petra peculiari miraculo productam biberunt, & poſtquam ea vti deſierunt, manna ediſſe. Manna enim aliti ſunt vſq; ad tranſitum Iordanis, vt legis cã. 5 Ioſue, & Exodi 16. in quo capite etiam ſcribitur, quando cœperint veſci manna, & vbi, nempe in deſerto Sin. At capite 17. ſcribitur eis aqua de petra manaſſe, cùm veniſſent in Raphidim: & iterum Nume. 20. Capite autem 21 Numerorum Dominus dedit eis aquam ex puteo. Et in regno Sehon & Og biberunt aquas ex puteis. Si igitur ex iſtis figuris liceat colligère aliquid, æquè colligemus, non eſſe præceptum, vtramq; ſpeciem ſimul ſumere, ſicut ipſi colligunt, omnes debe-

es debere vtramque ſumere. Deinde in
ianna peculiariter multa mira Deus oſtē-
t,& hoc etiā reſeruari iuſsit,& reponi corā
omino,& abſq; putredine conſeruari, vt
tenderet quo cibo nutriuiſſet filios Iſraël:
im aquā miraculosè quidem è petra pro-
ıxerit,cæterum in ea mira nulla oſtende-
,nec eam reſeruari iuſſerit:fortè ad figu-
ndum, fideles corpori domini ſub ſpecie
nis pluſquam ſanguini ſub ſpecie potus
mmunicaturos.Sic alius idem diuinet fi-
ratum in eo, quòd Chriſtus multa milia
ominum diuerſis temporibus ex paucis pa
bus ſatiauit (Quale miraculum in pane
am Heliſæi tempore contigit) cùm ſemel
ntùm in Euangelio circa potum miracu-
n fecerit,idque in nuptijs coram paucis
minibus. Sed nunquam iſti myſtici ſen- Senſus myſticus non eſt efficax ad dogmata ſtatuenda.
,qui ex ſcripturis non conuincuntur eſ-
ſenſus Spiritus ſancti,proficiunt ad dog-
ata ſtatuenda. Hoc nobis ſufficiat,etiam
licat Apoſtolus, omnes bibiſſe ſpiritalem
tum,qui egreſsi ſunt ex Ægypto:nō ideo
nſequi,omnes Chriſtianos obligatos Dei
ecepto,ad ſumendum ſanguinem Domi-
ub vini ſpecie.
Eſt & aliud argumentum, quod tametſi *Aliud argumentū*

 ab hære-

ab hæreticis pro neceſsitate ſumẽdi ſangui-nẽ dñi ſub ſpecie vini allegatũ nõ legã, quia tamẽ ab aliquo in hoc adferri poſſet, veluti laterale ſeu marginale hîc apponã. Ita aliqs argumentari poſſet: Dominus in cœna dixit ſe nõ amplius bibiturũ de genimine vitis, ſed nouũ illud cũ diſcipulis bibiturũ. Cũ igitur genimẽ vitis vetus poculum agni Paſchalis fuerit, nouũ videtur dici ſanguis noui teſta-mẽti, quẽ bibit Chriſtus in Eccleſia dũ fide-les bibũt (ſicut Abrahã accepit hęreditatem terræ Chanaã, dũ poſteri eius acceperũt: & ſicut Noë cũ filijs benedictione fœcũditatis poſt diluuiũ donatus eſt, cũ ſoli filij, nõ Noë poſt diluuiũ filios generaſſe à ſcriptura do-ceãtur:) ſiue cũ diſcipulis, id eſt per diſcipu-los: Igitur omnes fideles videtur obligati, vt ſanguinẽ dñi ſub ſpecie vini bibãt, quô Chri ſti pdictio in eius corpore myſtico Eccleſia impleatur. Reſpõdemus, recipi poſſe hãc lo-ci huius expoſitionẽ, & hãc indicari ab Hie-ronymo, in libro reſpõſionũ ad quæſtiones Hedibiæ: Cæterũ ex tali pdictione pręceptũ nõ rectè infertur, cũ huiuſmodi pmiſsiones veriſsimę ſint, ſi in aliquibus Chriſti mẽbris impleãtur. Sicut Iacob pmiſſum fuit p be-nedictionẽ patris Iſaac, quòd eſſet dñs fratrũ

Matt. 26.

Reſpõſio.

Quæſt. 2.

Gene. 27

ſuorum

ſuorũ: & per dominũ dictũ fuit Rebeccæ, ꝙ maior populus minori ſeruiret: & dictũ fuit Abrahę, Poſsidebit ſemen tuũ portas inimicorũ ſuorũ. Nihilominꝰ hoc nõ in omnibus Iacob aut Abrahæ poſteris, nec ꝓ omni tempore impletũ eſt, ſed in Dauide, & ſimilibus, quibꝰ Idumęi ſeruierũt. Imò ex iſta Chriſti ꝑdictione ſic licet argumẽtari: Chriſtus ꝑdixit, ſe in poſteris bibiturũ ſanguinẽ ſuũ, & in multis iá ꝑ aliquot cẽturias annorũ nõ bibit eũ: Igitur de illis non loquebatur, quãdo hoc ꝑdixit. Quod ſi inde inferas, hos nõ ꝑtinere ad Chriſti corpus, talis erit hæc illatio, atq; ſi dicas, filios Iſraël nõ fuiſſe poſteros Iſraëlis, ſiue dũ in deſerto vagarentur, ſiue dum ante tẽpora Dauidis Idumæis nõ dominarentur: quia ꝑdictũ fuit, Maior ſeruiet minori: Aut poſteros Abrahę nõ fuiſſe, q ſeruierũt Chaldęis & Aſſyrijs. Deinde demõſtrãda erit aliqua alia eccleſia Chriſti, in qua ſemꝑ hucuſq; in oĩbus Chriſti mẽbris impleta ſit illa ꝑdictio, Donec bibã vobiſcũ etc. Certè ſi verba Chriſti ꝓpriè ſumãtur, ſignificãt eũ in ſua perſona nouũ poculũ bibiturũ, idq́; cũ diſcipulis. Quod inter reſurrectionẽ & aſcenſionem, quando cũ diſcipulis manducauit & bibit, optimè intelligitur eſſe completum. Geneſ. 25 Geneſ. 22

Octauũ aduerſariorũ argumentũ

Octauum aduerſariorum argumentum ſumitur ex cap. 6. Ioannis, vbi Dominus dicit: Niſi manducaueritis carnẽ filij hominis & biberitis eius ſanguinem, nõ habebitis vitam in vobis. Vnde inferunt neceſſe eſſe, vt omnes qui volunt vitam habere, edant corpus domini ſub panis ſpecie, & ſanguinem ſub ſpecie vini bibant.

Reſpõſio.

At reſpondendum eſt, dominũ Ioannis 6. propriè de ſacramento non loqui, etſi de re quæ hoc ſacramento Euchariſtiæ ſignatur, loquatur: nempe ex corpore & ſanguine Chriſti animas noſtras paſci, & vitam ęternam acquirere: & neminem victurum vita æterna, aut ad gloriam reſurrecturum, qui fide non ederit & biberit corpus & ſanguinem Domini: hoc eſt, qui fide incarnationis & paſsionis dominicę, & domini Dei per ea inuocatione non fuerit ſocius & particeps Chriſti crucifixi factus, ſiue nõ fuerit per eũ iuſtificatus. Et non eſt opus aliqua alia probatione ad hæc, quàm ipſa Dominicorum verborum diligenti inſpectione.

Varijs rationibus oſtenditur, capite 6. Io-

Nam primò dicit, cibum permanentem in vitam æternam acquiri fide, qua ipſe Dominus creditur miſſus à Patre. Et apertè dicit: Qui credit in me, non eſuriet, & qui ve-

& qui venit ad me, non ſitiet in æternum. Quo nihil aliud ſignatur; quàm fide Chriſti hominem in æternum ſatiari, & ipſum credere, eſſe edere & bibere. Secundò dicit, ſe eſſe panem vitæ, qui de cœlo deſcẽdit. Igitur ex quo incarnatus eſt, panis fuit. Tunc enim dicitur deſcendiſſe de cœlo: nõ autem tunc propriè, quando corpus ſuum ſub panis ſpecie cõſecrauit, & ſanguinem ſub ſpecie vini. Tertiò dicit, ſe iam eſſe panem vitæ, & carnem ſuam eſſe cibum, & ſanguinẽ potum, cùm tamen ea nondum ſub ſacramentalibus formis vnquã eſſent diſtributa. Imò integro anno extremam cœnam hæc verba præceſſerunt. Nam circa Paſcha, quod Paſcha illud, in quo dominus paſſus eſt, integro anno præceſſit, hæc Domini verba in Capharnaum dicta ſunt: Pater meus dat vobis panem de cœlo verum. Quartò: Perabſurdum eſt, obligare aliquem ad eſum Euchariſtiæ anno integro, antequam ea ſit inſtituta. Verba autem illa, Niſi manducaueritis carnẽ filij hominis etc. obligatoria ſunt. Et ne fortè intelligas, ea obligare pro eo tẽpore quo inſtituta erit Euchariſtia, ſubdit dominus per verbum nõ futuri, ſed præſentis temporis: Qui manducat meam carnem, & bibit

annis no agi de ſacramẽtali Chriſti manducatione.

& bibit meum ſanguinem,habet vitã æternam,vt intelligas illud:Niſi manducaueritis carnẽ etc. quaſi dixiſſet, Niſi edatis carnem etc.Pro qua re facit, quòd legunt quidã ſic: Niſi ederitis carnem filij hominis,& biberitis eius ſanguinem, nõ habetis vitã in vobis. vbi alij legũt,Nõ habebitis vitã in vobis.Dicit quidẽ dominus,panẽ à ſe dandũ,eſſe carnem ſuã pro mũdi vita,ſiue(vt Græci legũt) quam dabo pro mundi vita: quod ita intellexerunt Iudęi,tanq̃ dixiſſet, ſe daturum eis carnem ſuã edendã: quem intellectũ Chriſtus nõ improbat,ſed potius cõfirmat per illa verba,Niſi mãducaueritis carnem filij hominis etc.ſed hoc huic noſtrę ſententię non repugnat. Quanq̃ enim hoc verũ eſt de Euchariſtia,in qua ſub ſpecie panis daturus erat carnẽ ſuã:tamen ita loquitur,vt eſum carnis ſuę etiã ad prę ſens tempus referat. Vnde ob hoc ait ſe daturũ carnem ſuam edendã,quia ipſe ſecundùm humanã naturã ex voluntaria obedientia,nouo modo in cruce carnem ſuã nobis daturus erat, ſicut iam tunc eam dabat,exponendo eã varijs miſerijs & afflictionibus.Sicut enim iuxta illud Ioan.3. Sic Deus dilexit mundũ, vt filium ſuũ vnigenitũ daret,vt omnis qui credit in eũ,nõ pereat, ſed ha-

ſed habeat vitam æternam: Deus pater dedit filium, vt naſceretur in ſimilitudine carnis peccati, & crucifigeretur: vnde ab Eſaia Cap. 9.
filius Dei nobis datus dicitur: Ita & Chriſtus rectè dicitur carnem ſuam edendam, & ſanguinem bibendum dediſſe, dum crucifixus eſt, & mortuus. Imò dum futuram mortem ſuam, ſiue per ſe, ſiue per Prophetas expoſuit, eam fide edendam porrexit. Datus eſt ergo per promiſſorum completionem in Incarnatione, tanquam panis: ſed huic pani, pro infirmis hominibus, & præ grauitate morborum peccati nauſeabundis, per plenariam promiſſorum conſummationem in Paſsione poſtea delicatum condimentum adiectum eſt. Vnde vbi ait, Dabo carnem meam, non ſolùm dicit ſe eſſe panem vitæ: ſed & carnem eſſe cibum, & ſanguinem potum: nomine carnis & ſanguinis miſeriam & mortem ſuam, & non ſolam humanam naturam ſignificans.

Quintò hoc quoque eſt aduertendum, Dominum dicere, ſe carnem ſuam daturum pro ſeculi vita, &, panem verum dare vitam mundo, ſcilicet toti, vt Cyrillus expoſuit & Auguſtinus. Igitur iſte panis & Abel, & Noë, & omnes priores ſanctos,

ſicut & poſteriores viuificauit & ſaturauit,
Pſal.22. & cibus eorum fuit. Vnde cantat Dauid: Paraſti in cōſpectu meo menſam, aduerſus eos qui tribulant me. Et, Calix meus inebrians quàm præclarus eſt. Et per Salomonem iam
Prou.9. olim clamauit Sapientia incarnanda: Venite, edite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis. Et per alium ſapientem
Eccle. 24 dicit ſapientia eadem: Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient. At hæc de corpore Domini, prout forma panis velatum nunc ſumitur, verá non ſunt. Non eſt enim corporaliter ſumptum ante Chriſti nouiſsimam cœnam.

Sextò illud, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem: &, Niſi ederitis carnem filij hominis etc. nō ſignat, quòd quandoq; ſit edenda caro, & ſanguis Domini bibendus, per ſingulos annos, aut menſes, aut hebdomadas: quomodo vtique ſufficit Euchariſtiam ſumere: ſed quòd quotidie ſumere oportet corpus & ſanguinem Domini pro vita animæ, ſicut cibum & potum corporalem quotidie ſumimus pro vita corporis. Septimò, ſi de ſacramento ſermo eſſet, non eſſet verum, quòd quiſquis edit carnē domini, & bibit eius ſanguinem, ha-

nem,habeat vitã æternam: cùm iuxta Paulum Apoſtolum,multi ſumentes carnem & ſanguinem domini ſub formis panis & vini, iudicium ſibi manducent & bibant. Cùm igitur Ioannis ſexto nihil aliud præcipiatur, quàm vt dulciter recolamus, Chriſtum pro nobis hominem factum, & crucifixum, & ex ea fide Deum,pro vita ęterna obtinenda, participiũ crucifixi Saluatoris poſtulemus: clarum eſt, ex ijs verbis nihil pro præcepto ſumendi ſanguinem ſub ſpecie vini poſſe ſtatui. Denique, ea verba dominica, Si non ederitis carnẽ filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis, quidam ita intelligũt, vt dominus exigat ad vitam habendam alterum, aut eſum dominicæ carnis,aut potum dominici ſanguinis. Vtrumlibet enim dominus docet eſſe viuificum, dum & carnem ait eſſe verè cibum, & ſanguinem verè potum, dumq; ait eſum ſui eſſe viuificum,dicens: Qui mãducat me, viuet propter me: Et, Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Frequens enim aiũt eſſe Hebręis,vt repetatur particula negatiua(non)intercedente coniunctiua coniunctione. Vt, ſic Hebræi habent in primo Pſalmo;Non reſurgent impij in iudicio, &

peccato-

peccatores in cõcilio iuſtorum. Et Pſal. 48. Non receſsit retrò cor noſtrum, et declinaſti ſemitas noſtras à via tua. Cùm repetendum ſit, ſecundùm ſententiam Prophetę, dictiuncula (non) Et non reſurgent peccatores, Et non declinaſti ſemitas noſtras à via tua. Ita in hoc loco: ſi non ederitis carnem meam, & biberitis ſanguinem meũ: ſi repetis Non, & non biberitis ſanguinem meum, ſenſus erit: Si neque ederitis carnem, neque biberitis ſanguinem meum, non habebitis vitam in vobis. Hæc annotatiuncula eò proficit, vt ſciant hæretici, non ſtatim hîc præcipi vtrámque ſpeciem omnibus communicaturis, etiamſi de ſacramento fieret hoc loco mentio. Verum autem ſenſum Ioannis ſatis explicuimus ſuprà. Quem etiam veteres Doctores amplectuntur, Baſilius, Auguſtinus, Bernardus. Sic enim habet Baſilius epiſtola 141. Qui edit me, & ipſe viuet propter me. Edimus enim ipſius carnem, & bibimus ipſius ſanguinem, per incarnationem participes fientes, & ſenſibilis vitæ Verbi & ſapientiæ. Carnem enim & ſanguinem, totum ſuum myſticum aduentum nominauit, & doctrinam ex actiua & naturali ac theologica conſtantem indicauit, per quam

Doctores veteres verba Ioannis 6. de ſpiritali mãducatione intelligunt.

quam nutritur anima, & interim ad veritatis ſpeculationem præparatur. Auguſtinus tractatu 26. in Ioannem: Denique (inquit) iã exponit quomodo id fiat quod loquitur, & quid ſit mãducare corpus eius, & ſanguinem eius bibere. Qui mãducat carnem meã, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Hoc eſt ergo mãducare illam eſcam, & illum bibere potum, in Chriſto manere, & illum manentem in ſe habere. Ac per hoc qui non manet in Chriſto, & inquo non manet Chriſtus, procul dubio nec man ducat ſpiritaliter carnem eius, nec bibit eius ſanguinem, licet carnaliter & viſibiliter premat dentibus ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti. Bernardus autem verſu 3. in Pſalmum, Qui habitat, ſic habet: Cùm audirent dicentem, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, dixerunt: Durus eſt hic ſermo, & abierunt retrorſum. Quid autem eſt, manducare eius carnem, & bibere ſanguinem, niſi communicare paſsionibus eius, & eam conuerſationem imitari, quam geſsit in carne? Vnde & hoc deſignat illibatum illud altaris ſacramentum, vbi dominicum corpus accipimus: vt ſicut videtur illa panis forma in nos intrare,

intrare, ſic nouerimus per eam quam in terris habuit conuerſationem ipſum intrare in nos, ad habitandum per fidem in cordibus noſtris. Cùm enim iuſtitia ingreditur, ille ingreditur, qui factus eſt nobis à Deo patre iuſtitia. Idem paucis dicit in tractatu de diligendo Deo. Porrò Chryſoſtomus & Cyrillus, ſcribentes in caput ſextum Ioannis, ideo præcipuè ſacramenti Euchariſtiæ mentionẽ faciunt, quia in eo capite dominus diſſerit de re, quæ per ſacramẽtum Euchariſtiæ ſignificatur. Imò ob eam cauſam dicit alicubi Auguſtinus, dominum de ſacramento mẽſæ ſuę dicere, Niſi mãducaueritis carnẽ meam, & biberitis ſanguinem meum, non habebitis vitam in vobis: ad probandum, paruulos morientes antequam in Chriſto renaſcantur, non ſolùm non intrare in regnum cœlorum, ſed nec habere vitam æternam. Sed hoc ſenſu illud Auguſtini intelligẽdum eſt, quia dominus loquitur de re per ſacramentum ſanctæ menſę ſignata: nempe de ſocietate & participio paſsionis Chriſti, & vnione cum Eccleſia, quæ eſt myſticum corpus Chriſti. Vnde in eodem opere Auguſtinus docens, quomodo paruuli edãt Chriſti corpus, oſtendit eos incorporari Chriſti corpori per ſa-

Lib. 1. de pec. mer. & remiſ. cap. 20.

per ſacramentum baptiſmi. Nũquid,inquit, Lib.3.c.4
& illud ambiguũ eſt: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt introire in regnũ Dei? Nũquid & illud: Vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluũ faciet populum ſuum à peccatis eorum? Nunquid etiã illud: Quia niſi manducauerint homines carnem eius, hoc eſt, participes facti fuerint corporis eius, nõ habebunt vitam? His atq; huiuſmodi alijs, quę nunc prætereo, teſtimonijs diuina luce clariſsimis, diuina authoritate certiſſimis, nónne veritas ſine vlla ambiguitate proclamat, non ſolùm in regnũ Dei nõ baptizatos paruulos intrare non poſſe, ſed nec vitam æternam poſſe habere præter Chriſti corpus, cui vt incorporentur, ſacramẽto baptiſmatis imbuuntur. Nemo (inquit alibi Lib. 3. de cõſenſu euangel. cap. 25.
Auguſtinus) ſe Chriſtum agnouiſſe arbitretur, ſi eius corporis particeps non eſt, id eſt, Eccleſiæ, cuius vnitatem in ſacramento panis commendat Apoſtolus, dicens: Vnus panis, vnum corpus multi ſumus? Hoc igitur ſenſu dicit Auguſtinus dominum loqui de ſacramento menſæ ſuæ Ioannis 6. quia de re ſignata per ſacramentum loquitur. Sicut contrà eodem capite in ſcriptura dicit Lib. 1. de pec. mer. & re. c. 20.
baptizatos paruulos, fideles vocari, quia ſa-

 cramen-

cramentum fidei baptiſma habent. Pro paruulorum, inquit, vita caro data eſt, quæ data eſt pro ſeculi vita: & ſi non manducauerint carnem filij hominis, nec ipſi habebunt vitam. Hinc eſt etiam illud: Pater diligit filiũ, & omnia dedit in manus eius, Qui credit in filium habet vitam ęternam: qui autem incredulus eſt filio; non habebit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eũ. In quo igitur horum genere ponemus infantes? in eorum qui credunt in filium, an in eorum qui ſunt increduli filio? In neutro, ait aliquis, quia cùm adhuc credere non poſſunt, nec increduli deputandi ſunt. Non hoc iudicat Eccleſiaſtica regula, quæ baptizatos infantes fidelium numero adiungit. Porrò ſi iſti qui baptizantur, propter virtutem celebrationemq́ue tanti ſacramẽti, quamuis ſuo corde atque ore non agant quod ad credendum confitendumq́ue pertineat, tamen in numero credentium computantur: profectò illi quibus ſacramentum defuerit, in eis habendi ſunt, qui non credunt filio: atque ideo ſi huius inanes gratiæ de corpore exierint, ſequetur eos quod dictum eſt, Non habebunt vitam, ſed ira Dei manet ſuper eos.

Quòd

Quòd vetus Eccleſia non ſenſerit, omnibus communicantibus à Chriſto præceptam eſſe vtriuſque ſpeciei ſumptionem: vbi veterum teſtimonia prò hac re adducuntur; & quæ ex iјs in cõtrarium ab aduerſariјs allegantur, ſoluuntur.

TRACTATVS SECVNDVS.

HActenus oſtenſum eſt, in ſcripturis ſacris nullum contineri præceptum de ſumendo ab omnibus Euchariſtiæ ſacramento ſub vtráque ſpecie. Nunc declarandum eſt, etiam veterem Eccleſiam non habuiſſe opinionem vllam huius præcepti. Notum eſt igitur, quomodo in primitiua Eccleſia propter perſecutiones rari cõuẽtus quãdoq; potuerint à chriſtianis celebrari, & nihilominus tunc ſine Euchariſtię communione nõ fuerint. Dabatur enim eis tunc domum ferẽda: vtiq; ſub ſpecie panis tantùm. Nam Cyprianus corpus domini manibus domum portatum dicit, atq; in arca repoſitum. Et refert Algerus ex Bedæ martyrologio die 15. Auguſt: Legitur Tharſitius martyr, corpus domini ferẽs, cùm à paganis cõprehẽſus requireretur quid ferret, et

Sermo. 5. de lapſis

Lib. 2. de Sacramẽto Euchariſtiæ c. 8

ſanctum canibus dare nollet, martyriũ obtinuiſſe. Cumq́; illo mortuo curioſè quærerent quid ferret, corpore Chriſti cœlitùs ſublato, linteamina tantùm quibus ipſum continebatur, reperta ſunt. Hieronymus dicit, fideles Romæ corpus domini domi accipere ſolitos, cũ Eccleſias ingredi nõ auderent ob coitum coniugalem. Ambroſius verò in oratione funebri de obitu fratris ſic habet. Quid obſeruantiã fratris erga Dei cultum prædicẽ? qui priuſquã perfectioribus eſſet initiatus myſterijs, in naufragio conſtitutus, cùm ea qua veheretur nauis ſcopuloſo illiſa vado, atq; vrgentibus hinc atq; inde fluctibus ſolueretur, nõ mortem metuẽs, ne vacuus myſterij exiret è vita, quos initiatos eſſe cognouerat, ab his diuinum illud fidelium ſacramentum popoſcit, nõ vt curioſos oculos inſereret arcanis, ſed vt fidei ſuæ conſequeretur auxilium. Etenim ligari fecit in orario, & orarium inuoluit in collo, atque ita ſe deiecit in mare, non requirens de nauis cõpage reſolutam tabulam, cui ſupernatãs iuuaretur, quoniam fidei ſolius arma quæſierat, etc. Quorſum quęſo in naui ſumpſerant dominicum corpus ſecum fideles citra ſanguinem, niſi vt in periculo nanfragij illud ſumerent?

In Apologia pro libris cõtra Iouinianum.

merent? Neq; enim ſub ſpecie vini ſimul ſanguinem ſecum ferebant. Ille etenim ligari non poterat in orario, & inuolui collo. Fideles igitur illi reputabant ſe licitè ſub ſpecie panis tantùm poſſe communicare. Beda quoque lib. 4. hiſtoriæ Anglorum, cap. 24. ait quendam pium infirmum interrogaſſe, an Euchariſtiā intùs haberent, & dixiſſe: Afferte mihi Euchariſtiam. Qua accepta in manu, interrogauit ſi omnes erga ſe placidum animū ſine quęrela cōtrouerſiæ ac rancoris haberent, etc. Ex his & multis ſimilibus hiſtorijs clarū eſt, veterē Eccleſiā nō reputaſſe, Chriſti eſſe præceptum vt omnes cōmunicantes vtraq; ſpeciem ſumant. Idem confirmatur ex antiquiſsimo ritu Eccleſiæ Romanæ, quę in die Paraſceues non conſecrat ſanguinem domini, ſed de ſolo corpore, ex præcedentis diei cōſecratione ſeruato, communicare iubet. Nam quod quidam Berno de officio Miſſæ ſcribens, & ex eo Micrologus dicit, per orationem dominicam & immiſsionem corporis domini vinum conſecrari, vt populus poſsit plenè cōmunicare, cōtrarium eſt veterum omnium atq; recentiorum Doctorum ſententijs, qui omnes aſſerunt, verbis Chriſti, non cōtactu corporis conſe-

Error quorūdā circa cōſecrationem Euchariſtiæ

conſecrari ſanguinem Chriſti. Fuêre quidam errantes Græci, qui putârunt præcibus certis, quibus precantur ſacerdotes, vt Spiritus ſanctus tranſmutet panem & vinum in corpus & ſanguinem Chriſti, Euchariſtiam confici: Sed nemo per ſolam orationem dominicam & contactum corporis dixit conſecrari ſanguinem, præter vnum nullius authoritatis Bernonem: qui etiam in hac re apertè contradicit Innocentio primo Papæ, in Epiſtola ad Decentium Eugubinum Epiſcopum cap.4. dicenti: Traditio Eccleſiæ habet, iſto biduo (hoc eſt, Paraſceue & Sabbato ſancto, quo Apoſtoli in mœrore conſtituti ieiunârunt) ſacramenta penitus non celebrari. Quàm ſunt contradictoria verba illa Bernonis, Ordo Romanus in Paraſceue vinum non conſecratum cum Dominica oratione & Dominici corporis immiſsione iubet conſecrare: & verba Innocentij primi, Traditio Eccleſiæ habet, iſto biduo ſacramenta penitus non celebrari. Celebramus quidem nunc Sabbato ſancto Miſſam, ſed hæc magis ad noctem Dominicæ reſurrectionis quàm Sabbatum refertur: & tempore Innocentij noctu celebrari ſolebat.

Non minus autem inepta eſt cauſa, quam Berno ille aſsignat, Vt populus plenè poſſit communicare: & citatio verborum Gelaſij ad hoc confimandum. Sed de his infrà.

Vt autem argumentum hoc, ex ritu Paraſceues ſumptum, Doctor ille nouitius, cuius ſuprà meminimus, nobis eripiat, ſic dicit folio 17. facie 2. de ritu Græcorum, in aliquo ritui Paraſceues ſimili:

Quanquam hic ritus Græcorum grauiter ab Humberto Syluæcandidæ Epiſcopo aduerſus Nicetam reprehenditur, vt quem Chriſti inſtituto contrarium aſſerat: qui nuſquam imperfectam, ſed perfectam tantùm paſsionis ſuæ commemorationem diſcipulis ſuis tradiderit, quæ conſtat benedictione, fractione, & diſtributione.

Sed vt amice Lector, intelligas, Humbertum hunc non aduerſari ritui Paraſceues, quem ſeruat Romana Eccleſia, nec propriè ritui Græcorum, in eo quòd quandoque ex præſanctificatis communicant: aduertenda ſunt verba Nicetæ Græci Abbatis, quæ Humbertus reprehendit. Sic igitur is ait: Qui in ſexto vniuerſali Concilio conuenerunt Patres, ſimiliter iuxta quinquageſimumſecũdum canonem ſanciunt cũ ſanctiſsimo Agathone Papà, dicẽtem ſic: In

Verba ſunt deſſcripta ex manu ſcripto co-

dice, qui nec capita nec foliorũ numerũ habebat, vt & verba Leonis noni & Hũberti.

ſic:In omnibus ſanctis Quadrageſimæ ieiuniorũ diebus,ſiue Sabbato & dominico die, & ſiue ſanctæ Annuntiationis die,fiat Miſſa ex antè ſanctificatis oblationib⁹.Sic ergo accipientes nos Sabbato & dominico die ſecus tertiã horã,in qua & Spiritus ſanctus deſcendit ſuper diſcipulos immolantes:in ipſis ſanctificamus munera,ex quibus ſufficientiã in totã hebdomada cõſeruamus.In alijs autem diebus hebdomadis,iuxta tempus horæ nonæ diei,concludentem omnem miniſtrationem in conſummatione Completorij agimus nos ſacerdotes cum diaconibus ingreſſum,thuribulum ſolum ferentes.Et poſt lectionem Prophetarum cõſtitutas orationes à Magno Baſilio facientes,& munera tranſferentes appoſitionis altario,et orantes cum ipſis : inſuper autem & traditam nobis à domino orationem dicentes, exaltamus præſanctificatum panem, & dicimus præſanctificata ſancta ſanctis,& vniti communicamur pane & calice myſteriorum Chriſti. Et infrà : Vos autem referentes per vnumquenque diem perfectam in Quadrageſima miniſtrationem, quæ congrua eſt iuxta tertiam horam diei offerri, poſitos tranſgredimini canones Eccleſiæ, &

in hoc

in hoc maledictioni Patrum ſubiacetis, ſicut dictum eſt. His reſpondet Humbertus dicens nuſquam præceptum eſſe, vt quinq; diebus Quadrageſimæ, qui ſunt præter Sabbatum & Dominicam, Miſſa fiat ex pręſanctificato pane. Et oſtendit eodem libro, canonē Cōcilij 6. vniuerſalis nō eſſe Agathonis, nec Concilij ſexti vniuerſalis. Deinde, (inquit) quotidie, ſiue tertia ſiue nona, ſiue quacunque hora fiat à nobis Miſſa, non fit niſi perfecta: nec reſeruatur ex oblatione eius pars aliqua, vt per dies quinque agatur inde Miſſa imperfecta. Quia nec ſancti Apoſtoli leguntur quicquam ex illo primo corporis & ſanguinis Chriſti myſterio, ſub ipſa cœna diſtributo reſeruaſſe: Nec actus eorum indicant, eos aliquando tale quid egiſſe aut pręcepiſſe. Quinimo, ſicut Lucas narrat, erant fideles perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis. Quæ communicatio qualiter & quibus diebus fieret, poſt pauca demonſtrat dicēs: Quotidie perſeuerātes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem ſumebant. Ecce, verax Euangeliſta teſtatur ſub Apoſtolis fideles quotidie oraſſe, & panē fregiſſe. Et vos qui eſtis, qui dicitis duobus tan-

bus tãtùm diebus hebdomadis Miſſam perfectam fieri debere, reliquis verò quinque imperfectam: Nempe in panis fractione & communicatione non niſi perfectam actionẽ Miſſæ debemus accipere: quemadmodũ & ipſum dominum legimus non imperfectam, ſed perfectam commemorationẽ ſuis diſcipulis tradidiſſe in pane à ſe benedicto, & mox diſtributo. Non enim benedixit tãtùm, & ſeruauit frangendum in craſtinum: nec fregit tantùm, & repoſuit: ſed fractum ſtatim diſtribuit. Et infrà: Quodlibet horum trium ſine reliquis fiat, ſcilicet aut fractio ſine benedictione & diſtributione, aut benedictio ſine fractione & diſtributione: perfectam memoriam Chriſti nõ repræſentat: ſicut diſtributio nullã ſine benedictione & fractione. Et rurſum aliquanto inferius: Si autẽ, vt dicis, panẽ iam pridem oblatum & ſanctificatum exaltatis altera die, vnam oblationem videmini bis offerre. Hæc Hũbertus. Vides igitur hîc, Chriſtiane lector, Humbertum non improbare communionem ex reſeruata Euchariſtia: ſed hoc tantùm, quòd dicebat Nicetas, debere quinque diebus hebdomadæ in Quadrageſima fieri ſine conſecratione imperfectam Miſſam, in

qua

qua idem panis ſacratus antea oblatus iterum offerretur. Quod vtique falſum eſt. Nota autem diligenter, Humbertum hunc docere, Chriſtum non imperfectam, ſed perfectam commemorationem ſuis diſcipulis tradidiſſe in pane à ſe benedicto, & mox diſtributo: & ad perfectam Chriſti memoriam repræſentandam, requiri benedictionem, fractionem & diſtributionem, vbi nullam, aut conſecrationem, aut ſumptionem ſanguinis ſub ſpecie vini, ad perfectam Chriſti commemorationem requirit: vtiq; attendens verba illa Domini, Accipite & manducate, Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur: Hoc facite in meam commemorationem: quæ Lucas eum dixiſſe ſcribit. Porrò voce diſtributionis intelligit Humbertus eam diſtributionem, qua Sacerdos vel alios, vel ſaltem ſeipſum, ſi alij corpus Domini ſumere non petant, communicat. Nam diſtributio non requiritur, niſi ob ſumptionem: ſicuti fractio propriè ordinatur ad diſtributionem in plures, vbi plures hoſtię nō cōſecrātur: vel vt cōmodiùs ſacerdos hoſtiā ſumat. Vnde perfecta Chriſti commemoratio eſt in conſecratione, & ſumptione. Plurimū igitur facit teſtimoniū Humber-

Humberti,ad cōfirmandum,Chriſtum non requirere ab omnibus,vt ſub vtraque ſpecie cōmunicent: quinimo ex Hūberti teſtimonio conſtat,tempore ipſius etiam publicam communionem ſub vna ſpecie fuiſſe celebratam à Gręcis.Quod ipſum etiam de Eccleſia Hieroſolymitana teſtatur Leo nonus ſcribens Michaëli Conſtantinopolitano cōtra errores Græcorum. Hieroſolymitani, inquit,(Epiſcopus & clerus)ſi quid ex ſancta & venerabili Euchariſtia in Hieroſolymitanis Eccleſijs ſuperfuerit, nec incendūt, nec in foueam mittunt, ſed in pixidem mundam recondunt, & ſequenti die communicāt ex ea populum: quia quotidie cōmunicatur ibi,eò quòd conueniunt illuc ex diuerſis prouincijs Chriſtiani,qui propter fidem & maximum amorem filij Dei communicari ibidem deſiderant. Credo quòd ſanguis domini non in pixide ſeruabatur. Sed de his hactenus.

Porrò Doctor idem nouitius folio 17.ſuæ Conſultationis dicit: *Non puto demonſtrari poſſe, totis mille amplius annis in vlla Catholicæ Eccleſiæ parte ſacroſanctum hoc Euchariſtiæ ſacramētū aliter in ſacra Synaxi è mēſa dominica fideli populo,quā ſub vtróq; panis viniq́ ſymbolo,admini-*

ſtratum

ſtratū fuiſſe. Niſi quòd apud Latinos, Paraſceues die ſolo pane pridie ſanctificato & reſeruato communio fieri videatur. Sed grauiores authores, qui ante aliquot ſecula de Eccleſiaſticis officijs ſcripſerūt, Ordinis Romani autoritatem ad comprobandam plenam populi communionem, ex hoc ipſo ritu adducunt. In quo Ordine habetur, vt in Paraſceue vinum non conſecratum cum Dominica oratione, & Dominici corporis immiſſione conſecretur: vt populus plenè poſſit communicare, ſiue (vt alius quidam in Ordinario Romano legi affirmat) vt contactu Dominici corporis integra fiat communio. Idem cēſendū de Liturgia προηγιασμένων, id eſt, præſanctificatorum, ſiue imperfecta, quæ apud Græcos per Quadrageſimam celebratur quinque illis diebus hebdomadæ (qui ſunt præter Sabbatum & dominicum) quibus oblatio & conſecratio non fiebat, ſed ſola ex præſanctificatis diſtributio. Nam & illic vinum & aqua in calicem mittitur, & in precibus ante communionem corpus & ſanguis Domini cōmemoratur. Et infrà. *Si cui vero omnino videatur, nullā in hac actione dominici ſanguinis diſpēſationem fuiſſe, cogitet hanc ipſam dominici corporis communionem fuiſſe extraordinariam, hoc eſt, præter legitimam & ordinariam Dominici panis & calicis conſecrationem, & oblationem, eóſque qui his diebus de reliquijs Dominici corporis communica-*

municabant, antea in legitima & perfecta myſteriorum celebratione de calice domini participaſſe. Non ſatis igitur conſideratè ſcribere videntur, qui apud Veteres etiam in publicis conuentibus, & ordinaria adminiſtratione indifferentē vſum huius ſacramēti in vna vel duplici ſpecie probare nituntur. Nā vt aliquando in altera ſpecie, vel panis vel vini, Eucharistia data & percepta ſit: id tamē priuatim & extra ordinem, & non niſi quodammodo neceſſitate impellente factum apparet. Item ſtatim à principio libri: *Veteres omnes tum Græci, tū Latini, in ea ſententia fuiſſe videntur, vt exiſtimauerint in legitima & ſolenni celebratione corporis & ſanguinis domini, & adminiſtratione ac diſpenſatione, quæ in Eccleſia fideli populo è ſacra menſa fit, duplicem ſpeciem, panis & vini, eſſe adhibendam.* Hæc ille.

Sed reſpondemus, in primis nihil ad rem facere, quòd ij qui vna ſpecie apud Veteres communicârunt, anteà aliquando ſanguini Domini communicârunt, vel poſtea. Nam certò fatendum eſt, eum qui communicauit ſanguini Domini ſub ſpecie vini ante octo dies, & nunc communicat corpori ſub ſpecie panis tantùm, non poſſe dici communicare nunc ſub vtraq; ſpecie: nec poſſunt hæ duæ communiones vna cēſeri.

Eadem

Eadem enim facilitate, dicas hominem tota vita ſemel tantùm cõmunicare. Sed neq; ad propoſitum noſtrum quicquam façit, ſiue in priuata, ſiue in ſolenni et publica communione ſumptum ſit corpus domini ſub ſpecie panis tantùm. Præcepta enim Chriſti quę de ſacramentis dedit, ęquè ligãt hominẽ ſiue priuatè, ſiue publicè, ſiue ordinariè, ſiue extraordinariè Sacramentis vtatur: quod ipſum etiam Veteres intellexerunt. Vnde ſi approbârunt priuatã cõmunionẽ in vna ſpecie, etiam publicã probaſſe intelligendi ſunt.

Scio, inquit Hieronymns, Romę hanc eſſe conſuetudinem, vt fideles ſemper Chriſti corpus accipiant, quod nec reprehendo, nec probo. Vnuſquiſq; enim in ſuo ſenſu abũdat. Sed ipſorũ conuenio conſcientiam, qui eodem die poſt coitũ communicant, & iuxta Perſium noctem flumine purgãt: quare ad martyres ire nõ audent? Quare nõ ingrediũtur Eccleſias? An ali⁹ in publico, alius in domo Chriſtus eſt? Quod in Eccleſia nõ licet, nec domi licet. Nihil Deo clauſum eſt, & tenebræ quoque lucent apud Deum. Sic nos interrogemus, An alius in priuata, alius in publica cummunione Chriſtus eſt, vel alia Chriſti iuſsio? Neq; etiã ad rẽ facit, q, dicit. *Non pu-*

In apologia cõtra Iouinianum.

Non puto demonſtrari poſſe, totis mille amplius annis, in vlla Catholicæ Eccleſiæ parte, ſacroſanctum hoc Euchariſtiæ ſacramentum aliter in ſacra ſynaxi è menſa Dominica fideli populo, quàm ſub vtroq; panis viniq; ſymbolo adminiſtratū fuiſſe.

Nam ſi demus hoc demonſtrari non poſſe, an inde ſequetur, non fuiſſe ſub vna ſpecie publicè adminiſtratum? Multa facta ſunt apud Veteres, quæ demonſtrare ex hiſtorijs non poſſumus. Neq; enim omnia Veterum geſta hiſtorijs mandata ſunt. Quod ſi demus non poſſe demonſtrari, priori millenario ſub vna ſpecie publicè hoc ſacramentum adminiſtratum, & demonſtremus tātùm Catholicos poſt mille annos ſub vna ſpecie ex altari populum cōmunicaſſe, anne inde debebimus conſequenter colligere, Catholicos illos ſciuiſſe, etiā ſe priores idem feciſſe, aut ſaltem hoc licitum reputaſſe? An illa Chriſti promiſſio, Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi, &, Portæ inferi non præualebunt aduerſus Eccleſiam meam, &, Alium paracletum dabo vobis, vt maneat vobiſcū in æternum, ſpiritum veritatis, pertinet tātùm ad Eccleſiam, quæ primo annorū millenario Chriſtum ſecuta eſt? Certè D. Bernardus,

Matt. vl.
Matt. 16.
Ioan. 14.

us,qui migrauit ad Dominum anno 1153.
uenitur in ſolenni communione ex alta-
fratres ſuos communicaſſe ſub vnica pa-
is ſpecie. Sic enim primo libro vitæ eius,
ap.12.ſcribit Guilielmus abbas: Agebatur
lennitas quædam præcipua, & frater ali-
uis, quem pro ſecreta culpa ab altaris ſa-
ri communione ſuſpenderat,notari timens
rubórem non ſuſtinens, ad manum eius
um cæteris nimium præſumptuoſus ac-
eſsit. Intuitus autem eum,quoniam cau-
latens erat, repellere hominem noluit:
d intimoq; corde orabat Deum,vt de tanta
ræſumptione melius aliquid ordinaret.
aque ſumens homo Euchariſtiam,non po
erat ad interiora traijcere, & diu mul-
ımque conatus cùm nullo modo præuale-
et,anxius & tremebundus clauſam ore ſer
abat.Expleta denique hora orationis ſex-
, patrem ſanctum traxit in partem, cuius
edibus aduolutus,cum multis ei lachrymis
uod patiebatur aperuit,et aperto ore ipſam
uoq; Euchariſtiam oſtendebat. Increpans
item eum cõfitentem abſoluit,& ſine dif-
cultate recepit Dominica ſacramenta.Hęc
rte intelligi nequeunt de liquida vini ſpe-
e:(Neque enim aperto ore,potuit ſanguis

dominicus ſub vini ſpecie retineri,ita vt alteri poſſet oſtẽdi.)ſed tãtùm de ſpecie panis. Sed autor hic,qui à nobis demonſtrari cupit in primo millenario poſt Chriſtum in publica adminiſtratione,vna ſpecie corpus Domini fuiſſe populo communicatũ, ipſe primùm contrarium demonſtret: nempe,non fuiſſe in publica & ſolénni cõmunione vnica ſpecie totis primis mille annis adminiſtratum.Nam iniquũ eſt, exigere ab Eccleſia certam ex hiſtorijs eccleſiaſticæ conſuetudinis demonſtrationem,& in contrarium ſolùm adferre probabiles,aut vix probabiles coniecturas. At nos oſtẽdamus, etiã intra primos mille annos, in ſolenni & publica cõmunione,populũ ſub vna ſpecie communicaſſe.Et primo quidem loco Cyprianum proferamus,ex quó videntur ſibi aduerſarij noſtri ſuã ſẽtẽtiã ſtatuere.Et, vt lector ex ipſis verbis iudicet,eum ad ſolennem mortis dominicæ memoriam non requirere, vt quilibet de calice bibat, aut vtramq; ſpeciẽ ſumat, verba eiùs integra proponamus.Sic igitur habet ſermóne 5.de lapſis. Præſente ac teſte meipſo accipite quid euenerit.Parẽtes fortè fugiẽtes, dũ trepidi minus cõſulũt, ſub nutricis alimẽto paruulã filiã reliquerũt,

Etiam intra primos mille annos poſtChriſtũ populus publicè & ſolẽniter ſub vna ſpecie communicauit.

relictam

lictam nutrix detulit ad magiſtratus. Illic
apud idolũ quô populus confluebat, quòd
rnem necdum poſſet edere per ætatem,
nem mero mixtum; quod tamẽ et ipſum
immolatione pereuntium ſupererat, tra-
derunt. Recepit filiã poſtmodum mater:
d facinus puella commiſſum tã loqui & in
care nõ potuit, quàm nec intelligere prius
tuit, nec arcere. Ignoratione igitur obrep
eſt, vt ſacrificãtibus nobis eã ſecũ mater
ferret. Sed enim puella mixta cũ ſanctis,
ecis noſtræ & orationis impatiẽs, nũc plo
tu cõcuti, nũc mentis ęſtu fluctuabũda ia-
ari, velut tortore cogẽte, quib⁹ poterat in-
cijs cõſciẽtiã facti in ſimplicibus adhuc an
s rudis ãĩa fatebatur. Vbi verò ſolẽnib⁹ ad-
pletis, calicẽ diacon⁹ offerre pſentibus cœ
, & accipiẽtibus cęteris locus eius aduenit
iẽ ſuã paruula inſtinctu diuinę maieſtatis
ertere, os labijs obturãtib⁹ premere, calicẽ
uſare. Perſtitit tñ diaconus, & reluctanti
et de ſacramẽto calicis infudit. Tũc ſeqtur
gult⁹ & vomit⁹. In corpore atq; ore viola
Euchariſtia pmanere nõ potuit. Sãctifica
n dñi ſanguine pot⁹ de pollutis viſceribus
pit. Tanta eſt poteſtas dñi, tãta maieſtas.
reta tenebrarũ ſub eius luce detecta ſunt
 ſacerdo-

dotem Dei nec occulta crimina feſellerunt. Hæc Cyprianus: apertè conteſtans, ſolēnia fuiſſe adimpleta, quando diaconus calicem præſentibus cœpit offerre. Solēnia autē vocat memoriā ſolennem & publicam dominicæ mortis. Si igitur ad ſolennē memoriam dominicæ mortis requiritur diſtributio dominici ſanguinis ſub vini ſpecie, falſum eſt quod dicit Cyprianus, ſolēnia fuiſſe adimpleta, quādo calicē diaconus prę̨ſentibus offerre cœpit. Quomodo enim adimpleta dicũtur, quibus pars requiſita adhuc deerat? Nec negligenter prætereundũ eſt, quod ait, diaconũ ſolēnibus adimpletis cœpiſſe offerre calicem præſentibus: vtiq; indicans, quoſdam qui ſolennibus prę̨ſentes interfuerant, abijſſe: iuxta quod antiquo ritu ſacrificio ſolenni conſummato, abeundi licētia populo datur. Sic & venerabilis Beda ſcribit li. 2. hiſtoriæ Anglorum, cap. 5. circa annum ab Incarnatione domini ſexcenteſimũ decimũtertiũ contigiſſe turbam in Eccleſia. Auxit, inquit, procellā huiuſmodi perturbationis etiam mors Saberethi regis orientalium Saxonum, qui vbi regna perennia petēs, tres filios ſuos, qui pagani perdurauerant, regni temporalis hę̨redes reliquit, cœperunt illi mox idololatrię̨

quam

uam viuente eo aliquantulum intermiſiſ-
videbantur,palàm ſeruire, ſubiectisq́; po-
ulis idola colendi liberam dare licentiam.
Cumq́; viderenr Pontificem celebratis in
Eccleſia Miſſarũ ſolennijs,Euchariſtiã popu
o dare,dicebant(vt vulgo fertur) ad eum:
arbara inflate ſtultitia,quare non & nobis
orrigis panem nitidum,quem & patri no-
ro Saba (ſic namq; eum appellare conſue-
erant) dabas, & populo adhuc in Eccleſia
are non deſiſtis ? Quibus ille reſpondebat:
i vultis ablui fonte illo ſalutari , quo pater
eſter ablutus eſt,poteſtis etiam panis ſancti
ui ille participabat eſſe participes : ſin au-
em lauacrum vitæ contemnitis,nullatenus
aletis panem vitæ percipere. At illi, Nolu-
ius(inquiunt)fontem illum intrare : quia
ec illo opus nos habere nouimus : ſed ta-
ien pane illo refici volumus . Cumq́; di-
genter ac ſæpè ab illo eſſent admoniti , ne-
uaquam fieri poſſe , vt abſque purgatione
croſancta quis oblationi ſacroſanctę com-
unicet,ad vltimum commoti furore aie-
ant:Si non vis aſſentire nobis in tam facili
auſa, quam petimus , non poteris iam in
oſtra prouincia demorari. Nónne hîc ſatis
anifeſtè indicatur , quòd ſolo pane ſacro
 populum

populum communicabant Epiſcopi tunc temporis? alioqui & vinum ſacrum exegiſſent tyranni. Narrat & hiſtoriam quandam poſt Zozomenum Nicephorus, ex qua patet, homines communicare ſolitos ſub ſpecie panis tantùm. Dicit enim mulierem quandam Macedoniani erroris, & ideo catholicam communionem abominantem, ne à Catholico marito repudiaretur, cũ reliquis Catholicis ſumpſiſſe de altari panem ſacratum, cæterũ non ediſſe, ſed loco eius voluiſſe edere panem prophanum è domo ſibi allatum, qui in lapidem conuerſus eſt. Quo miraculo commota illa, ad Ioannem Chryſoſtomũ feſtina cucurrit. Si hæc mulier abominans Catholicum ſacrificium, debuiſſet ex more aliorum ſimul conſecratum vinum ſumere, ſimulare ſe Catholicam, ſicut per panis prophani eſum ſperabat, non potuiſſet. Quandoquidem de manu Diaconi vel ſacerdotis ex calice ſanguinem ſumere debuiſſet, nec allato prophano calice, hîc quicquam ſimulare potuiſſet. Nunc ex conatu & ſpe fallaciæ eius ſatis patet, non ſumpſiſſe Catholicos omnes Euchariſtiã ſub liquida ſpecie. Vnde etiam Leo ſermone quarto de Quadrageſima,

Cùm

ùm inquit) Manichæi ad tegendam infi-
litatem ſuam noſtris audeant intereſſe
yſterijs, ita in ſacramentorum commu-
one ſe temperant, vt interdum tutiùs la-
ant. Ore indigno Chriſti corpus acci-
unt, ſanguinem autem redemptionis no-
ræ haurire omnino declinant. Quod
eo veſtram volumus ſcire ſanctitatem, vt
obis huiuſmodi homines & his manifeſtē-
ır indicijs, & quorum deprehenſa fuerit ſa-
ilega ſimulatio, notati & proditi à ſancto-
ım ſocietate, ſacerdotali autoritate pellan-
ır. Si fuiſſet tempore Leonis moris, vt om-
es fideles veluti ex Chriſti pręcepto ex ca-
ce debuiſſent communicare, quomodo
Ianichæi potuiſſent tutiùs latere commu-
ione corporis Chriſti ſub ſpecie panis, cùm
mnium oculos in ſe vertiſſent, ob neglectũ
alicem? Sed quia moris erat, vt Catholici
unc ſumerent calicem, nunc nõ ſumerent,
tiã ſumpto corpore: ideo potuerunt ſe Ca-
iolicos ſimulare ipſi Manichęi, ſumpto ſo-
ſacro pane. Nõ autẽ per hoc vult eos Leo
otari & prodi, ſi quãdoq; ſanguinẽ domini,
ımpto corpore, non hauriant: ſed, ſicut ip-
; dicit, ſi ſanguinem redemptionis noſtræ
mnino haurire declinent.

Aliud eſt,quandoque prętermittere in cō-munione ſpeciem vini,aliud omnino ſumptionem eius declinare(ſicut Auguſtin. teſte declinat à mandatis Dei,non qui aliquando peccat, ſed apoſtata.) Catholici enim eo tempore aliquando ſanguinem Domini ſub ſpecie vini omittentes,aliquando etiam ſumebant & venerabantur.

In lib. de perfectione iuſtitiæ.

At Manichæi deteſtabantur omnino calicem,putantes(teſte Auguſtino in libro de hæreſibus ad QuodvultDeum) nec Chriſtum habuiſſe verum ſanguinem, nec vinum eſſe à Deo creatum, ſed fel eſſe Principis tenebrarum. Vnde notanter Gelaſius in capitulo Comperimus, non iudicat arcendos à Sacramentis quoſuis, qui ſumpto corpore Domini, à calice ſacrati cruoris abſtinent: ſed tantùm illos, qui ex neſcio qua ſuperſtitione,nempe Manichæa hoc faciunt. Vnde ita ait: Comperimus quòd quidam ſumpta tantummodo corporis ſacri portione, à calice ſacrati cruoris abſtineant: qui proculdubio, (quoniam neſcio qua ſuperſtitione docentur aſtringi) aut integra ſacramenta percipiant,aut ab integris arceātur.Quia diuiſio vnius eiuſdḗq; myſterij ſine grādi ſacrilegio nō poteſt prouenire.

De conſecratione diſt.2. *Capitulū Gelaſii.*

Nota

Nota quòd ait, quoniam neſcio qua ſuperſtitione docentur aſtringi, aut integra ſacramenta percipiant, aut ab integris arceantur. Quaſi diceret: Si iſti abſtinerẽt à calice, quia is bibere non libet, aut quia ſe aſtrictos non putant, non mãdarem eos à ſacramentis integris arceri, aut integra percipere. Sed quia ex ſuperſtitione Manichęa hoc faciunt, ideo oportet vt eam ſuperſtitionem deponant, atque ſe abominari eam ipſo opere, vtramq; ſpeciem aliquando ſumendo, oſtendant, aut tanquam infideliter de hoc ſacramento ſentientes, omnino à toto hoc ſacramento arceantur. Quia diuiſio vnius eiuſdemq; myſterij ſine grandi ſacrilegio non poteſt prouenire. Grande enim ſacrilegium eſt, hoc vnum & idem myſterium, quod commendatur & continetur vtralibet ſpecie, nempe Chriſtum pro nobis mortuũ, diuidere: hoc eſt, ipſum myſterium, inquantum ſub ſpecie panis commendatur, recipere, inquantum verò ſub ſpecie vini commendatur, reijcere & faſtidire atque abominari. Non ſentit autem Gelaſius, quòd ſacrilegium ſit, vnã ſpeciẽ ſumere ſine altera: alioqui & abſtemios & infirmos, & alios ex rationabili cauſa à calice abſtinentes ſacrilegij condẽnaret. Quod

longè

longè fuit à mente ſancti Pontificis, & vſui veteris Eccleſiæ iam ſatis declarato aduerſatur. Cùm igitur verba decreti Gelaſij & & cauſa expenduntur, manifeſtiſsimum eſt, eum non aduerſari mori Eccleſię hodierno, quo ſub vna ſpecie accipitur ſacramentum. Accipe ſimile. Patres in Concilio Syrmienſi ſic condiderunt canonem 14. Si quis filium non dicat Abrahę viſum, ſed Deum innaſcibilem, vel patrem eius, Anathema ſit. Hîc Auguſtinus Catholicus Doctor anathemati ſubiectus eſt, ſi verba patrum, & nō ſenſum & cauſam de qua agebant, ſpectes. Nam D. Auguſtinus lib. 2. de Trinitate, cap. 11. & 12. etiam Patrem Abrahæ per ſubiectam creaturam apparuiſſe ſentit. At ſi cauſam conſideres quam tractabāt patres, & ſenſum eorum, nullo modo dixerunt anathema Auguſtino, vel ſentientibus cum eo. Sicut enim Hilarius in libro de Synodis de hoc 14. decreto & ſimilibus ait, Hæc quia Photinus, aduerſum quem tunc conuentum erat, negabat, inſerenda fidei fuerunt, ne quis auderet non antè Dei filiū, quàm Virginis filium prædicare, & ſuperiora omnia, quæ propria Dei filio ſunt, ſtultiſsima hæreticæ inſaniæ peruerſitate Deo innaſcibili coaptaret, & dū

hæc

ięc ad patrem refert, filio ſubſtantiam denegaret. Sentiunt igitur patres, eos anathematizandos, qui cum Photino ſentiũt, Chriſtum filium Dei non fuiſſe ante Mariam: & ex hac cauſa interpretantur nuſquam filium, ſed ſolum patrem Abrahæ apparuiſſe. Non igitur tam verba patrum reſpicienda ſunt, quàm ſenſus. quod ipſum in verbis Gelaſij eſt agendum. Quanquam & ipſa verba ſatis ſignificent, Gelaſium ob ſolam ſuperſtitionem Manichæam confutandam hoc decretum tuliſſe. Ex his quoque clarum euadit, quid ſibi velit ſynodus 3. Braccarenſis, cuius verba citant quidam ſub nomine Iulij Pontificis: fortè ex eo, quòd Iulianus Hiſpalenſis Epiſcopus, qui ſecũdus in ea ſynodo Braccarenſi ſubſcribit, huius decreti author fuit: Facilis autẽ eſt tranſmutatio nominis Iulianus in Iulius, præſertim cũ ſic ſcribitur, Iuliã⁹, per abbreuiationem. Sic verò habet ſynodus Braccarenſis in proœmio: Quidam in ſacrificijs domini relati ſunt lac pro vino offerre: Euchariſtiam quoque vino madidam pro complemento cõmunionis credunt populis porrigendam. Et capitulo 1. Cùm (inquit) omne crimen atq; peccatũ oblatis Deo ſacrificijs deleatur, *Verba Concilij Braccarenſis.*

quid

quid de cætero pro delictorum expiatione domino dabitur, quãdo in ipſa ſacrificij oblatione erratur? Audiuimus enim, quoſdam ſchiſmatica ambitione detentos, cõtra diuinos ordines & apoſtolicas inſtitutiones, lac pro vino in diuinis ſacrificijs dedicare, alios quoq; intinctam Euchariſtiam populis pro complemento cõmunionis porrigere: quoſdam etiam expreſſum vinum in ſacramẽto dominici calicis offerre. Quod quàm ſit euãgelicę atq; apoſtolicę doctrinæ contrarium, & conſuetudini eccleſiaſticæ aduerſum, non difficilè ab ipſo fonte veritatis probatur, à quo ordinata ipſa ſacramentorum myſteria proceſſerunt. Cùm enim magiſter veritatis verum ſalutis noſtræ ſacrificium ſuis commendaret diſcipulis, non illis lac, ſed panem tantùm & calicem ſub hoc ſacramẽto cognoſcimus commendata. Ait enim euangelica veritas: Accepit Ieſus panẽ & calicem, & benedicens dedit diſcipulis ſuis. Ceſſet ergo lac in ſacrificio offerri: quia manifeſtũ & euidens exemplum euangelicæ veritatis illuxit, quod præter panem & vinum aliud offerri non ſinit. Illud verò quòd pro complemento communionis intinctam tradunt Euchariſtiam populis, nec hoc prolatum teſtimo-

ſtimoniũ ex Euangelio * recipit, vbi Apoſtolis corpus ſuum & ſanguinem commendauit. Seorſim enim panis, & ſeorſim calicis commẽdatio memoratur. Nam intinctum panem alijs Chriſtũ prębuiſſe non legimus, excepto illo tãtùm diſcipulo, quem intincta buccella magiſtri proditorem oſtẽderet, non quæ ſacramenti huius inſtitutionem monſtraret. Nam quod de expreſſo botro, id eſt, de vuarum granis populus communicatur, valde eſt omnino confuſum. Hoc loco adijcitur apud Gratianum, citantem decretum ſub nomine Iulij: Sed ſi neceſſe ſit, botrus in calice cõprimatur, & aqua miſceatur: quod ſententiam clariorem reddit. Calix enim dominicus, iuxta quod quidã Doctor ediſſerit, vino & aqua permixtus debet offerri: quia videmus in aqua populum intelligi, in vino verò oſtendi ſanguinem Chriſti. Ergo quando in calice vino aqua miſcetur, Chriſto populus adunatur, & credentium plebs ei, in quẽ credit, copulatur & iungitur. Quæ copulatio & cõiunctio aquæ & vini, ſic miſcetur in calice domini, vt cõmixtio illa non poſsit ſeparari. His verbis non prohibet Concilium (etſi prima facie videatur) ſimul ſumere corpus cum ſanguine, ſicut antiquo ritu

* receperunt.

Expreſſus botrus eſt, in quo amplius non eſt vinum.

ritu ſumit ſacerdos ſanguinem cum tertia parte hoſtiæ, (quam conſuetudinem etiam Sergius Papa, vt Gratianus & Algerus lib. 1. de Euchariſtia, cap. 19. citãt, approbat, dicẽs: Pars oblatæ in calicẽ miſſa, corpus Chriſti, quod iam reſurrexit, monſtrat) nec madidam Euchariſtiam porrigere, vel cum ſanguine aut vino in os transfundere. Nam

Cap. 76.

Concilium Carthaginẽſe quartum iubet, vt continuò moriturus reconcilietur per manus impoſitionẽ, & ori eius infundatur Eu-

Cap. 34.

chariſtia: Sicut & Euſebius narrat libro 6. Eccleſiaſticę hiſtorię, ſacerdotẽ dediſſe puero parum Euchariſtię, quod infuſum prębe-

Lib. 4. de prædict. cap. 6.

ret ſeni. Et Proſper refert, intinctam Euchariſtiam porrectam puellæ ab Epiſcopo Carthaginenſi, diu ante ſynodum Braccarenſem.

Reſpõſio ad ſynodũ Braccarẽſem.

Quid igitur prohibet ſynodus Braccarenſis? Ex his, quæ de Gelaſij capitulo dicta ſunt, intelligitur & hic canon. De ijs enim agit ſynodus Braccarenſis, qui nec offerunt dominicum ſanguinem, nec ſorbere vel bibere volunt ſub ſpecie vini. Ex

Cap. 10.

Concilio primo Braccarenſi & ſecundo conſtat, circa loca Braccarenſis diœceſis permanſiſſe reliquias erroris Priſcillianiſtarum,

In lib. de

de quibus teſtatur Auguſtinus, quòd maxime Gno-

nè Gnoſticorum & Manichæorum dog- maata permixta ſectantur: quãuis & ex alijs æreſibus in eos ſordes, tanquam in ſentiam quandam mirabili confuſione confluerint. Et Leo Papa in epiſtola 93. ad Turium Epiſcopum: Si, inquit, vniuerſæ hæreſes, quæ ante Priſcilliani tẽpus exortæ ſunt, iligentiùs retractentur, nullus penè inuenietur error, de quo non traxerit impietas ta contagium. Manichęi autem, teſte Auguſtino, vinum non bibunt, dicentes fel eſſe rincipis tenebrarum: & cùm benè veſcanır vuis, nihil tamen muſti vel recentiſmi ſorbent: quia ſcilicet error ſibi nõ conat. Vnde ſuperſtitioni eorum nõ repugabat, intinctam vel vino madidam Euchaſtiam, aut botri granũ ſumere. Dicit quoq; oſt Epiphanium Auguſtinus, quoſdam iſſe Artotyritas, qui caſeum & panem ofrebant, dicentes à primis hominibus oblaones de fructibus terræ & ouium fuiſſe cebratas. Quibus ſimiles fuêre, qui lac obtuſſe reprehenduntur in ſynodo Braccarẽſi.

hęreſ. ad Quodvultdeũ.

Hi igitur omnes ex Priſcillianiſtarum requijs, Euangelio apertè contradicunt, cùm nguinem domini ſub ſpecie vini, aut ofrre nolunt, aut eum bibere, iuxta ſuam

ſuperſti-

ſuperſtitionem illicitum ducunt. Dicuntur autem intinctam Euchariſtiã pro complemento cõmunionis tradidiſſe, quia hoc modo voluerunt decreto Gelaſij Pontificis illudere. Ille enĩ voluit ſuſpectos de hęreſi Manichæa, deteſtari hæreſim illam, ſumendo vtramque ſacramenti ſpeciem, & bibendo de ſacrato cruore. Sed hi illuſionẽ legis adinuenerunt, ſuperſtitionem ſuã interim retinentes. Dixerunt enim ſe integra ſacramẽta percipere per intinctam in vinum hoſtiam. quod eis Manichæorum impietas permittebat, quæ vuas edere non prohibebat: nihilominus vinum nec biberunt nec ſorbuerunt, ſicut eis Manichæorũ conſuetudo pręſcribebat. Docebat igitur Braccarenſis ſynodus, eos non percipere integra ſacramenta, ſiue cõpletam communionem, quæ præcepto Gelaſij & aliorum Epiſcoporũ quandoque exigebatur, in deteſtationem hæreſis Manichęi & Priſcillianiſtarum: eo quòd plena communio in Euangelio ita deſcribitur, vt ſeorſim panis ſacratus, ſeorſim calix ſumatur: De voce autem hac (plena communio) vel (perceptio integri ſacramenti) inferiùs aliquid dicetur. Non ſentire autem patres Concilij Braccarenſis, præceptã eſſe

Tractatu tertio.

omnibus

omnibus communionem ſub vtráque ſpecie, ſatis cõſtat ex Concilio Toletano vndecimo, quod ſub eodem Rege Hiſpaniarum Vambano, eodem anno celebratum eſt: cuius canones non ignorârunt patres Concilij Braccarenſis. Canone autem 11. illius Concilij Toletani dicũtur ſæpius infirmi recepiſſe Euchariſtiam, quia præ nimia ſiccitate citra poculũ non potuerunt eam tranſglutire. Moris igitur erat tunc temporis, ſub ſpecie panis tantùm infirmos communicare. Ex his quoque manifeſtum eſt, non fuiſſe contrarium Concilij Braccarẽſis præcepto illorum morem, qui populo aut infirmis porrigebant Euchariſtiam, intinctam in dominicum ſanguinem. Nam Braccarẽſe Concilium prohibet hoc illis, qui ſuperſtitiosè illud faciebant, vtpote à ſorbitione vini ex hæreſi abhorrẽtes. Alij autẽ hoc faciebãt, vt fideles cõmodiùs corpus domini madefactũ trãſglutirẽt: ſicuti Cõciliũ Toletanũ iam citatũ, hauſtũ dominici calicis ob hãc cauſam infirmis cõcedit. Et Proſper cuidam puellæ, quæ nec intinctam hoſtiam, diabolo impediente, tranſglutire potuit, calicem dominicum narrat à ſacerdote infuſum. Sic & Cyprianus ſermone 5. de lapſis dicit, idololatras

Conciliũ Toletanũ vndecimũ vni ſpeciei communionem confirmat.

Lib. 4. de prædict. cap. 6.

tras puellæ infantulæ, eò quòd carnē necdū poſſet edere per ætatem, panem mero mixtum de idolorum ſacrificio tradidiſſe, cui à diacono aliquid de dominico ſanguine fuit infuſum, cùm nihil de ſacrato pane (vti apparet) ediſſet. Nā cùm miraculo tribuat Cyprianus, quòd ſanguinē domini cōtinere nō potuit, non eſt putandum, quòd corpus domini continere potuerit. Vnde ex Proſpero & Cypriano ſatis cōſtat, eos qui intingendi morem receperunt, nō ob hoc eū recepiſſē, quòd ad plenā & legitimā cōmunionē duplicem ſacramenti ſpeciē quoquo modo adhibendam cenſuerint, ſicuti aſſerit nouitius ille autor. *Quid enim attinebat* (inquit fol. 16. facie 2.) *panem dominicum in myſticum vinum ſanguinis domini intingere, ſi alterum per ſe ad plenam & legitimam communionem ſufficiebat?*

Reſpondeo, vt commodiùs Euchariſtia trāſmitteretur, ideo fuiſſe intinctā. Et quanq̄ etiam potuiſſent difficultati tranſmittendi mederi, adhibito ſacrato calice, hoc tamē timore effuſionis in vulgo & rudibus non fecerunt. At ait Conciliū Turonicū: (ſi citationi Iuonis credimus) Sacra oblatio, quę ad viaticū recedētibus de ſeculo reſeruatur, intincta debet eſſe in ſanguine Chriſti, vt veracitee

Obiectio ꝓ vtraq; ſpecie ex Concilio

raciter presbyter dicere poſsit infirmo: Corpus & ſanguis dñi noſtri Ieſu Chriſti proficiat tibi in remiſsionē peccatorū, et in vitam æternā, Amen: Igitur intinctio fiebat ex opinione neceſsitatis vtriuſq; ſpeciei. Reſpōdeo conſequentiā hanc nō valere. Etſi enim debuerit eſſe intinctā, vt veraciter corporis & ſanguinis (ſcilicet ſecūdùm propriam ſibiq; directè reſpondentem ſpeciem ſacramenti) poſſet fieri mentio apud infirmū, nō tamen ob hoc cōſequitur, eos putaſſe vtrāq; ſpeciē neceſſariā: Sed quia moris erat intincta Euchariſtia populū cōmunicare, ideo ſacerdos cōſueta forma porrectionis faciebat & corporis & ſanguinis mentionem: Quæ forma mutari debuiſſet, ſi hoſtia ſacrata in ſanguine intincta non fuiſſet. ſicuti ſacerdos ſeipſum communicans in die Paraſceues, ſolius corporis mentionem facit, dicendo: Corpus domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animam meam in vitam æternam, Amen: aut, Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti proficiat mihi peccatori in remiſsionem peccatorum meorum, & ad vitam æternā, Amen. Canon igitur Turonici Concilij inſtituit ſacerdotem, quid agere debeat, vt conſueta porrectionis forma apud infirmum vti

Turonico, iuxtà citationē Iuonis.

Reſpōſio.

poſsit: Nihil autem de vtriuſque ſpeciei neceſsitate agit. Porrò ſicut in die Paraſceues vino non conſecrato ſacerdos vtitur, vt corpus dominicum facilius deglutiat: ita nunc Eccleſia vino non conſecrato ſubuenit Laicis, vt corpus domini cōmodiùs tráſmittant, idque ſine vllo periculo irreuerentiæ erga dominicum ſanguinem. Ex his patet etiam ſolutio huius argumenti: Communio, inquiunt, ſub vtráque ſpecie à ſynodo Braccarenſi completa communio, & à Gelaſio integrorum ſacramentorum perceptio vocatur: igitur communio ſub vna ſpecie, eſt dicenda ſemiplena, & eſt mutilatio ſacramenti. Reſpondeo, apud eos qui improbant ſumptionem dominici ſanguinis ſub ſpecie vini, meritò dici mutilari ſacramentum à Chriſto inſtitutum, & tales, dum vnam ſpeciem ſumunt, ex ſua perfidia non habere plenam communionem. At qui rectam fidem de vtráque ſacramenti ſpecie habet, etiam ſi vnica communicet, nō inuenitur apud Veteres dici incompletè cōmunicare: nec vnquā hac voce (quòd ſciam) vtuntur, niſi dum contra eos agunt, qui alteram ſpeciem improbant: ita vt ſicut Ambroſius de Trinitatis confeſsione dixit, Plenum

Lib.1.de

Plenum eſt,ſi Patrem & Filium Spiritumq; Spiritu
ateaaris.Si vnum neges,totum ſubrues. Et ſancto,
quemadmodum ſi vnum in ſermone com- cap.3.
prehendas,aut Patrem,aut Filium, aut Spiritum ſanctum,fide autem nec Patrem, nec Filium,nec Spiritum abneges,plenum eſt fidei Sacramentum:Ita etiam,quanuis & Patrem,& Filium, & Spiritum dicas, & aut Patris,aut Filij, aut Spiritus ſancti minuas poteſtatem, vacuum eſt omne myſterium: Sicut,inquam,hæc dixit Ambroſius de confeſsione Trinitatis: ita nos dicere poſſumus, Plena communio eſt, ſi rectam de vtráque huius ſacramenti ſpecie fidem habens, particulam particulam Euchariſtiæ ſumas.Si autem alteram ſpeciẽ reijcias, aut malè de hoc ſacramento ſentias,vacua eſt etiam vtriuſq; ſpeciei communio. Vnde Cyrillus in Ioannem lib.4.cap.17: Sicut (inquit) parum, ait Paulus, fermenti totam maſſam fermentat: ſic paruula benedictio(Euchariſtiam ſic vocat)totum hominem in ſeipſum attrahit,& ſua gratia replet: & hoc modo Chriſtus in nobis manet, & nos in Chriſto. Verè enim totum ſacramentum in totam maſſam pertranſit. Vides lector ex ſententia Cyrilli pleniſsimè communicare Chriſto, quiſquis

paruulam benedictionem accipit. Eodē ſpiritu loquitur Paſchaſius cap. 17. Si, inquit, figura iſtius ſacramenti in manna illo cœleſti præceſsit, verè & hui⁹ rei ratio exinde apertè monſtratur, quòd dicitur: Qui plus collegerat, non habuit amplius, neq; qui minus parauerat, inuenit minus. Non eſt omnino quantitas viſibilis in hoc æſtimanda myſterio, ſed virtus ſacramēti ſpiritualis: ſicut nec quātitas hominis Chriſti metiēda in corpore, ſed virtus in eo & diuinitas conſideranda. Nam plus retulit mulier illa in Euangelio, quæ fimbriā veſtimēti eius tetigit, quàm turba, quæ totū corpus preſsit: quia plus eū mente concepit & fide credidit. Idcirco cogitandū à nobis eſt, nō quantū dente premitur, ſed quantum fide & dilectione capitur. Non enim rectè caro Chriſti ſine diuinitate ſumitur, nec diuinitas ſine carne præſtatur. Vnde in Euāgelio regnum cœlorum ſimile dicitur theſauro abſcondito in agro, quē qui inuenit homo, vadit & vēdit omnia, & emit agrū illū: quia nec ager, corp⁹ videlicet Chriſti, ſine theſauro, id eſt, diuinitate, nec theſaurus diuinitatis ſine agro carnis iure cōparatur. Et infrà: Et ideo fili, hoc myſteriū dum cōmunicas, dilatā ſinum mētis tuæ, emunda

Exod. 16.

Luc. 8.

conſcien-

onſcientiá & percipe,non quantũ mica exhibet,ſed quantum fides capit:quia in Chriſto plenitudo diuinitatis manet,in te autem e plenitudine,non quanta eſt,ſed quantum doneus fueris,pręſtatur. Expẽde,Lector, ũ iſti mutilã cõmunionẽ vocẽt, ſi minima articula, etiã alterius ſpeciei quis cõmuniet. Ex prædictis etiã patet,quòd Doctor lle nouitius, cuius ſuprà mentionem fecinus, folio 4. ſuæ conſultationis aliquid diat de Veteribus, quod non probat.

Cùm Chriſtus, inquit, *hoc myſterium inſtiuendo,duas rerum ſpecies,panem & vinum adhiüerit,ex quibus duabus vnum plenum,perfectum, & integrum ſacramentum effecerit: credebant Veeres ad integritatem,perfectionem,et complementum huius ſacræ communionis pertinere, vt omnes n Eccleſia plenum hoc & integrum ſacramentum erciperent.* Neque ratio quam adducit,quicuam habet momenti: *Chriſtus hoc myſterium nſtituendo,duas rerum ſpecies, panem & vinum dhibuit,ex quibus duabus vnum plenũ,perfectum, & integrum ſacramentum effecit: igitur ad interitatem,perfectionem,& complemẽtum huius ſacræ communionis pertinet,vt omnes in Eccleſia plenũ hoc & integrũ ſacramentũ percipiãt,ſub vtraq; cilicet ſpecie.* Poteſt enim vtrunq; eſſe plenũ,

perfectum, & integrum ſacramentum, & vtraque plena,perfecta, & integra communio, etiá ex Chriſti inſtitutione,ſiue corpus dominicũ ſub ſpecie panis tantùm, ſiue corpus ſub ſpecie panis, & ſanguis ſub ſpecie vini ſumatur:Sicut plenum, & integrum,& perfectum eſt baptiſma,ſiue trina merſione, ſiue vnica aſperſione celebretur:ſicut etiam vtrumq; ſymbolũ,tàm Apoſtolicum, quàm Conſtantinopolitanum, integram,plenam, atque perfectam fidem continet, tametſi in Conſtantinopolitano quędá expreſsiùs habẽtur:ſicut deniq; à Matthæo & Ioáne integrè & perfectè mors dominica deſcribitur, etſi quędam ab vno, quædam ab alio perfectiùs explicantur. Deinde, quòd ſi Chriſtus ad integritatem ſacrificij duas rerum ſpecies adhiberi præciperet,non inde ſequeretur,ad integritatẽ cõmunionis Chriſtũ præcepiſſe, vt quilibet duas rerũ ſpecies ſumeret. Magnates enim aliquò inuitati,multa ſibi fercula honoris gratia in mẽſa miniſtrari exigũt,de quibus tamen omnibus nec ipſi guſtare volunt, nec alios inuitatos guſtare expetũt.

Hęc oĩa dicta ſunt occaſione verborũ Gelaſij. Cõſtat igitur ex iá dictis,quòd cõmunicâ rũt quidem in principio Eccleſię Chriſtiani,

maximè

aximè ex Gentibus conuerſi(qui cõſue-
erant antea bibere de idolorum libamini-
is)etiam de calice:ſed tamen dum interdũ
i ipſi etiam ſub ſolius panis ſpecie commu
câr unt, oſtenderunt ſe non exiſtimaſſe
hriſti præceptum habere, vt quandocũq;
uis ſumeret corporis ſacramentum, etiam
nguinis ſumeret. Creſcente autem poſtea
delium multitudine, multiſq; periculis ir-
uerẽtiæ(pręcipuè effuſionis dominici ſan-
uinis)experientia probatis,& maximè ex-
rgente hæreſi Berengarij, aſſerentis ſigna
ntùm corporis & ſanguinis in hoc ſacra-
iento eſſe,& non ipſum corpus & ſangui-
em:cœpere fideles vti ſua libertate: & vt
dhibita reuerẽtia magis declararẽt, quid in
oc ſacramento eſſe crederent, nempe vi-
um Chriſti corpus ſanguine viuo plenum,
em ſcilicet pluſquam ſigna ſectantes,fre-
uẽtiùs vnica ſpecie contenti eſſe cœperũt:
a ſcilicet quam abſolutè ſumere præcepit
Dominus,& ex qua minùs irreuerentię eſ-
ẽt periculum. Huic rei & alia ratio acceſsit:
onuerſio videlicet populorum Aquilona-
ium,apud quos nec vinum naſcebatur,nec
mportabatur,niſi rarò & difficulter ꝑ ſolis
iuitibus:cùm feruor fidei glaciem aquilo-
narem

Cur fideles primũ ſub vnica ſpecie frequentiùs cõmunicare cœperint.

narē antè ſciderit, quā mercatorū auaritia, vt ex hiſtorijs notum eſt. Et hac ergo occaſione cœpit vniuerſa Eccleſia magis ac magis vnicā ſpeciē petere, iudicans, maximè ex charitate, quā Chriſt⁹ & docet & exhibet in hoc ſacramēto, meli⁹ eſſe in re ſibi licita cōdeſcēdere infirmis & rudibus atq; pauperibus Chriſtianis, quàm ſumptione calicis eos cōtriſtare. Potuiſſent enim, nec ſine ratione, Neophyti illi cogitare, ſe minùs habere in ſacramēto vnitatis & pacis, q̃ reliqui Chriſtiani, apud quos eſt vini copia, atq; ſe minùs curæ fuiſſe Chriſto, q̧ vini inopia laborarēt, ſub cuius ſpecie cōmunicādū præcepiſſet, q̃ alios qui vino abūdāt. Cæterū poſtquā in odium Romanę atq; Catholicę Eccleſię quidā auſi ſunt docere ex non intellectis ſcripturis, cōmunione vnius ſpeciei violari Chriſti præceptū: coacta eſt Eccleſia exurgere & definire cōtrariū, nēpe Chriſti præcepto nō aduerſari cōſuetudinē cōmunicādi ſub ſpecie panis tantū. Quinimo ſanxit eā cōſuetudinem priuata autoritate nō immutandā. Sic enim habet ſynodus Cōſtantienſis ſeſsio. 13. Cū in nōnullis mūdi partibus quidā temerariè aſſerere prę ſumāt, populū Chriſtianū debere ſacramētū Euchariſtiæ ſub vtraq; panis & vini

Verba ſynodi Cōſtantiēſis

vini ſpecie ſuſcipere, & non ſolum ſub ſpecie panis, ſed etiã ſub ſpecie vini populũ laicũ paſsi cõmunicẽt, etiã poſt cœnã vel aliâs nõ ieiuni, & cõmunicandũ eſſe pertinaciter aſſerant, cõtra laudabilẽ Eccleſiæ conſuetudinẽ rationabiliter approbatam, quam tanquã ſacrilegam damnabiliter reprobare conantur: hinc eſt, quòd hoc pręſens Conciliũ ſacrũ generale Conſtantienſe, in ſpiritu ſancto legitimè congregatũ, aduerſus hũc errorẽ ſaluti fideliũ ꝓuidere ſatagẽs, matura plũriũ Doctorũ tã diuini q̃ humani iuris deliberatione præhabita, declarat, decernit & definit, ꝙ licet Chriſtus poſt cœnã inſtituerit, & ſuis diſcipulis adminiſtrauerit ſub vtraq; ſpecie panis & vini hoc venerabile ſacramẽtũ: tñ hoc nõ obſtãte, ſacrorũ canonũ autoritas, laudabilis & approbata cõſuetudo Eccleſiæ ſeruauit, & ſeruat, ꝙ huiuſmodi ſacramentũ nõ debet cõfici poſt cœnã, neq; à fidelibus recipi nõ ieiunis, niſi in caſu infirmitatis aut alterius neceſsitatis, à iure vel eccleſia cõceſſo vel admiſſo. Et * ſicut hæc cõſuetudo ad euitandum aliqua pericula & ſcandala eſt rationabiliter introducta, quòd licet in primitiua Eccleſia huiuſmodi ſacramentũ reciperetur à fidelibus ſub vtraque ſpecie, po- Legendũ eſt ſic.

ſtea

ſtea à cõficiẽtibus ſub vtraq́;,et à Laicis tãtũmodo ſub ſpecie panis ſuſcipiatur:cũ firmiſsimè credendũ ſit,& nullatenus dubitãdũ,integrum Chriſti corpus & ſanguinem tã ſub ſpecie panis,quàm ſub ſpecie vini veraciter contineri. Vnde cùm huiuſmodi conſuetudo ab Eccleſia & ſanctis patribus rationabiliter introducta,& diutiſsimè obſeruata ſit, habenda eſt pro lege,quam non licet reprobare,aut ſine Eccleſiæ autoritate pro libito mutare. Quapropter dicere, quòd hanc cõſuetudinem aut legem obſeruare, ſit ſacrilegum aut illicitum,cenſeri debet erroneum: & pertinaciter aſſerentes oppoſitum præmiſſorum,tanquam hęretici arcendi ſunt & grauiter puniendi. Sic quoque in epiſtola Martini quinti,qua approbat ea quę Conſtantiæ à Concilio acta ſunt, legitur: Interrogetur ſuſpectus de hæreſi, vtrùm credat, teneat,et aſſerat,quòd quodlibet Concilium generalę & etiam Conſtantienſe vniuerſalem Eccleſiam repræſentet. Itẽ, Vtrũ credat quòd illud quod ſacrũ Cõciliũ Cõſtantienſe vniuerſalẽ Eccleſiã repræſentãs,approbauit & approbat in fauorem fidei & ad ſalutẽ animarũ,quòd hoc eſt ab vniuerſis Chriſti fidelibus approbãdũ & tenendũ. Et quod cõdẽnauit

Verba epiſtolæ Martini 5.

nauit & cōdemnat eſſe fidei vel bonis moribus cōtrariū, hoc ab eiſdē eſſe tenendū pro cōdēnato, credendū et aſſerēdū. Et infrà: Itē Vtrùm credat & aſſerat, quòd facta conſecratione per ſacerdotem, ſub ſola ſpecie panis tantùm, & præter ſpeciem vini, ſit vera caro Chriſti, & ſanguis, & anima, & deitas, & totus Chriſtus, ac idem corpus abſolutè & ſub vnaqualibet illarum ſpecierum ſingulariter. Item, vtrùm credat, quòd conſuetudo communicandi perſonas laicales ſub ſpecie panis tantùm, ab Eccleſiâ vniuerſali obſeruata, & per ſacrum Concilium Cōſtantiæ approbata, ſit ſeruanda ſic, quòd non liceat eam reprobare, aut ſine Eccleſiæ autoritate pro libito immutare. Et quòd dicētes pertinaciter oppoſitum premiſſorum tanquam hæretici vel ſapiētes hæreſim ſint arcendi & puniēdi. Huic definitioni Concilij Conſtantienſis acquieuit vniuerſa Chriſti Eccleſia, exceptis Bohemis illis, & Morauis qui Ioannem Hus hominem hereticum ſequuntur: qui ob hoc aliaq; multa & à reliquis Chriſtianis heretici habiti ſunt. Et priori tempore ſynodus Baſilienſis & noſtro tēpore vniuerſalis ſynodus Tridentina hec eadem confirmârunt. Sed hodierni hæretici

(ſequen-

ſequentes Magiſtrum erroris Lutherũ, qui non timuit docere libertatem contradicẽdi generalibus Concilijs) ſynodum Conſtantienſem, & Eccleſiam ſynodum recipiẽtem reijciunt: parũ cogitantes veriſsimũ eſſe illud Auguſt. (quod ipſe quidem de baptiſmo dicit, ſed & in alijs locũ habet) Hoc de baptiſmo piè credamus, quod vniuerſa Eccleſia à ſacrilegio ſchiſmatis remota cuſtodit. In qua tamen ſi aliud alij, & aliud alij adhuc de iſta quæſtione ſalua pace ſentirent, donec vniuerſali Concilio vnum aliquid eliquatũ ſyncerumq́; placuiſſet, humanæ infirmitatis errorem cooperiret charitas erroris. Et iterum: Nec noſipſi tale aliquid auderemus aſſerere, niſi vniuerſæ Eccleſię cõcordiſsima autoritate firmati: cui et ipſe Cyprianus ſine dubio cederet, ſi iá illo tẽpore quæſtionis huius veritas eliquata & declarata per plenariũ Conciliũ ſolidaretur. Et iterũ: Hæreticus eſt, qui manifeſtata ſibi doctrina Catholicæ fidei, reſiſtere maluerit, & illud quod tenebat elegerit. Sũt alij æquè infirmis Catholicis noxij, qui cauſantur ſynodũ Conſtantienſem nõ fuiſſe vniuerſalem, eò quòd Gręci ſynodo illi nõ adfuerint. Quaſi nõ eſſet toti orbi notũ, eo tẽpore Græcos grauiſsimo

Lib. 1. de baptiſmo contra Donati. c. 18

Li. 2. ca. 4

Lib. 4. cap. 16.

Cõſtantienſem ſynodũ fuiſſe vniuerſalẽ.

ſchiſmatę

ſchiſmate ſuper proceſsione Spiritus ſancti ex filio à Catholica Eccleſia fuiſſe diuiſos, rurſumque poſtea vnitos Latinis in Concilio Florentino. Nec etiam vnquam Græci obiecerunt Latinis, quòd vnica ſpecie cōmunicarent Laicos. Sciebant enim Dominum nuſquam præcepiſſe communionem ſub vtraque ſpecie omnibus communicaturis. At ſi ob hoc Concilium aliquod generale non ſit, quia aliqua natio abeſt, nec Nicænum poterit dici Concilium generale, cùm nec ex Gallia, nec ex Germania (quæ nationes tunc Chriſtianæ erant) quiſquam in illo Concilio adfuerit.

Si autem (vt veritas habet) etiam generale Concilium eſt appellandum, cùm pleriq́ue Paſtores à Paſtore Eccleſiæ conuocati conueniunt, reliquis, qui vnà cū ipſo ob aliquā rationabilem cauſam abſunt, cōſenſu & animo præſentibus: æquè Conſtantienſis ſynodus generalis fuit, vt Nicœna. Vnde etiā Tridentina ſynodus nuper celebrata generalis fuit. Quia etſi quidā Catholici Epiſcopi corpore ob rationabilē cauſam præſentes nō fuerūt, animo tamē atq; aſſenſu adfuerūt. Sicuti Apoſtolus Paulus corpore abſens, ſed ſpiritu præſens in Eccleſia Co-

rinthiorum erat, quãdo inceſtuoſus ille Satanæ tradebatur. Dicit Auguſtinus plenario Concilio obtinuiſſe Catholicam ſentẽtiam contrariam errori Cypriani. Vbi plenariũ Concilium non eſt neceſſe intelligere, omnium totius orbis Epiſcoporum in vnum locum conuentum: ſed cõſenſum omnium Patrum totius orbis, qui ſcriptis ſententias ſuas communicârunt, quemadmodum Euſebius li. 5. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, ca. 23. & 25. ſuper quæſtione Paſchę Patres ex prouincialibus ſynodis ſibi ſcripſiſſe narrat. Quod ſi qui ſchiſmatici aut hæretici Epiſcopi & loco abfuerunt & animi diſſenſu, id non poteſt diminuere nomen Concilij generalis Chriſtianorum: cùm hæretici & ſchiſmatici ad Eccleſiam Chriſtianorum nõ pertineãt. Sicut ſcriptura pronunciat, cunctas vndecim tribus Iſrael, imò omnes filios Iſrael cõueniſſe cõtra Beniamin, ob ſcelus nefarium vindicandum: & tamen inuenti ſunt habitatores Iabes Galaad ibi non fuiſſe. Hi enim iam, quia ſe à facto totius populi diuidebãt, à populo Iſrael reputantur extranei: ideoq; ab alijs oẽs internecioni traduntur. Hæretici autem nunquam ſynodum aliquam ſuſcipient, niſi eam, in qua ipſi quod cupiunt

Lib. 2. de baptiſ. contra Donatiſ. cap. 4.

Iudic. 20

obti-

obtineant: Sicuti Arrianis ſynodus Nicæna, Neſtorianis ſynodus Epheſina prima, Euty cianis ſynodus Calcedonenſis erat pro nihilo. At vſq; ad aſtra extollebant Arriani Ariminenſe conciliabulum, in quo tamen non tam hæreſi conſenſerunt Epiſcopi, quàm fraude hæreticorum circumuenti, incautiùs vocem Homouſion, qua fides contra hæreticos clarè explicabatur, ſenſum putantes eſſe in tuto, ſuppreſſerunt. Nihilominus in magnam infirmorum Chriſtianorum inſtitutionem hodierni hæretici ſic ſunt per ſpiritum diſcordię inter ſe diuiſi, vt nec viginti ciuitatum diuerſarum miniſtros (vt vocant) vnius fidei inuenias. Et quid dico viginti, cùm in vna hæretica ciuitate ſæpè nec tres per omnia ſint in fide concordes? vt ſcilicet omnes Chriſtiani videant, quo ſpiritu agitentur. Cùm enim omnes gloriam ab hominibus quærant, gloria quæ à ſolo Deo eſt, poſtpoſita: neceſſe eſt quemq; prout res tulerit, aliquid noui, vnde præ cæteris emineat, comminiſci, aliorumque inuenta pro virili conuellere. Vnde ferè tot oriuntur ſententiæ, quot ſunt apud eos excellenti ingenio viri. At Chriſti Eccleſia, quæ quomodo Chriſto placeat, vnicè ſoli-

Hodierni hęretici variè inter ſe diuiſi.

cita eſt,& proinde certamine contra diabolum,carnem, & impios homines,ſedulaque ſponſi ſui inuocatione quotidiana occupata, noxium illud otium non habet nouas doctrinas inueniendi,ſed ſpōſo ipſius dirigente ea quæ à ſanctis atque Apoſtolicis Pontificibus (vt verbis Agathonis Papæ vtamur) & venerabilibus Concilijs definita ſunt, cū ſimplicitate cordis & ſine ambiguitate à Patribus traditæ fidei conſeruat: vnum atque præcipuum bonum habere ſemper optans & ſtudens, vt nihil de eis, quæ regulariter definita ſunt,minuatur, nihil mutetur, vel augeatur,ſed eadem & verbis & ſenſibus illibata cuſtodiantur.

Act.4.6. ſynodi in epiſtola ad Imperatorem.

Hoc autem, priuſquam reſpondeamus ad Doctores,quos aduerſarij pro ſe inducūt animaduertendū eſt,quod diligenter annotauit Auguſtin.in lib.2.de bono perſeuerā. ca.20.Didicimus,inquit,ſingulas quaſq; hęreſes intuliſſe Eccleſiæ proprias quæſtiones, contra quas diligentiùs defenderetur ſcriptura diuina,quàm ſi nulla talis neceſsitas cogeret.

Itaque etiam ſi aliquis Catholicus Doctor, ſiue clarus, ſiue obſcurus (Nam & prædictus autor anonymus, vt oſtendat,

quan-

quanta inopia veritatis laboret ſua cauſa, etiam obſcuros autorculos, qualis eſt Berno, de quo ſuperiùs, in patrocinium ſuæ cauſę aduocat: cùm, ſi tales pro nobis citaremus, magno haud dubie cachinno nos exciperent aduerſarij noſtri) ſi, inquá, aliquis ſcriptor in hac re inconſideratiùs fuiſſet locutus, antequam iſta quæſtio exactiùs diſcuteretur, & antequam clarè expenderetur, cur ad eſum Euchariſtiæ ſimpliciter dictũ ſit à Chriſto, Hoc facite in meam commemorationem: ad potum verò calicis non ſimpliciter, Hoc facite in meam commemorationem, ſed, Hoc facite quotieſcunque bibetis, in meam commemorationem: non deberet nobis præiudicare talis Doctor. Notum eſt enim, quomodo citra hæreſis crimen ante claram obſcurę tũc quęſtionis de baptiſmo deciſionem errauerit Cyprianus. Notum quoque eſt, quomodo ipſe Auguſtinus ante Epiſcopatum ſuum quædam poſtea in Pelagio damnata ſenſit, quæ antè in eo dãnata eſſe ignorabat. Nec ita exactè loquebãtur Veteres de myſterio incarnationis ante exortũ Neſtoriũ et Eutycetem. Dicebant enim filium Dei hominem aſſumpſiſſe: non quidem Ne- Fol. 35.

ſtorij ſenſu, ſed Catholico, etſi non ſecundùm exactum grammaticum ſenſum: cùm tantùm dicendum eſſet, Deum humanam naturam aſſumpſiſſe, & hominem factum. Nihilominus nullum ex his quos citant aduerſarij inuenimus, qui tradat Chriſtum præcepiſſe, vt omnes communicarent ſub vtraque ſpecie. Nam de Bernone prauè allegante decretum Gelaſij, & circa alia errante iam dictum eſt.

Omittemus ea loca veterum Doctorum, quibus probant aduerſarij, aliquãdo Laicos de calice bibiſſe, tãtũ ea recitaturi, quibus conantur ſtatuere, veteres Doctores ſenſiſſe, quòd Chriſtus mandauerit omnibus cõmunicaturis, vt ſub vtraq; ſpecie cõmunicent. Nã Laicis quandoq; diſtributũ fuiſſe calicẽ, nunquam Catholici noſtri negârunt, nec ea de re vlla eſt controuerſia.

Obiectio ex Cypriano.

Primo igitur loco Cyprianum producũt qui in epiſt. 2. lib. 2. grauiter accuſat eos, qui plebi miniſtrabant calicẽ aquę, non vini: leuiore & tolerabiliore (vt aiunt aduerſarij) errore, quàm illi qui vnicam ſpeciem ſacramenti populo diſtribuũt: Accuſat, inquã, eos quòd ab eo quod Chriſtus magiſter & præcepit & geſsit, humana & nouella inſtitutione de-

tione decedũt. Et vt intelligas (inquiũt) Cyprianũ ſentire, quòd Chriſtus præcepit, vt calix populo miniſtretur, adijcit: In calice dominico ſanctificãdo & plebi miniſtrãdo non hoc faciunt, q; Ieſus Chriſtus Deus & dominus noſter, huius ſacrificij autor & Doctor fecit & docuit. Aduerte quòd ait, in calice plebi miniſtrando.

Reſpondemus Cyprianũ ea epiſtola hoc docere, quòd Chriſtus præcepit, vt quandocunq; calicem in memoriá Dominicæ paſſionis conſecramus, ſiue ſanctificamus, & Domino offerimus, atque plebi miniſtramus, vinum aqua permixtum, non ſolam aquam ſanctificemus, offeramus, & miniſtremus. Sic enim habet Domini præceptũ: Hoc facite quotieſcunque bibetis, in meam commemorationem. Hoc, inquit, quod iam fecimus. Sumpſerat Dominus calicem vini, hoc ſanctificauerat, & in ſanguinem ſuũ verterat Deoque obtulerat, & ex eo Apoſtoli biberant. *Reſpõſio.*

Talem igitur potum qualem ipſe ſacrauerat & dederat, præcepit in ſui memoriam conſecrari, & quandocunq; bibitur, in ſui memoriam voluit bibi. At meram aquam in ſanguinem ſuum conuertendam, & in ſui

memoriam Deo offerendam, & ſi quando ea biberetur, in ſui memoriam bibendam, nuſquam dixit Chriſtus. Vnde apud eos, qui aquam meram offerebant, non mutabatur aqua in Dominicum ſanguinem. Atque ideo non dominicum ſanguinem Deo offerebant, & plebi miniſtrabant quando ei communicabant poculum, ſed vilem creaturam, aquam ſcilicet. At Chriſtus mandat ſanguinem Deo offerri, & eum quando bibitur, in ſui memoriam ſumi. Rectè igitur Cyprianus docet iſtos Aquarios, & in ſanctificando calice, & plebi miniſtrando, eſſe violatores præcepti Chriſti: interim nuſquam vrgens aut ſignificans, domini præceptum eſſe, vt plebs vniuerſa calicē ritè ex vino conſecratum ſemper ſumat, dū dominico corpori communicat.

Sic rectiſsimè dictum fuiſſet Iudæis, qui aut cum alienigenis aut contra præſcriptum Leuitici 18. matrimonium contraxiſſent: In contrahendis matrimonijs non ſeruatis Dei præceptum atque doctrinam. Ex quo tamen non fuiſſet conſequens, omnibus pręceptum eſſe, vt matrimonium inirent. Sic ſi aliqui baptiſmum per immerſionem in vinum vel ceruiſiam celebrarent, rectiſsi-

ectiſsimè diceretur:Non in vinum vel ceriſiam,ſed in aquam mergendi ſunt qui baptizantur, iuxta Chriſti pręceptum. Vbi tamen non ſignificaremus, merſionem eſſe à Chriſto in baptiſmo præceptam,cùm aſperſio ſufficiat:ſed hoc tantùm,baptiſmum debere fieri per aquam,& ſi eum placeat merſione perficere,in aquam non vinum debere fieri immerſionem. Non mirum autem eſt, Cyprianum ex Chriſti mandato improbare Aquarios. Quia indubiè Chriſti mandatum eſt, vt ſeruetur ſubſtantia ſacramentorum quæ ipſe inſtituit. Materia autem vnde conſecranda eſt Euchariſtia, ex Chriſti inſtitutione definita eſt: & ad ſubſtantiam ſacramenti pertinet huius ſubſtantiæ ſpecies, ſicut ad ſubſtantiam baptiſmi naturalis aqua. At ſpectat ad modum & quandam accidentalem circumſtantiam ſacramenti Euchariſtiæ, quòd qui cõmunicant,de vtraque ſpecie aut vna tantùm communicant: Sicut in veteri lege ad ſubſtantiam ſacrificij & eſus eius non pertinebat,an ſacerdos & Laici offerẽtes,de libaminibus & omnibus quæ offerebantur participarẽt,necne. Vnde Aquariorũ error pro hęreſi ab Ecçleſia eſt habit⁹. Aquarij,inquit

 Auguſti-

In libro de hæreſibus ad Quod-vultdeū.

appellati ſunt, quòd aquam offerunt in poculo ſacramenti, non illud quod omnis Eccleſia. Et Chryſoſtomus Homilia 83. in Matthæum: Sed cuius rei gratia, inquit, nō aquam ſed vinum poſt reſurrectionem bibit? Pernicioſam quandam hæreſim radicitùs euellere voluit, eorum qui aqua in myſterijs vtuntur, ita vt oſtéderet, quia & quádo hoc myſterium tradidit, vinum tradidit, et iam poſt reſurrectionem in nuda myſterij menſa vino vſus eſt. Ex genimine autē (ait) vitis, quæ certè vinum, non aquam producit. Epiphanius quoq; Ebionitas, Marcionem, Tatianū, & Encratitas ſolâ aquâ in myſterijs vſos deſcribit. Intolerabile igitur eſt, quòd aiunt aduerſarij Aquarios tolerabiliùs erraſſe, quàm qui vnicam ſpeciem plebi diſpenſant. Aquarij enim nihil niſi viliſsimá creaturam Deo offerunt & bibunt, & circa ipſam ſacramenti ſubſtantiam grauiſsimè errant, credentes eſſe dominicū ſanguinem, quod eſt aqua, & circa Chriſti inſtitutionem atque præceptum, cùm Chriſtus inſtituerit vt vinum ſanctificaretur & Deo offerretur, & quando à fidelibus biberetur, in ſui memoriam ſumeretur.

At nos nondum ſumus oſtenſi erraſſe circa

ubſtantiam ſacramenti,circa aliquod Chriſti præceptum vel inſtitutionem. Huc accedit, quòd Aquarij à veteri Eccleſia annumerati ſunt hæreticis: At vnam ſpeciē Laicis porrigentes,necdum ab aliquo, niſi qui n multis apertè prauis dogmatibus ab Eccleſia Catholica receſſerunt, notati ſunt ob hoc erroris: ſed potius contrà Catholici à multis annis hæreticos eſſe docuerunt, qui Chriſtum omnibus vtriuſq; ſpeciei ſumptionem præcepiſſe tradunt.

Citant & alia Cypriani verba ex epiſtola 2. libri primi, vbi ſic habet: Nunc non infirmis, ſed fortibus pax neceſſaria eſt: nec morientibus, ſed viuentibus communicatio à nobis danda eſt, vt quos excitamus & hortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquamus, ſed protectione ſanguinis & corporis Chriſti muniamus: & cùm ad hoc fiat Euchariſtia, vt poſsit accipientibus eſſe tutela, quos tutos eſſe contra aduerſarium volumus, munimento dominicæ ſaturitatis armemus. Nã quomodo docemus aut prouocamus eos in confeſsione nominis ſanguinẽ ſuum fundere, ſi eis militaturis Chriſti ſanguinem denegamus? Aut quomodo ad martyrij poculum idoneos facimus, ſi *Alia obiectio ex eodẽ Cypriano.*

non eos

non eos priùs ad bibendum in Eccleſia poculum domini iure communicationis admittimus? Reſpondemus, Cyprianum hoc loco non docere, neceſſariam eſſe ex Chriſti pręcepto ſumptionem calicis omnibus: ſed hoc agit, non iure negari reconciliationem & Euchariſtiam ijs, qui ſuppliciter diu ſuper lapſu ſuo egerunt pœnitentiam, & inſtanter expoſcunt abſolutionem, eo præſertim tempore, quo inſtat perſecutio, & opus eſt munimentis Eccleſiaſticæ reconciliationis & Euchariſtiæ. Ideò verò peculiariter meminit calicis, quia tunc temporis dabatur calix etiam Laicis. Et alludere voluit ad effuſionem ſanguinis, quem pro Chriſto in perſecutione effuſuri erant. Potuiſſet eundem ſenſum ſic efferre: Quomodo prouocamus eos corpus pro Chriſto ad ſupplicia & mortem tradere, ſi eis militaturis Chriſti corpus denegamus?

Reſpōſio.

Quòd verò ait, Iure communicationis admittimus, ideo dictum eſt, quia quidam tunc temporis erant qui diſſoluta omni diſciplina, grauiſsimè in idololatriam lapſos abſque præuia pœnitentia reconciliabant, & ad corpus Domini admittebant: ſicut abũdè in ſermone 5. qui eſt de lapſis, ipſe Cypria-

Cyprianus teſtatur. Hos qui ſic admitteban-
ur, non iure, ſed vi dicit communicare cor-
ori Domini.

Sic igitur, vbi baptiſmus merſione tri-
ia ſolet celebrari, poſſet quis dicere con-
ra eos qui Cathecumenos nollent bap-
izari tempori, inſtante perſecutione: Quo-
nodo docemus eos pro confeſsione ſan-
ctæ Trinitatis ſanguinem fundere, quos in-
iocatione Trinitatis & trina merſione re-
generare Chriſto nolumus? Aut quomo-
do ad baptiſmum, quo Chriſtus baptizatus
eſt in cruce, pro confeſsione Trinitatis ſub-
eundum idoneos facimus, ſi non eos priùs
ad baptiſmum trinà merſione ſub Trini-
tatis inuocatione admittimus? Ex hu-
uſmodi tamen verbis non conſequeretur,
eum qui ſic eos hortaretur, ſentire trinam
merſionem ad baptiſmum ex Chriſti in-
ſtitutione eſſe neceſſariam, & non ſuffi-
cere vnicam vel merſionem vel aſperſio-
nem aquæ.

Ex his igitur Cypriani verbis non ſatis
probant aduerſarij quod conatur: præſertim
cùm ex ſermone 5. de lapſis oſtenderimus,
Cypriani tẽpore quoſdam ſolitos cõmuni-
care domi ſub vna ſpecie, cũ corpus domini-
cum ma-

In principio huius ſecũdi tractatus.

cum manibus ſecum ferebant, & in arca domi, ad opportunè ſumendum, repoſitum ſeruabant, Cypriano hæc nulla ratione reprehendente: Quod non omiſiſſet, ſi contra diuinum præceptum eſſe putaſſet.

Liber de cardinalibus operibus Chriſti. Aduerſariorum fraus in citandis Doctoribus eccleſiaſticis.

A vero igitur Cypriano depulſi, confugiunt ad libellum de cardinalibus operibus Chriſti, qui inter opera Cypriani impreſſus quidem eſt, ſed Cypriani non eſt. De quo priùs admonendum eſt, ſicut & de alijs Doctoribus, hos Doctores quos pro ſe citant plerique aduerſarij, non magni ab ipſis fieri, imò in pluribus ab ipſis reijci. Cæterùm producuntur, vt apud ſimplices mentiantur, ſe à Veterum doctrina non diſcordare, & vt quacunq; ratione rudioribus ſua perſuadeant. Citant Cyprianum, venãtes quædam eius verba, vt oſtendant Chriſtũ præcepiſſe omnibus vtriuſque ſpeciei ſumptionem. Sed quæ Cyprianus habet de orando & ſacrificando pro defunctis, de oratione ſanctorum hinc migrantium pro viuis, de primatu cathedræ Petri & principalitate Eccleſię Romanę, de tenenda Eccleſiæ catholicæ vnitate, parui faciunt, imò negant. Simili ratione citant ſermonẽ de cœna domini ex libello de cardinalibus operibus

Chriſti,

hriſti, vt ſuum dogma de vtraque ſpecie onfirment. Cæterùm quæ de tranſſubſtanatione in eo ſermone habentur, aut irrient, aut in dubium vocant. Sic à Paſchaſio & Algero confirmatoribus tranſſubſtantiaionis, non verentur petere argumēta contra Eccleſiæ definitionem de vna ſpecie. Quibus omnibus magnas quidem diuitias oſtentare ſe credunt: re autem vera inopiam ſuam aduertentibus manifeſtam faciunt.

Obiectio ex libro de cardinalibus operibus Chriſti, Cypriano aſſcripto: item ex Auguſtino ſuper Leuiticū.

Hæc ſunt igitur verba quæ citant ex ſermone illo de cœna domini: Noua eſt huius ſacramenti doctrina, & ſcholæ Euangelicæ hoc primum magiſterium protulerunt, & Doctore Chriſto primùm hæc mundo innotuit diſciplina, vt biberēt ſanguinē Chriſtiani, cuius eſum antiquæ legis autoritas diſtrictiſsimè interdicit. Lex quippe eſum ſanguinis prohibet, Euangelium præcipit vt bibatur. Et ſimilia quædam ex Auguſtino citant. Sic enim habet quæſtione 57. ſuper Leuiticū: Cùm Domin⁹ dicat, Niſi manducaueritis carnem meā & biberitis meum ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: quid ſibi vult quòd à ſanguine ſacrificiorū, quæ pro peccatis offerebantur, tantopere populus prohibetur, ſi illis ſacrificijs vnum

hoc ſa-

hoc ſacrificium ſignificabatur, in quo vera ſit remiſsio peccatorum: à cuius tamen ſacrificij ſanguine in alimẽtum ſumendo, non ſolùm nemo prohibetur, ſed ad bibendum potiùs omnes exhortantur qui volunt habere vitam? Querendum igitur quid ſignificet, quòd homo prohibetur in lege ſanguinem manducare, eumq́ue fundere iubetur.

Reſpõſio. Sed ad hæc ſanctorum verba, ex ijs locis vnde citantur, facilis eſt reſponſio. Agitur enim de ſpiritali bibitione ſanguinis Chriſti. Subditur enim in eodem ſermone de cœna domini: Bibimus autem de ſanguine Chriſti ipſo iubente, vitæ æternæ cum ipſo & per ipſum participes, animalis vitę peccata, quaſi ſanguinem impurum horrentes, & fatentes nos per peccati guſtum à beatitudine priuatos & damnatos, niſi nos Chriſti clementia ad ſocietatem vitæ æternæ ſuo ſanguine reduxiſſet. Nobis itaque pro quibus ſanguis Chriſti oblatus eſt in cruce, & quos reconciliauit Deo, omnes excedens victimas hoc ſacrificium ſingulare, ipſe Chriſtus pincerna porrexit hoc poculũ, & docuit vt non tantùm exteriùs hoc ſanguine liniremur, ſed & interiùs aſperſione omnipotenti anima muniremur, & penetrãs omnia tanti medica-

medicamenti virtus, quicquid eſſet intus ibi durũ, effugaret & renouaret, ſanaretq; quicqd morbi carni vel ſpiritui veteris vitę adlinierat corruptela. Dixerat ſanè huius traditionis magiſter, quòd niſi manducaremus & biberemus eius ſanguinẽ, nõ haberemus vitam in nobis: ſpirituali nos inſtruens documento, & aperiens ad rem adeò abditam intellectum, vt ſciremus quòd mãſio noſtra in ipſo, ſit manducatio, & potus quaſi quędã incorporatio, ſubiectis obſequijs, voluntatibus iunctis, affectibus vnitis. Eſus igitur carnis huius, quædam auiditas eſt, & quoddam deſiderium manendi in ipſo: per quod ſic imprimimus & eliquamus in nobis dulcedinem charitatis, vt hæreat palato noſtro & viſceribus ſapor dilectionis infuſus, penetrans et imbuẽs omnes animę corporiſq; receſſus. Potus & eſus ad eandẽ pertinent rationem, quibus ſicut corporea nutritur ſubſtantia, & viuit, & incolumis perſeuerat, ita vita ſpiritus hoc proprio alimento nutritur: & quod eſt eſca carni, hoc aĩæ eſt fides: quod cib⁹ corpori, hoc verbũ ſpiritui, excellẽtiori virtute peragẽs ęternaliter, quod agũt alimẽta carnalia tẽporaliter et finaliter. Hęc huius autoris verba explicatione non indigẽt.

Satis

Satis enim aperiunt, ſanguinem Chriſti bibi, quandocunque virtute huius ſanguinis per fidem aliquid morbidum ſanatur, & aliquid veteris hominis tollitur: quandocunq; in Chriſto manemus, & Chriſtus in nobis. Non igitur docet, pręceptum eſſe omnibus, vt corporali ore ſumăt dominicum ſanguinem ſub vini ſpecie: quod inter nos & aduerſarios cōtrouertitur. Sic in verbis ſuis Auguſtinus docet, per ſanguinem veterum ſacrificiorum ſignatum ſanguinem Chriſti, in quo eſt vera remiſsio peccatorum. Ad hunc bibendum inuitantur omnes qui volunt habere vitam: quia niſi per fidem hic ſanguis bibatur, ſaltem in baptiſmo, niſi per fidem paſsionis Chriſti & huius precioſi ſanguinis Deum inuocemus, nec vitam ab eo accipiemus, nec ſi qua ab eo accepta fuerit, in ea perſeuerabimus. Suprà oſtendimus,
Fol.32. Ioan.6. Auguſtinum ea verba dominica, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem etc. de ſpiritali per fidem & charitatem ſumptione intelligere. Vnde ex ea annotatione ſatis eſt ſolutus hic locus Auguſtini. Ego quidem in libro de Euchariſtia eum Auguſtini locum de ſacramentali ſumptione interpretatus ſum: ſed nunc

eam expoſitionem reijcio, meliùs Auguſtinum intelligens. Alioqui ſi de ſacramentali ſumptione loqueretur Auguſtinus, falſum eſſet neminē habere vitā citra calicis vſum, cùm per baptiſmum reſurgamus ad nouam vitam, iuxta Apoſtolum ad Romanos 6. & iuxta Chriſtum renaſcamur ex aqua & Spiritu ſancto, vtique ad nouam vitam, etiam antequam Eucharistiam accipiamus.

Simili ratione philoſophatur Origenes, de ſpiritali potu ſanguinis Chriſti loquens, homilia 16. in Numeros. Dicant, inquit, nobis, quis eſt iſte populus, qui in vſu habet ſanguinem bibere. Hæc erant, quæ & in Euangelio audientes ij, qui ex Iudæis dominum ſequebantur, ſcandalizati ſunt, & dixerunt: Quis poteſt manducare carnē & ſanguinem bibere? Sed populus Chriſtianus, populus fidelis audit hæc, & amplectitur, & ſequitur eum qui dicit: Niſi manducaueritis carnem meam, & biberitis ſanguinem meum, non habebitis vitam in vobiſipſis: quia caro mea verè cibus eſt, & ſanguis meus verè eſt potus. Et vt oſtendat, ſe non loqui tantùm de ſumptione corporali dominici ſanguinis ſub ſpecie vini, ſed etiam de ſpiritali, Bibere autem (inquit) dicimur ſanguinem

Chriſti, non ſolùm ſacramentorum ritu, ſed & cùm ſermones eius recipimus, in quibus vita conſiſtit: ſicut & ipſe dicit, Verba quæ locutus ſum, ſpiritus & vita eſt.

Cur in veteri lege eſus ſanguinis ſit prohibitus, in noua autẽ ſpiritalis ſanguinis potus præcept⁹.

Et vt ipſa res pateſcat, inquiramus (ſicut Auguſtinus monet) cur eſus ſanguinis ſit prohibitus in veteri lege, & in noua, non eſus, ſed ſpiritalis ſanguinis potus ſit præceptus. Duas igitur cauſas Dominus Leuitici decimoſeptimo per Moyſen aſsignat, cur ſanguinem edi nolit. Prima eſt, quia anima carnis in ſanguine eſt: Secunda, Et ego dedi illum vobis, vt ſuper altare in eo expietis pro animabus veſtris, & ſanguis pro animæ piaculo ſit. Prima cauſa pertinet ad deteſtationẽ homicidij, ſicut ex nono capite Geneſis manifeſtum eſt. Carnem, inquit, cum ſanguine non comedetis. Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum, & de manu hominis. De manu viri & de manu fratris eius requiram animam hominis. Quicunque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius. Ad imaginem Dei quippe factus eſt homo.

Sicut igitur homicida dicitur deuorare proximum ſuum, & comedere, ita voluit

Domi-

Dominus hac cæremonia non comedendi ſanguinem, in quo vita animalis conſiſtit, Iudæos perpetuò admoneri, vt ab oppreſsione & ſuffocatione proximi, & præcipuè nece eius abſtinerent. Secunda autem ratio pertinet ad Chriſtum pro nobis crucifixum. Hic enim ſuo ſanguine, non per bruta expiat animas noſtras coram Deo, & placat eum. Admoniti ſunt igitur Iudæi hac cærereмonia non edendi ſanguinem, per quem fiebat expiatio, perpetuò cauere ſibi, ne conſentirent in Chriſti necem: Quandoquidem Chriſtus tam gratus erat Deo, vt ſolus potuerit eum placare: Sed iubebantur fundere ſanguinem Deo ad altare, ad ſignandum quòd gratum eſſet Deo, vt ſanguinem illum aliorum malitia effuſum, nos offerremus Deo pro peccatis noſtris, per eum impetrantes expiationem & omnia neceſſaria.

At Iudæi tempore Chriſti ſignificationis huius penitus obliti, modo quodam loquendi ederunt Chriſti ſanguinem, dum eum necârunt. Vnde aiunt homicidæ Prouerbiorum 1. Deglutiamus inſontem, ſicut infernus viuentem, & integrum, quaſi deſcendentem in lacum. Et Pſalmo 34. orat

Chriſtus contra impios,ne dicant, Deuorauimus eum: Sic enim legendum eſt .ſiue, vt Hieronymus vertit, & Auguſtinus legit, Abſorbuimus eum. Quod certè dicere non potuerunt inimici Chriſti: Quia etſi necaſſent eum, dum tamen toti mundo conſtitit ipſum reſurrexiſſe, clarè patuit, quòd etiam ab eis quodammodo abſorptus atq; necatus,quia reſurrexit, ideo non omnino abſorptus fuit.

In nouo igitur teſtamento nuſquam iubemur ſanguinem edere: hoc enim eſt deuorare hominē:nec ita iubemur ſanguinem bibere, quaſi nos eum vt biberemus, priùs funderemus:Sed ab alijs effuſum, & ita corpori per reſurrectionem coniunctum, vt lædi ipſe homo Chriſtus amplius nequeat, iubemur myſticè à Moyſe Deo offerre per fidem,& iubemur à Chriſto eum ſpiritaliter bibere:hoc eſt, per fidem, ſpiritalem ſanitatem,ſaturitatem, & lætitiam ex eo haurire: Quod fit non ſolùm ſine crudelitate, ſed etiam cum magna propinantis & bibentis hilaritate & amicitia.

Obiectio ex Chryſoſtomo. Adducunt & Chryſoſtomum, ex homilia 18. in poſteriorem D. Pauli epiſtolam ad Corinthios vbi ſic habet:Eſt vbi nihil differt

ſacer-

ſacerdos à ſubdito, vt quando fruendum eſt horrendis myſterijs: ſimiliter enim omnes, vt illa percipiamus, digni habemur. Nō ſicut in veteri lege, partem quidem ſacerdos comedebat, partem autem populus, & non licebat populo participem eſſe eorum, quorum particeps erat ſacerdos: ſed nunc non ſic, verùm omnibus vnum corpus proponitur, & poculum vnum.

Quæ verba nos libēter admittimus. Non enim hîc dicitur, neceſſarium eſſe, vt quilibet calicem ſumat, ſed tantummodo, non eſſe à Chriſto prohibitum, ſiue non eſſe ex iure diuino illicitum Laicis, ſumere ſanguinem domini æquè vt ſacerdotibus: ſicut in veteri lege illicitum erat ex Dei præcepto, Laicos & à tribu ſacerdotali alienos, edere partem ſacerdotibus deputatam. *Reſpōſio.*

Eſt tamen quædam differentia inter ſacerdotes & alios non conſecrantes, nempe quòd ſolus ſacerdos conſecrat ſiue conficit hoc ſacramentum: ſicuti lib. 2. & 6. de dignitate ſacerdotij aſſerit Chryſoſtomus.

Ex qua differentia & alia conſequitur, nempe ſacerdotem ſacrificantem aſtringi, vt ſumat id quod ſacrificauit, & ſub vtraque ſpecie, ſi ſub vtraque cōſecrauit. Sicut enim

 ait Con-

ait Concilium Toletanum duodecimũ canone 5.quale erit illud ſacrificium cui nec ipſe ſacrificans particeps eſſe cognoſcitur? Ergo modis omnibus eſt tenẽdum, vt quotieſcunq; ſacrificans corpus & ſanguinẽ Ieſu Chriſti domini noſtri in altario immolat, toties perceptionis corporis & ſanguinis Chriſti ſe participẽ prębeat. At Laicus Chriſtianus,etiamſi præcepto Chriſti non prohibeatur ſumere vtramq; ſacramẽti ſpeciem, non tamen ad vtramq; ſumendam eadem ratione,qua ſacrificans,eſt aſtrictus.

Obiectio ex Theophylacto. Allegatur & Theophylactus ex cõmentario in vndecimũ caput prioris ad Corint. ybi habet: Tremendus hic calix cunctis pari ratione eſt traditus. *Reſpõſio.* Sed hęc verba idẽ ſignant quod verba Chryſoſtomi, nẽpe Chriſtum ita propoſuiſſe hoc poculũ, vt neminẽ fidelium ſuo præcepto ab eius participatione arceret: interim nõ prohibens ijs, quibus poteſtatem dedit regendi Eccleſias, iuſtis de cauſis calicẽ quibuſdã negare. Sic & Gen.9. dicit dominus, ſe vniuerſos piſces maris, & omnia pecora & beſtias dediſſe homini ad eſum,quaſi olera virentia:qua tamen donatione nõ eſt prohibitũ ſuperioribus, diſciplinæ cauſa certis tẽporibus ſubditis ſuis quorundam

rundá eſum interdicere: ſicut ipſe dominus Iudęis,& cibos quoſdá interdixit, & ieiunia præcepit in lege Moſi: & ſicut dominus in Euágelio etiá Chriſtianos ieiunaturos prædixit,& pia cõſuetudo Chriſtianorũ in Quadrageſima à carnibus abſtinere præcipit. Matth.9

Theophylact⁹ autẽ ante verba citata ſic habet:Si defuncto filio vel patri iá parentares, perculſus ſanè conſciẽtia fores, niſi legitima quęq;,& celebrãdis funeribus cõſueta perficeres,& pauperes cõuocares ad cœná: At cũ domini es facturus memoriá,nec ſimplicem ſaltẽ mẽſam vel cibũ cuiq̃ impartiris? Et rurſum:Quin etiá per calicẽ (inquit) vel mortẽ cõmemorabis,quá ſubijt dominus. Quo ergo pacto ſolus perpotẽs debaccharis? Ac deinde ſequitur:Pręſertim cùm tremendus hic calix,pari cũctis cõditiõne ſit tradit⁹. Quod ideo annotam⁹,vt animaduertas quos intelligat per cũctos, nẽpe tá pauperes quàm diuites. Et certè Eccleſia Chriſti inter pauperes & diuites,quantũ ad negationẽ vel conceſsionem calicis,nullam differentiam facit.

Citatur & Auguſtinus ex ſermone de ſacramentis fidelium, cuius partem Beda recitat in decimum caput prioris ad Corinthios. Et vos (inquit) poſt illa ieiunia, poſt labores, *Obiectio ex Auguſtino.*

poſt humilitatem,poſt contritionem cordis, iam in nomine Chriſti,tanquam ad calicem domini veniſtis,& ibi vos eſtis in menſa, & ibi vos eſtis in calice. Nobiſcum vos eſtis. Simul enim hoc ſumimus, ſimul bibimus, quia ſimul viuimus. Ex quo loco inferunt, Igitur qui non bibunt ſimul, non viuunt ſimul: Quæ conſequentia nullius eſt momẽti.

Reſpõſio. Etſi enim ſimul viuant, quicunque ſimul edunt & bibunt,ſimul tamen etiam viuunt, quicunque edunt ſimul,etſi ſecũdùm externam ſpeciem non bibant,pręcipuè ſi eum cibum ſumant,qui eſuriem & ſitim ſedat.

Alia obiectio. Allegant & quædã verba,quæ (vt aiunt) ex Auguſtino afferũt Paſchaſius et Algerus: Nec caro ſine ſanguine,nec ſanguis ſine carne iure communicatur.

Reſpõſio. Quæ verba nullo modo intelligit Auguſtinus ita, quaſi nõ liceat ſumere corpus Chriſti, quin ſimul ſumatur ſub ſpecie vini ſanguis Chriſti: quum vir ille modeſtiſsimus, & in omni aſſertione cautiſsimus, ex libris Cypriani & Ambroſij ſciat, quoſdã domi ſumpſiſſe dominicum corpus abſq; ſanguine ſub ſpecie vini.

Sed hæc verba Paſchaſius nõ tribuit Auguſtino, ſed ea tantùm recitat, veluti alia verba ſua. Algerus autem ea tribuit Auguſtino,

guſtino, lib. 2. cap. 8. ſicut verba illa Lanfranci, Hoc eſt quod dicimus, quod modis omnibus approbare contendimus, ſacrificium Eccleſiæ duobus confici, duobuſque conſtare, viſibili elementorum ſpecie, & inuiſibili domini noſtri Ieſu Chriſti carne & ſanguine etç. ſicuti (inquam) verba illa citat lib. 1. cap. 5. veluti Auguſtini eſſent: ob hoc, vt credo, quòd res ijs verbis expreſſa, alijs verbis in Auguſtino inueniretur magis, quā quòd ea verba vſquam haberet Auguſtinus. Sed parum refert, cuius ſint verba, dū cōſtet ſenſum iſtorum verborum Paſchaſij, in Auguſtino & alijs patribus inueniri. Sic autem habet Paſchaſius cap. 19. Patet ſenſus, quòd iam caro frangitur, quia ſanguis eſt in calice, qui de latere manauit: & ideo quàm rectè caro ſanguini ſociatur, quia nec caro ſine ſanguine, vtique nec ſanguis ſine carne iurè communicatur. Totus enim homo, qui ex duabus conſtat ſubſtantijs, redimitur, & ideó carne ſimul Chriſti & ſanguine ſaginatur. Quibus verbis nihil aliud Paſchaſius docet, quàm nos non debere exiſtimare, quòd ſub panis ſpecie ſumamus carnem exanguem & mortuam, qualis eſt caro brutorum, dum eam edimus, nec quòd ſub ſpe-

Allegantur capita Algeri & Paſcha ſij ſecūdū æditionem Vlimmerij Louanij anno 1561. emiſſam

Obiectio ex Paſchaſio.

Reſpōſio.

cie vini ſumamus ſanguinem, qui ſit extra carnem, ſicuti pecudum ſanguinem lingunt canes: Non autem vult docere, quòd illicita ſit communio ſub altera ſpecie, panis aut vini ſola. Siquidem non tam de ipſis ſpeciebus externis, quàm de re contenta ſub ſpeciebus diſputat. Vnde capite decimoſeptimo ſimili locutione dicit: Non rectè caro Chriſti ſine diuinitate ſumitur, nec diuinitas ſine carne præſtatur. Quæ verba non deſignant, hominem debere ſeorſum carnem ſub aliqua ſpecie ſumere, & ſeorſum Chriſti diuinitatem ſub alia ſpecie: ſed quòd credere debeat & cogitare, dum ſumit Chriſti carnem, eam diuinitati eſſe iunctam, & filij Dei propriam. Et in ipſo capite decimonono oſtendens quomodo dixerit, non rectè communicari carni ſine ſanguine, Chriſti (inquit) anima carnem humanam, quam Chriſtus ſuſceperat, viuificauit. Idcirco non rectè caro ſine ſanguine communicatur, ſed vt caro habeat relationem ad animam, quæ in ſanguine Chriſti eſt, & anima viuificatrix carnis per ſanguinem relationem habeat ad Deum, atque ita totus homo ſanetur.

Hoc

Hoc ergo ſenſu dixit Paſchaſius,non rectè ſumi carnem abſque ſanguine,quia caro debet habere relationem ad animam, & anima ad Deum : Id eſt, cogitari à nobis debet caro, tanquam verè animæ & diuinitati vnita. Hinc idem Paſchaſius capite 20. dicit cibo Dominicæ carnis interiorem hominem inebriari : & ſæpè dicit capite 2. & 21. carnem & ſanguinem Chriſti comedi. Licet, inquit cap. 2. ab omnibus Chriſti caro & ſanguis quotidie comedatur, ipſe tamen agnus viuus & integer manet. Item capite 21.Caro & ſanguis Chriſti de agro corporis nobis quotidie per officium ſacerdotis matureſcunt, quæ & comedimus.Quia videlicet ſub vna ſpecie panis & carnem Chriſti habemus & ſanguinem. Et quò manifeſtiùs intelligas, Paſchaſium ſentire, nos rectè dici bibere, dum vnica ſpecie reficimur, expende atq; examina diligenter hæc verba capite 21. Per hoc, inquit,quòd nos corpus eius ſumus,de carne & oſsibus eius, ille nobiſcum illud bibit nouum in regno patris, quia ſanguis eſt noui teſtamenti. Nos verò, quia corpus eius ſumus, & ille in nobis vt caput regnat,regnum patris iure vocamur. In quo-

nimuum

nimirum Chriſtus iam illud bibit nouum, quoties fideles intra Eccleſiam dignè iſtud percipiũt. Sicut enim patitur in ſuis,& eſurit,& ſitit,& veſtitur,ac ſuſcipitur: ſic quoq; bibit illud nouum in regno patris: id eſt, in Eccleſia,quoties eum dignè ſui aut comedimus,aut potamus.

Quid euidentiùs requiris? Ecce Paſchaſius ſentit,Chriſtum bibere nouum potum in nobis,dum dignè alteram ſpeciem percipimus,ſiue edentes,ſiue potantes. Si ſentiebat illicitam eſſe communionem ſub vnica ſpecie, cur alterũ ei ſufficit,aut edere aut potare,ad hoc vt dignè ſumamus hoc ſacramentum,& Chriſtus in nobis dicatur bibere ſanguinẽ ſuũ? Hinc claret,quomodo ca.19 dicat: Cõſtat et liquet omnibus,quòd in hac mortali vita ſine cibo & potu non viuitur. Sic itaque ad illam æternam non peruenitur,niſi duobus iſtis ad immortalitatem ſpiritualiter nutriatur. Et ideo benè in calice ſimul redduntur,quia de calice vno paſsionis Chriſti,hæc duo nobis ad vitam manârunt. Conſidera quid Paſchaſius dicat de duabus figuris huius ſacramẽti, inquantum ſub ſpecie panis ſumitur,nempe de ligno vitæ & de manna. De ligno vitæ ſic dicit ca.1.

Conſtat

Conſtat modis omnibus, quòd ſicut in paradiſo lignum vitæ fuit, ex quo iugis ſubſiſteret ſtatus hominis, ſi mandata Dei ſeruaſſet, & immortalitas: ita prouiſum eſt in Eccleſia hoc myſterium ſalutis, non quòd eidẽ ligno hoc eſſet in natura, ſed re viſibili virtus inuiſibilis intrinſecus operabatur. Ita ſiquidẽ & in iſto cõmunionis ſacramento viſibili, diuina virtus ad immortalitatẽ ſua inuiſibili potẽtia, quaſi ex fructu ligni paradiſi, nos & guſtu ſapiẽtię ſuſtẽtat & virtute: quatenus per hoc immortales in anima, quãdiu ex hoc dignè ſumimus, demum in melius tranſpoſiti, ad immortalia feramur. Ad hoc ergo Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, vt per Deũ Verbum, carnẽ factũ, caro proficeret in Deum Verbum. Quæ nimirum caro Verbi fit eſca in hoc myſterio, cibuſq; fideliũ: dũ verè creditur eſſe caro pro mundi vita, neq; aliud aliquid quàm caro corporis Chriſti, ex qua Chriſtus manet in nobis: vt & nos per eam transformemur in illo, qui nihil aliud factus eſt, quàm Deus caro, dignatione ſua vt habitaret in nobis. Capite autem 14 de manna ſic inquit: Si quis ex eo non credit illud quod in Euangelio prædicatur, prioribus (inquam) illis deterior

vide-

videtur,qui ſub vnius ſpeciei guſtu omnem ſaporem & omne delectamentũ fide perceperant. Nec tamen illud tunc aliud mõſtratum,licèt quicquid ſaporis & delectamenti eſt interiùs, ſub vno eodemq́ue colore totum manna præſtiterit. Potior quippe virtus rerum eſt, quàm ſpecies & fucatus color. Idcirco virtus magis conſideranda eſt, quàm color ſeu ſapor exteriùs. Si ergo in figura vnicum ſiccum alimentum omnia pręſtabat fidelibus,quãto magis ipſum Chriſti corpus ſanguine plenũ,vnica ſpecie ſumptũ omnia perficit? Ecce,qui cõtra nos citabatur Paſchaſius,magis à parte noſtra, imò nõ noſtra,ſed veritatis,quę omniũ eſt,exceptis ijs qui eã à ſe abijciunt,ſtare deprehẽſus

Solutio eorũ,quæ ex Algero ab aduerſarijs adferũtur. eſt. Sic & Algerus li.2.ca.8.ad hoc citat verba iſta Paſchaſij, Nec caro ſine ſanguine,nec ſanguis ſine carne iure communicatur: ad probandũ quòd caro Chriſti non exanguis & mortua,ſed viua & viuificatrix creditur. Et ad idem probandum citat verba Gelaſij, dicentis grande eſſe ſacrilegium, vnũ idẽq; myſterium (ſcilicet huius ſacramenti) diuidere: approbando ſcilicet corpus & reijciendo ſanguinem,ſicut ſuprà expoſuimus. Sic

Fol.45

habent verba Algeri; Simul corpus & ſanguis

guis ſumitur à fidelibus, vt ſumpto corpore & anima Chriſti, toto Chriſto tot⁹ homo in anima & corpore viuificetur: dum ipſa caro Chriſti, vt dictũ eſt, nõ exanguis et mortua, ſed viua et viuificatrix creditur. Vnde, vt ait Augu. nec caro ſine ſanguine, nec ſanguis ſine carne iure cõmunicatur. Addũt præterea aduerſarij: Illud dominicũ, Bibite ex hoc oẽs ex Veterũ ſẽtẽtia interpretatur Paſchaſius Ratbertus, tã miniſtri q̃ reliqui credẽtes. Sed vtinã dignarẽtur hi q hoc ex Paſchaſio Ratberto citãt, apertè cõfiteri, ſe recipere tãq̃ ad fidẽ pertinẽs, ꝙ verè ex Veterũ ſẽtẽtia, quos etiã nominatim citat, fidei eſſe docet: nẽpe in Euchariſtia nõ eſſe panem et vinũ, ſed ea cõuerſa eſſe in corpus et ſanguinẽ domini, ſiue nihil aliud eſſe Euchariſtiã, quàm corpus et ſanguinem domini, et non panẽ et vinũ. Sed ſatis ſuprà admonuimus, quanti faciant Doctores quos citãt. Sic igitur habet Paſchaſius capite. 15. Sacerdos inuocat, ſed ipſe (Chriſtus) benedicit et frangit: quia niſi ille frangeret hunc panem, paruuli omnes ieiuni remanerent. Hinc quoq; Propheta ſuſpirans quia necdum venerat Chriſtus, aiebat in lamentationibus ſuis: Paruuli petierunt panem, nec erat qui frangeret eis.

Alia obiectio ex Paſchaſio.

Fol. 62.

Thren. 4

Et ideo

Et ideo hic ſolus eſt qui frangit hunc panẽ, & per manus miniſtrorum diſtribuit credentibus, dicens: Accipite & bibite ex hoc omnes, tam miniſtri quàm & reliqui credentes: Hic eſt calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamenti.

Reſpõſio. Qui locus, ſi integer & incorruptus eſſe putetur, nihil contra nos facit: quandoquidẽ habet quòd omnes, tam miniſtri quàm reliqui credentes, iubentur bibere ex pane benedicto & fracto. Quod & ſuperioribus verbis Paſchaſij conuenit, vbi dicit nos bibere ſanguinem domini & Chriſtum in nobis, quandocunque dignè aut edimus aut potamus ex Euchariſtia. Sed nequaquam hoc dicit Paſchaſius veluti exponẽs ſcripturam

Cap. 26. Matthæi, Accipite & bibite ex eo omnes: tùm quòd Chriſtus tunc non diſtribuit per manus miniſtrorum panem quem fregerat, ſed per ſemetipſum: tùm quòd in eo loco Euangelij nulla ſit diſtinctio aut mentio miniſtrorum & reliquorum credentium: denique, quòd dominus non dicat ibi, Bibite ex fracto pane. Si autem locus iſte Paſchaſij mutilus eſt, vt diligenter inſpicienti omnino videtur, conſulenda ſunt vetera exemplaria manu ſcripta, vt vera lectio deprehendatur.

tur. Quæ donec inueniatur, ſaluo meliori iudicio, videntur mihi ſic poſſe reſtitui, ſi pro (bibite) legatur (edite) vel (manducate.) Facilis eſt enim trāſmutatatio dictiūculę (edite) in dictionem (bibite) præſertim vbi in manu ſcriptis libris obſcuri ſunt characteres & diuinatur potiùs quàm videtur quid ſit ſcriptum.

Sed ſcriptor ille nouitius, cuius iam ſæpius meminimus, dicit folio 5. ſuę Conſultationis (veluti probaturus, Veteres cenſuiſſe, in ordinaria & ſolenni populi cōmunione abhibendam vtramque ſpeciem.)

Redit ad Conſultorē, cuius varia argumenta ordine cōfutat.

Spectabant etiam Veteres huius inſtitutionis Chriſti, qui ſub duplici ſpecie hoc ſacramentum inſtituit, cauſas atque fines: quos omnes toti Eccleſia Chriſti communes eſſe iudicabant.

Sed prorſus inualida eſt hæc conſequentia: Chriſtus inſtituit aliquid ob finem omnibus communem, ergo omnes debet eo vti atque in ſua perſona illud vſurpare. Nónne Chriſt⁹ dedit Doctores atq; paſtores, & omnia dona gratiarum, quæ Paulus recenſet 1. ad Cor. 12: ob vtilitatem totius Eccleſiæ? & tamen nō omnes habent in ſuis perſonis ea dona, nec eorum officia debent vſurpare. Sic poteſtatem offerendi Domino ſacrificiū,

ſiue ſacerdotium, item poteſtatē ligādi atq; ſoluendi, remittendi & retinendi peccata, ad omnium vtilitatem dedit, ſed non vt omnes ſibi has poteſtates vſurpent.

Sed in particulari recenſet Conſultor ille fines & cauſas præcipuas, cur ſub duplici ſpecie ſacramentum Euchariſtiæ inſtituerit Chriſtus: Et quid inde ſecundū veteres Doctores couincatur, eſt videndum.

Finium, inquit, *atque cauſarum hi ſunt præcipui. Primus eſt, ad repræſentandam & conſeruandam memoriam paſsionis eius in oblatione corporis & effuſione ſanguinis: quod manducatione myſtici panis, & potione ſacrati calicis fieri B. Pau*
1. Cor. 12. *lus teſtatur, cum ait Corinthijs: Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & calicem Domini bibetis, mortē domini annuntiabitis. Exiſtimārūt itaq; Veteres, hanc repræſentationem & commemorationē mortis Chriſti perfici, non ſola conſecratione, oblatione, & ſumptione ſacerdotis, ſed etiam diſtributione & participatione fidelis populi.*
Hæc ille. Ex ſynodo Epheſina oſtēdimus
Fol. 19. ſuprà, memoriam dominicę mortis & paſſionis in incruenta ſacrificij ſeruitute præcedere debere, antequam corpus domini aut ſanguis ſumatur. Sicut enim ſacrificium crucis præceſsit deſcenſum ſpiritus ſancti, per quem

quem participes fiunt fideles mortis Chriſti:ita ſacrificium corporis & ſanguinis domini (per quod verè, & ipſum in cruce pro nobis oblatum & mortuum ſignificamus, & eundem Deo patri, pro tanto beneficio gratias agentes, offerimus) præcedere debet eſum corporis domini, vel potationem ſanguinis eius. Hoc igitur vult Apoſtolus: quandocunq; vultis edere, itē quandocunq; vultis bibere, priùs Deo patri in gratiarum actionem, ipſo opere ſacrificij mortem Domini commemorate. Et Veteres ita Apoſtolum intellexiſſe, abundè probat ſynodus Epheſina. Quomodo verò etiā ſumptione commemoretur mors domini, ſuprà diximus. Quia qui participat vel minimam particulam de altari, approbat totum quod in altari commemoratum eſt: & qui particeps cupit eſſe eius, quod in altari Deo oblatum eſt in memoriam mortis Chriſti, oſtēdit ſe mortis Chriſti cū gratiarum actione eſſe memorē. Sed hæc memoria & gratiarum actio primariò in ſacrificio, ſecundariò in ſumptione inuenitur, in qua primò participiū paſsionis Dominicę quæritur, quod ſecūdariò quæritur per ſacrificiū. Examinetur q̃ dicim⁹, & res ita ſe habere inuenietur.

Fol. 18. & 23.

Ipſa Chriſti oblatio in cruce,ita erat præparatio medicinæ,& redemptio totius mundi, vt tamen,niſi peculiari Dei gratia ſingulis applicaretur,nulli eſſet profutura: vt peritè contra obiectiones Vincentianas articul. 1. ex Auguſtino lib.6.contra Iulianum, capit. 5.annotauit Proſper. Quando verò applicatur Dominica paſsio (ſiue dum Deus ad fidem aliquem conuertit, ſiue dum à peccatis aliquem ſurgere facit, aut per ſacramentum peccatum remittit)etſi tũc deſignatur Chriſti mors, ſicut per effectũ ſignatur cauſa,præſertim cũ etiã effectus eſt ſimilis cauſę (quemadmodum in baptiſmo per effectuum ſimilitudinẽ morş Chriſti deſignatur.Sicut enim Chriſtus eſt mortuus vitę miſerę, & reſurrexit felici:ita baptizatus moritur peccato,& reſurgit iuſtitiæ.)tamen non deſignatur primò ipſum crucis ſacrificiũ atq; redẽptio. Ita ſimiliter ſumptio Euriſtiæ directè ſignat,hominem Chriſto vniri & incorporari,& per Chriſtum in vita noua nutriri & dulciter refici. At dum mors filij Dei ſacrificio precioſo, grata memoria Deo recolitur,& per idem ex morte Domini omnium redemptio poſtulatur, directè recolitur ipſa filij Dei paſsio, quatenus ſacrificium

Locus Auguſt. incipit, Cũ ſemel mortuus ſit Chriſtus etc.

crificium & omnium redemptio, fuit in cruce.

Porrò dictus Conſultor nullum Veterẽ allegat, qui dicat debere fieri memoriá mortis dominicæ, vtriuſq; ſpeciei ſumptione. Et ſimiliter nullum adducit, qui dum de memoria dominicæ mortis agit, ſacrificij mentionem ſimul non faciat: Quia ſcilicet memoria mortis dominicæ propriè ſacrificio peragitur. Dicit Iuſtinus Chriſtum dediſſe poculum ſumendũ cum gratiarũ actione (hoc eſt, ſacrificio & oblatione) in memoriá ſanguinis ſui. Dicit Heſychius in 5. ca. Leuitici: Chriſtus propriá carnẽ immolauit, ipſe ſui ſacrificij pontifex in Sion factus eſt, quando ſanguinis noui teſtamenti calicem dabat. In dialogo cũ Triphone.

Verè tunc pontificatu functus eſt, non tàm quia dabat calicem, quàm quia eum Deo immolabat. Omnis enim Pontifex & ſacerdos ad hoc conſtituitur, vt Deo offerat ſacrificia. Ait quoq; Auguſtinus, Chriſtianos memoriam ſacrificij crucis celebrare oblatione, & participatione corporis & ſanguinis dñi: quia in ipſa oblatione mors domini cõmemoratur, & in participatione cõmemoratæ mortis participiũ quæritur, vt ſuprà explicatum eſt. Cũ igitur & per vná Heb. 5. Contra Fauſtum li. 20. c. 18. Fol. 23.

 ſpeciem

ſpeciem totius commemoratę mortis plenus fructus accipiatur, nihil perit perfectæ cõmemorationi ex eo, quòd altera ſpecies, vini ſcilicet, à quibuſdam non ſumitur. Imò non deſunt qui probabiliter opinãtur, Chriſtum non præcepiſſe, vt etiam ipſum ſacrificium ſemper ſub vtraque ſpecie offeratur. Siquidem cogitant hoc ſacrificium imitari ſacrificium crucis, in quo Chriſtus copioſam redemptionem exhibuit, etiam ſuprà quàm erat neceſſe: vnde & aliqua paſſus eſt iam mortuus, redemptione peracta, vt vulnus lateris. Quid igitur ſi eodem modo inſtituit aliqua in ſacrificio memoriali, ad plenæ redemptionis oſtenſionem, quę tamen non præcepit? Nobis interim ſatis eſt, ſiue præceptum Chriſti ſit, vt ſacrificetur ei ſub vtraque ſpecie, ſiue non, non eſſe præceptum eius, vt ſumatur etiam ordinariè ab omnibus ſub vtraque ſpecie: Sicuti plenus effectus ſacrificij crucis obtinetur etiam ab eo, qui non omnia particularia paſsionis nouit.

Obiectio ex Gregorio. Citantur & Gregorij verba, & Bedæ, quaſi hi dicerent, memoriam & repręſentationẽ dominicæ mortis, conſiſtere in vtriuſq; ſpeciei ſumptione; cùm vterque agat de fructu

ſalutaris

ſalutaris hoſtię, qui principaliter eſt communicantium atque ſumentium, non autem de eo, in quo propriè conſiſtat repræſentatio dominicæ mortis. Sic enim habet Gregorius libro quarto Dialogorum, capite quinquageſimo octauo: Debemus Deo quotidiana lachrymarum ſacrificia, quotidianas carnis eius & ſanguinis hoſtias immolare. Hæc namque ſingulariter victima ab æterno interitu animam ſaluat, quæ illam nobis mortem vnigeniti per myſterium reparat, qui licèt reſurgens à mortuis iam non moritur, & mors ei vltrà non dominabitur, tamen in ſemetipſo immortaliter atque incorruptibiliter viuens, pro nobis iterum in hoc myſterio ſacræ oblationis immolatur. Eius quippe ibi corpus ſumitur, eius caro in populi ſalutem partitur, eius ſanguis non iam in manus infidelium, ſed in ora fidelium funditur. Hinc ergo penſemus, quale ſit pro nobis hoc ſacrificium, quod pro abſolutione noſtra paſsionem vnigeniti filij ſemper imitatur. Quis enim fidelium habere dubium poſſit, in ipſa immolationis hora ad ſacerdotis vocem cœlos aperiri, in illo Ieſu Chriſti myſterio angelorum choros adeſſe, ſummis

ma ſociari, terrena cœleſtibus iungi, vnum quoq; ex viſibilibus atq; inuiſibilibus fieri?

Reſpōſio ad verba Gregorij.

Hîc Gregorius ea verba, Eius quippe ibi corpus ſumitur, eius caro in populi ſalutem partitur, eius ſanguis non iam in manus infidelium, ſed in ora fidelium funditur, non ad hoc dicit, vt doceat, in ſumptione eſſe imitationem paſsionis Chriſti, vel illam mortem vnigeniti per myſterium reparari, aut Chriſtum pro nobis iterũ immolari: ſed vt probet, quòd hæc ſingulariter victima ab æterno interitu animam ſaluat, quodq; pro nobis, pro nobis (inquam) ſiue pro ſalute & abſolutione noſtra fiat quod in altari celebratur. At per verba ſequentia, illa ſcilicet, Quis enim fidelium etc. docet, in quo conſiſtat immolatio Chriſti, & imitatio paſsionis eius: Dicens immolationis horam ſiue tempus eſſe, dum ad ſacerdotis vocem cœli aperiuntur, angelorum chori adſunt, ſummis ima ſociantur, terrena cœleſtibus iunguntur, vnum fit ex viſibilibus & inuiſibilibus. De qua autem ſacerdotis voce loquitur, niſi de verbis cõſecrationis? Tunc enim primùm adeſt Chriſti corpus, adſunt angeli venerabundi adorantes illud, tunc ſummis ima, terrena

rena cœleſtibus, id eſt, panis & vini ſpecies, diuinitati, animæ, corpori & ſanguini Chriſti iunguntur, & ex corpore inuiſibili atque panis ſpecie viſibili, quadã ratione loquendi fit vnum, quando conſecrationis verba cum debita intentione proferuntur: Ita, inquam, fit vnum, ſicut in Chriſti incarnatione ex diuinitate & humanitate facta eſt vna perſona: ita vt quemadmodum ibi verum erat dicere, Deus inuiſibilis eſt homo viſibilis, eodem modo hîc verum ſit dicere, Chriſti corpus inuiſibile, & quod per ſe manducari nequit, per ſpeciẽ panis eſt viſibile & manducabile. Et quæ poteſt eſſe melior repræſentatio mortis Chriſti, quàm quòd immortale corpus Chriſti, inſenſibili * & veluti mortuæ panis ſpeciei iungatur? quam mortuæ ſpeciei aſſumptionem dum conſequitur ſtatim aſſumptio ſpeciei vini, aqua permixti, ad verum & incorruptibilem Chriſti ſanguinem, nónne excellentiſsimè deſignatur, quondam ex Chriſti mortuo corpore emanaſſe ſanguinem aqua permixtum? Quid excellentiùs repræſentat populo laborem, quem pro eo liberãdo ſubijt Rex terrenus, quàm ſi ipſum Regem videat, aut, ſi eum in caſtro latere oporteat, per commodum ſignum

* Vide Epiphanium in Ancoratu. Dominum, inquit, noſtrũ nouimus totum ſenſum, totũ ſenſitiuũ etc. id autem de quo

dixit, Hoc eſt corpus meũ, eſt rotundæ formę. & inſenſibile quãtũ ad potẽtiam.

num explicetur eſſe corporaliter præſens, & ſimul labor quẽ ſubijt pro liberatione populi? An gratus populus vlla ratione differt eius beneficij recordari, dum eum certò ſcit præſentem, & commodè labor eius exprimitur? Non puto. Sic igitur, cùm primùm conſecratur dominicum corpus, & ſcimus ipſum eſſe, quod pro nobis eſt mortuum in cruce, & hoc ipſum videmus aſſumptione panis ſpeciei mortuæ, in qua nihil vitæ eſt (ſicut in mortuo corpore Chriſti quondam nihil erat vitalis motus) pulcherrimè expreſſum: quomodo poſſumus, niſi prorſus ingrati eſſe velimus, differre gratam memoriam? Et abundantior huius mortis fit expreſsio, dum verus Domini ſanguis nobis adeſt in ſpecie vini aqua permixti: ſicut ex mortuo quondam corpore fluxit ſanguis & aqua. Nihil ſic exprimit præteritum beneficium, ſicut benefactor præſens, & oculis cum præſentatione commoda beneficij præſentatus. Cùm igitur Chriſtum, eumque mortuum pro ſalute noſtra, ex nimia Dei erga homines dilectione, idque merè gratis & prorſus indigni accepimus, nõ poteſt apud hominem gratum fieri, quin cùm primùm ipſum Chriſti corpus,

pus,cum mortis ſuæ repræſentatione à Deo patre acceperit,ſtatim ei in gratiarum actionem illud ipſum precioſiſsimum munus reddat, atque ante omnem de ſua vtilitate ſolicitudinem, de gratiarum actione ſolicitus ſit. Ideoque cùm cõſecratur dominicũm corpus, ſtatim Deo offertur. Ecce explicuimus quando Deo ſacrificetur, quando mors eius ſignificetur, & quando mors illa vnigeniti per myſterium reparetur.

Idem omnino cõfirmant verba Bedæ in Homilia intra octauam Epiphaniæ, quæ ſic habent: Non ſolùm lauit nos Chriſtus à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, quando ſanguinem ſuũ dedit in cruce pro nobis, vel quando vnuſquiſq; noſtrũ myſterio ſacroſanctæ paſsionis illius baptiſmo aquæ ablutus eſt, verumetiam quotidie tollit peccata mundi. Lauat itaq; nos à peccatis noſtris quotidie in ſanguine ſuo, cùm eiuſdẽ beatæ paſsionis ad altare memoria replicatur, cùm panis & vini creatura in ſacramẽtũ carnis & ſanguinis eius ineffabili ſpiritus ſanctificatione transfertur, ſicque corpus & ſanguis illius, non infidelium manibus ad perniciem ipſorum funditur & occiditur, ſed fidelium ore ſuam ſumitur in ſalutem. Huius rectè *Obiectio ex Beda.*

figuram

figuram agnus in lege Paſchalis oſtendit, qui ſemel populum de Ægyptia ſeruitute liberans, in memoriam eiuſdem liberationis per omnes annos immolatione ſua populum eundem ſanctificare ſolebat, donec veniret ipſe, cui talis hoſtia teſtimonium dabat. Hæc Beda. Vbi primò manifeſtè

Reſpõſio. oſtendit, ſe loqui de effectu dominicæ paſſionis, nempe de ablutione à peccatis, quæ maximè fit dignè communicando. Non autem in ſumptione præcipuè ponit memoriã paſsionis Chriſti, ſed ad altare dicit eam replicari. At etiam olim Laici, nõ ad altare, ſed in loco ſuo extra clerum, ſolent Euchariſtiã ſumere. Et quando ad altare dicit Beda fieri memoriã paſsionis dominicæ? Cùm, inquit, panis & vini creatura in ſacramentum carnis & ſanguinis transfertur. Quod ipſum etiam ſequẽtia verba cõfirmant, cùm ait, quòd Chriſtus myſterium paſsionis ſuæ, ablato agno, in creaturam panis viniq; tranſtulit, ſacerdos factus in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. Magis ergo in oblatione & ſacerdotali ſacrificio Euchariſtię, myſteriũ ſuæ paſsionis poſuit Chriſtus, quã in ipſius Euchariſtiæ ſumptione, vbi magis paſsionis Chriſti effectus, quàm ipſa paſsio deſigna-

deſignatur. Citantur & Lanfranci verba, veluti Auguſtini eſſent in librò ſentẽtiarum Proſperi: Quomodo etiam Algerus verba eiuſdem Lanfranci, Hoc eſt quod dicimus, quod modis omnibus probare cõtendimus, etc. tanquam Auguſtini citat: & ſicut verba Ambroſij ex commentario in vndecimum caput 1. ad Corinthios citat, tanquam eſſent Auguſtini in libro de Trinitate. Sic igitur habet Lanfrãcus folio 12. facie 2. Sacramenta illarum rerum, quarum ſacramenta ſunt, ſemper ſimilitudinem gerunt: ſicut in ſacramento, de quo hæc quæſtio ventilatur, dum frãgitur hoſtia, dum ſanguis de calice in ora fideliũ funditur: quid aliud quàm dominici corporis in cruce immolatio, eiuſque ſanguinis de latere effuſio deſignatur? Et infrà, folio 13. facie 1: Quorum alterum quidẽ dum frangitur, & in populi ſalutẽm diuiditur, alterum verò effuſum de calice ab ore fidelium ſumitur: mors eius in cruce, & ſanguinis eius de latere manatio figuratur. Vtrũq; B. Gregorius & ſolerter attẽdit, & enucleatè in quarto dialogi libro ita exponit, dicẽs: Eius quippe caro ibi ſumitur, eius ſanguis non iam in manus infidelium, ſed in ora fidelium funditur. Penſandum ergo eſt, qualis

Obiectio ex Lanfranco.

Allegatur Lanfrancus ſecundũ editionẽ Louaniẽſem, anni 61.

ſit hoc

ſit hoc ſacrificiũ, quod pro abſolutione noſtra mortẽ vnigeniti filij ſemper imitatur. Et hũc imitatus Algerus, lib. 1. cap. 19. Quod enim corp⁹ Chriſti in ſacramẽto, inquit, manibus fidelium tenetur, frãgitur, dẽtibus atteritur, & ipſis incorporatur: ſignificat eũ in paſsione manibus impiorũ tentũ, & vſq; ad mortẽ fractũ, & propter noſtra ſcelera attritum. Et lib. 2. cap. 8. Chriſtus corpus ſuũ & ſanguinẽ diuiſim cõſecrauit & dedit, non ad diuiſionẽ ſubſtantię ſuæ, vt illi duos Chriſtos acciperẽt, cùm in vtroq; vnũ Chriſtũ acceperint: ſed ad diſcretionẽ figuræ, vt panis dũ dẽtibus teritur, carnẽ Chriſti in paſsione attritã, & dũ vinũ in ora fideliũ funditur, ſanguinẽ de latere Chriſti fuſum ſignaret. Hæc oĩa ab aduerſarijs ad hoc citãtur, vt videatur in vnius ſpeciei cõmunione nõ eſſe repręſen-

Reſpõſio. tatio dominicę paſsionis & mortis. Sed nos reſpondemus, in ſacramentis, quæ ſigna ſunt rerũ, idem vſu venire, quod vſu venit in ſignis verborum, præſertim metaphoricis aut parabolicis, quę in ſcripturis ponũtur ad aliquid certi ſignificandũ: quę tamen quãdoq; à Catholicis etiã ad aliud, citra fidei detrimẽtum applicantur. Vt, Chriſtus parabolã decẽ virginum dixit, ad hortandũ eos qui fide in-

tegra

tegra ſunt, vt in tẽpore ſoliciti ſint, ſanctam ſibi coram Deo cõparare conſcientiam: nec in hoc quòd fideles ſunt & de Eccleſię communione, nimium fidant, ſed diligenter vigilẽt, expectantes iudicem Chriſtũ. Nihilominus non malã hinc occaſionẽ accipiunt, qui corporaliter virgines Chriſtianas hinc exhortãtur, & ad eas hãc parabolã applicãt. Sic in ſacramentis à Chriſto inſtitutis multa aduertuntur à pijs fidelibus, idq; nõ malè, ad quę tamen ſignanda directè & propriè non inſtituit ea Chriſtus. Vt, nõ malè ex trina in baptiſmo immerſione, cõſiderãt aliqui triduum ſepulturæ Chriſti: & tamen Chriſtus directè nõ inſtituit baptiſmũ ad ſignãdũ triduũ ſepulturę: quia eius inſtitutio in peculiari nihil habet de tribus vel vna merſione. Ita igitur Chriſtus fregit panẽ cõſecratũ, vt quilibet particulã haberet (& ita nũc Aug. teſte, ad diſtribuẽdũ cõminuitur) ſed ꝓpriè nõ mãdauit, vt de cõſecrato pane fracto cõmunicarẽt, quicũq; vellẽt cõmunicare. Si enim hoc mãdaſſet Chriſt⁹, nemo iſtũ morẽ mutaſſet, nec Eccleſia Romana quẽlibet Laicũ integro paruo pane ſacrato cõmunicaret. Neq; etiã voluit Chriſtus per illã fractionẽ, paſſionẽ ſuã propriè ſignificare: Quia in paſſione eius

Nota.

Epiſt 59 ad Paulinum.

eius nihil in eo fractum. Cùm enim fractio non ſit niſi durorum, caro læſa non dicitur frangi, niſi fortè metaphoricè: Sed oſſa hominum frangi dicuntur. Vnde de Chriſto
Ioan.19. ait Ioannes, crura eius non eſſe fracta: iuxta
Exod.12. ſcripturam dicentem: Non comminuetis, ſiue non confringetis os agni. Vnde pulchrè Chryſoſtomus, homilia 24. in decimũ caput prioris ad Corinthios, dicit: Quod Chriſtus in cruce paſſus non eſt, id in oblatione patitur, & propter te frangi permittit.

Nihilominus quia fractio & in Euangelio & Apoſtoli epiſtola legitur, & non malè eam ſacerdos imitatur, aduerterũt in ea aliquid pij fideles, & ex ea occaſionem boni aliquid cogitandi ſumpſerunt. Alij quidem, vt Lanfrancus, contemplantur ſic, Quòd quemadmodũ in altari corpus domini frangitur, ita in paſsione, & carnem eſſe clauis diuiſam, & animam à corpore per mortẽ ſeparatam: Alij autem conſiderant, ex Chriſti vna paſsione, varia varijs Eccleſiæ membris dona ſancti Spiritus eſſe diſtributa. Similis contemplatio fuit Lanfranco & Algero in attritione Euchariſtiæ, per dentes communicantium: tanquam & ex illa poſſet cogitari attritio Chriſti metaphoricè dicta, ſiue

eius

eius paſsio. Sed hæc cogitatio non ita habet occaſionem in ijs, qui potiùs glutiunt corpus dominicum, quàm dentibus terant. At iſti poſſunt per occaſionem cogitare, ſi ab vtiliori cogitatione nõ abſtrahantur, inimicos Chriſti cogitaſſe quod ſcriptum eſt Prouerbiorum 1. Deglutiamus eum ſicut infernus viuentem, & integrum quaſi deſcẽdentem in lacum. Simili modo ex eo quòd viderunt Chriſti ſanguinem fundi in ora fidelium, ad eorum ſalutem, piè conſiderauerunt, eum quondam effuſum ex latere, in perniciem crucifigentium. Sic multa alia in Sacramentis à pijs conſiderari poſſunt. Sed ſicut Auguſtinus dicit libro 3. de doctrina Chriſtiana cap. 9. hoc tempore, poſtquam illuxit Dominus, quædam pauca ſigna pro multis, eadẽq; factu facillima, & intellectu auguſtiſsima, & obſeruatione caſtiſsima, ipſe dominus & Apoſtolica tradidit diſciplina: ſicuti eſt baptiſmi ſacramentũ, & celebratiõ corporis & ſanguinis Domini. Quæ vnuſquiſq; cùm percipit, quô referãtur imbutus agnoſcit, vt ea nõ carnali ſeruitute, ſed ſpiritali potiùs libertate veneretur. Non igitur quod quiſq; per occaſionẽ aliquã, ex his quę circa Chriſti ſacramenta fiunt, piè cogitare

poteſt, ſed quod omnes facilè percipiunt, ex Chriſti inſtitutione ſacramenta ſignificant. Subtilis nimium pro vulgo hominum eſt ea ſignificatio, qua ex contrario contrarium intelligitur, ex ſalutifera fractione corporis vel fuſione ſanguinis, nociua occiſio, & perniciosa ſanguinis effuſio. Et proinde licèt pie hęc per occaſionem à ſubtilibus cogitentur, tamen quia ex Chriſti inſtitutione nō conſtat (præcipuè cùm à Veteribus hæc nō clarè tradantur) ſacramēta has res ſignare, ad ſtatuendum dogma non proficiunt.

Folio 6. *Alter finis eſt*, ait Cōſultor ille, *ad ſignificandam integram & perfectam refectionem etc.* Sed quia opportuniùs de ea re diſſeretur, cùm inquiretur, An ex vtraque ſpecie plus fructus, quàm ex altera tantùm promânet: ideo ad tertium eius finem eſt properandum. Sic igitur pergit Conſultor:

Tertiò inſtituit Chriſtus hoc ſacramentum ſub vtraq; ſpecie, ad deſignandam redemptionem & tuitionem corporis & animæ, vt corpus pro ſalute corporis, & ſanguis pro ſalute animæ, quæ in ſanguine eſt, dari & accipi intelligatur.

Admittimus quidem, hoc ſacramentum ſub vtraque ſpecie ſignare redemptionem & tuitionem corporis & animæ: Sed an hæc ſignifi-

ſignificatio ſit ex Chriſti inſtitutione propriè, an magis ex piorum animaduerſione, ſicut iam paulò antè declarauimus, nō conſtat. Deinde, an in oblatione potiùs quàm in ſumptione hęc ſignificatio conſiſtat, non eſt declaratum. Sic autem habet Ambroſius in vndecimum caput prioris ad Corinthios: Moyſes accepto ſanguine vituli in patera, aſperſit filios Iſraël, dicēs: Hoc eſt teſtamentum quod diſpoſuit Deus ad vos. Hoc figura fuit teſtamenti, quod Dominus nouum appellauit per prophetas, vt illud vetus ſit quod Moyſes tradidit. Teſtamentum ergo ſanguine conſtitutum eſt, quia beneficij diuini ſanguis teſtis eſt: in cuius typum nos calicem myſticum ſanguinis, ad tuitionē corporis & animæ noſtrę percipimus: quia ſanguis domini ſanguinem noſtrum redemit, id eſt, totum hominem ſaluum fecit. Caro enim Saluatoris pro ſalute corporis, ſanguis verò pro anima noſtra effuſus eſt, ſicut prius præfiguratum fuerat à Moyſe. Sic enim ait: Caro, inquit, pro corpore veſtro offertur, ſanguis verò pro anima. Ideoque non manducandum ſanguinem. In quibus Ambroſij verbis nulla fit mentio expreſſa ſignificationis, niſi quòd dicit, nos in typum,

Citat Cōſultor Ambroſiū, Magiſtrum ſentētiarum, & Hugonē, etc.

quòd ſanguis eſt teſtis diuini beneficij, calicem myſticũ percipere: Percipere, inquam, ad tuitionem animæ & corporis. Non ait, ad ſignificãdum tuitionem corporis & animę: imò dicit, ſanguinis ſumptionem tueri corpus & animam, vbi tamen non aduertitur prima facie corpus noſtrum. Quòd verò ait, Caro Saluatoris pro ſalute corporis, ſanguis verò pro anima noſtra effuſus eſt etc. ſi per ſignificationis diuerſitatem exponitur, non ad ſumptionem; ſed ad oblationem ſiue ſacrificium manifeſtè refertur: ſicuti verba ex Moyſe citata manifeſtè ſignificant. Sic hæc verba Magiſtri ſententiarum, ex diſtinctione vndecima quarti, litera F, Sed quare ſub duplici ſpecie ſumitur, cũ ſub alterutra totus ſit Chriſtus? Vt oſtenderetur totã humanam naturam aſſumpſiſſe, vt totam redimeret. Panis enim ad carnem refertur, vinum ad animam: quia vinum operatur ſanguinem, in quo ſedes animæ à Phyſicis eſſe dicitur. Ideo ergo in duabus ſpeciebus celebratur, vt animę & carnis ſuſceptio in Chriſto, & vtriuſq; liberatio in nobis ſignificetur. Valet enim, vt Ambroſius ait, ad tuitionem corporis & animæ quod percipimus: quia caro Chriſti pro ſalute corporis, ſanguis

verò

verò pro anima noſtra offertur, ſicut præfigurauit Moyſes: Caro, inquit, pro corpore veſtro offertur, ſanguis pro anima: Sed tamen ſub vtraque ſpecie ſumitur, quod ad vtrunq; valet: quia ſub vtraque ſumitur ipſe totus Chriſtus. Hæc, inquam, verba Magiſtri nihil aliud ſignificant, quàm ideò ſub duabus ſpeciebus offerri Euchariſtiam, quia Chriſtus perfectè humanam naturam aſſumpſit, id eſt, corpus & animam, & eã Deo in cruce obtulit, vt noſtrum corpus & animam redimeret, liberaret, atque tueretur.

Hæc autẽ omnia præſentantur oblatione vtriuſq; ſpeciei. Quod autẽ ſubdit Magiſter: Sed ſi in altera tãtùm ſumeretur, ad alterius tãtùm, id eſt, animæ vel corporis, nõ vtriuſq; pariter tuitionem valere ſignificaretur: non hoc ſenſu dicit, quaſi ibi vrgeat diſtinctionẽ oblationis Euchariſtiæ ab eius ſumptione, aut quaſi ſentiat omnes debere ſumere vtrãque ſpeciem: ſed hoc vult dicere, Si Euchariſtia ita eſſet à Chriſto inſtituta, vt nõ poſſet ſumi niſi ſub vna ſpecie, non deſignaretur tam perfectè quàm nunc, tuitio corporis & animæ: quæ tamen, vt ex Ambroſio conſtat, magis oblatione quàm ſumptione ſignatur. Sic & quæſtio Magiſtri, Quare ſub

duplici ſpecie ſumitur?intelligenda eſt,quaſi diceret: Quare ſub duplici ſpecie inſtituit Chriſtus hoc ſacramentum, quod poſt oblationem ſub duplici ſpecie,ſumitur ſub duplici ſpecie?

Simili locutione intelligendus eſt Hugo de S.Victore loqui in his verbis:In vtraque ſpecie ſumitur, ad ſignificandum quòd duplex eſt effectus huius ſacramenti:Eſt enim redemptio corporis & animæ:quod non ſignificaretur, ſi in vna tantùm ſpecie ſumeretur.Et paulò pòſt:Species panis corpus,& ſpecies vini ſanguinem, reſpectu reſurrectionis ſignificat,& ſumptio in vtraque ſpecie ſimul,redemptionem corporis & animę ſumentis ſignificat. Quòd verò ait: Voluit Chriſtus carnem ſuam ſumi à fidelibus, vt per cibum carnis inuitaret ad guſtum diuinitatis:vtrumq; ſumi voluit, vt corpus noſtrum,& anima ſimul noſtra cum eo glorificetur:de ea ſumptione intelligit, qua dicit Corpus & ſanguinem ſub vna ſpecie ſumi. Sic enim ait eodem ſeptimo capite: Sub vtraque ſpecie vtrumque ſumi credimus. Sub ſpecie enim panis vtrumque eſſe poteſt & ſumi: non quia panis in vtrumque forſitan tranſierit,ſed quia vbi vnum eſt,corpus eſt,&

De myſterijs Ecclesiæ, cap.7.

Idem.

eſt,& ſeparatum non eſt, nec diuiſim ſumitur, vt diuiſæ ſunt ſpecies ſub quibus ſumitur,ſed vtraque ſimul, licèt diuiſim loquamur ſecundùm ſpecies diuerſas: Hoc eſt,inquit,corpus meum: & deinde, Hic ſanguis meus. Si tamen quis velit hoc de vtraque ſpecie intelligere, nihil contra nos facit. Quia non dicit Hugo,quòd Chriſtus ab omnibus voluerit Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie ſumi. Ad verba Paſchaſij & Algeri ſuprà reſponſum eſt:Qui dicunt corpus & ſanguinem Chriſti in ſacramento ideo diuiſim videri,vt deſignetur corpus & anima Chriſti pro noſtra redemptione in morte fuiſſe diuiſa. Folio 69 & ſequẽtibus.

Quartò, inquit Conſultor, (ſupplendum eſt ex præcedentibus,ſacramentum Euchariſtiæ inſtituit Chriſtus ſub duplici ſpecie) *vt declaretur redemptio,quæ hoc ſacramento ſignificatur,omnibus eſſe communis*. Quibus verbis quid velit,non ſatis aſſequor. Nam etiam ſi Chriſtus ſub vnica ſpecie inſtituiſſet hoc ſacramentum,redemptio declarata fuiſſet omnibus eſſe communis, Conſultor fortè ſentit, non tam clarè ſignificari redẽptionẽ cõmunem ſub vna ſpecie, quàm ſignificatur ſub duabus. At quomodo quęſo per Euchariſtiã

ſignificatur communis redemptio? An quia ſumitur ab omnibus, an quia offertur pro omnibus? In ſumptione magis effectus paſſionis Chriſti & fructus deſignatur, quàm ipſa Chriſti paſſio. At in paſſione dicitur Chriſtus patri numeraſſe pretium redemptionis noſtræ potiùs quàm in Spiritus ſancti effuſione. Vnde communis redemptio magis in oblatione Euchariſtiæ deſignatur, quàm in ſumptione: maximè quia pro multis offertur quos etiam Chriſtus redemit, qui tamen eã non ſumunt: Vt, qui adhuc infideles ſunt, ſuo tempore ad Chriſtum venturi, pro paruulis fideliũ, pro martyribus & prophetis, in gratiarũ actionem, pro defunctis imperfectis fidelib⁹, in gratiarũ actionẽ & Dei placationem. Ecce, his omnibus redẽptio crucis fuit communis, & proinde ſacramentum Euchariſtiæ, quatenus communem redemptionem deſignat: & tamen ſumptio Euchariſtiæ ijs non competit.

Ex epiſtola ad Philadelphienſes. Verba autem Ignatij, quæ ad hanc rem probandam citantur, nõ habent, ideo Chriſtum inſtituiſſe ſub duplici ſpecie Euchariſtiam, vt redemptio ſignetur omnibus eſſe communis: ſed tantùm habẽt, quòd vnus calix vniuerſis diſtributus eſt. idq; ſecũdùm

nouam

nouam æditionem ex Græco: Nam Latina Ignatij æditio antiqua habet: Vnus calix totius Eccleſię. quod cōſiſtit, etiam ſi calix nō omnibus diſtribuatur, ſed pro omnibus offeratur. Et ſi quis diligentiùs intueatur intentionem Ignatij, non hoc eum agere videbit, vt omnes ſumant calicem, ſed vt omnes ſicut vna fide, ita vna Euchariſtia vtantur: hoc eſt, non ſequantur eos, qui docentes ſimulationem eſſe corporis aſſumptionem, & paſsionem erubeſcentes (ſicut in eadem epiſtola legitur) aiunt Chriſtum carnē & ſanguinem non habuiſſe, & proinde Euchariſtiam non eſſe carnem & ſanguinem Domini ſaluatoris. Contra quos dicit: Vna eſt caro Domini Ieſu, & vnus eius ſanguis, qui pro nobis effuſus eſt. Contra hos in epiſtola ad Smyrnenſes agit, & ex Ignatio in quadam epiſtola ad Smyrnenſes citat Theodoretus hæc verba: Euchariſtias, inquit, & oblationes non admittunt, quòd non confiteantur Euchariſtiam eſſe carnem ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quę pro peccatis noſtris paſſa eſt, quā pater ſua benignitate ſuſcitauit. Scribit quoque in eadem epiſtola ad Philadelphiēſes ipſe Ignatius cōtra Ebionem, quem etiam nominat. Hic Ebion my-

In Dialogo 1.

ſterium

ſterium Euchariſtię peruerterat, eò quòd alteram myſterij partẽ, in aqua ſola celebraret: ſicuti diligenter annotat Epiphanius. Igitur contra hunc inculcat Ignatius, vnum panem eſſe omnibus confractum, & vnum poculũ omnibus diſtributũ. Vbi nõ de omnibus abſolutè loquitur: ſed ad Euangelium alludẽs, omnibus (inquit) Apoſtolis eſt vnus panis datus, omnibus diſtributus eſt vnus calix. Non igitur oportet nos diuerſa vti Euchariſtia, qualem introducunt hæretici, ſed vna: ſicuti vna vtimur prædicatione, omnẽ diuerſam à primò tradita prædicatione reſpuentes. Nihil igitur aliud docet Ignatius, quàm nos in doctrina & ſententia de Euchariſtia debere eſſe concordes: quomodo inferiùs dicit, virgines nõ debere execrari coniugium. De diuerſis ſententijs loquitur, non de vſu vario, ſalua vnitate doctrinę. Verba igitur integra ſic habẽt: Si quis in alienam ſententiam pedibus eat, hic non eſt Chriſti, neq; paſsionis eius particeps: ſed vulpes eſt, vineæ Chriſti corruptor. Cum tali ne commiſceamini, ne vnà cum eo pereatis, ſeu pater ſit, ſeu filius, ſeu frater, ſeu propinquus aut familiaris: Nõ parcet enim tuus inquit, oculus ſuper eum. Deu. 30.

Et infrà:

Et infrà: Ego confido de vobis in Domino, quòd nihil aliud ſapiatis: propterea & audacter veſtræ charitati Deo dignæ ſcribo, vos admonens, vna fide, vna prædicatione, vna Euchariſtia vtamini. Vna eſt enim caro domini Ieſu, vn⁹ eius ſanguis, qui pro nobis effuſus eſt. vnus item panis omnibus confractus eſt, & vnum poculũ vniuerſis diſtributum eſt: vnum eſt altare toti Eccleſię, & vnus Epiſcopus vnà cum præsbyterorũ collegio, & diaconis conſeruis meis: quandoquidem & vnus ingenitus, Deus & pater: & vnus vnigenitus filius, Deus verbũ & homo: & vnus paracletus, ſpiritus veritatis: vna quoq; prædicatio, & fides vna, & baptiſma vnum, & vna Eccleſia, quam fundauerunt ſancti Apoſtoli ab extremis mundi ad extrema, in ſanguine Chriſti, ſudoribus ac laboribus proprijs. Et vos igitur oportet, vt populum peculiarem & acceptum, & gentem ſanctam, in concordia omnia in Chriſto peragere. Mulieres, viris ſubditæ eſtote in timore Dei: virgines, Chriſto in incorruptibilitate, non execrantes nuptias, ſed quod melius eſt ſectantes: non in criminationem coniugij, ſed legis meditandæ cauſa.

Pergit

Pergit dictus Conſultor. *Item ad deſignandam ſocietatem & vnitatem ſpiritualem, qua omnes his ſacramentis participantes, in vnum corpus tanquam membra rediguntur, Chriſto capiti ſuo vniuntur, & indiuiduo charitatis vinculo inter ſe connectuntur, quod eodem communiq; cibo & potu repræſentatur: cuius vnitatis myſterium nõ in panis tantummodo, ſed etiam in vini ſymbolo exprimitur. Hanc vnitatem participatione quoq; dominici calicis à Paulo ſignificatam fuiſſe exiſtimârunt Veteres Latini, qui ita legeruut, 1. Cor. 10. Vnus panis, vnum corpus multi ſumus omnes, qui de vno pane & de vno calice participamus.*

Hæc eadem ratione à Conſultore dicta intelligo, qua præcedentia: videlicet quòd Chriſtus ſub vtráque ſpecie inſtituit ſacramentum Euchariſtię, vt perfectiùs vnitaté Eccleſiæ deſignaret. Nam etiam vna ſpecie ſignificatur. Dum enim omnes vno pane communicant, qui eſt corpus Chriſti, per Chriſti corpus cum Chriſto & inter ſe vnũ fiũt: Sicuti aliqua ratione vnũ fiunt ꝑ baptiſmum: Iuxta illud Apoſtoli: Omnes in vnũ corpus baptizati ſumus. Et licet idem efficiatur per ſanguinem domini, dũ ſumitur, non tamen ex ſacra ſcriptura facilè conuincas, vnitatem cum Chriſto & reliquis fidelibus

libus deſignari per calicis ſumptionē. Et hoc propterea, quòd non ita omnes ex vno calice participare præcipiuntur, ſicuti ex vno pane. Vnde Conſultor non ſcripturas allegat ad hoc probandum quod dixit, nempe quòd ſanguinis potu ſignetur vnitas fideliū inter ſe & cum capite Chriſto: ſed alia quædam, nempe Veterum interpretationem.

Hanc vnitatem, inquit, *participatione quoque dominici calicis à Paulo ſignificatam fuiſſe exiſtimârunt Veteres Latini, qui ita legerunt 1. Cor. 10. Vnus panis, vnum corpus multi ſumus omnes, qui de vno pane & de vno calice participamus.*

Demus Veteres Latinos ita legiſſe: in hac tamen lectione non dicitur, quòd vnius calicis participatione ſignetur vnitas fidelium. Hoc enim tantummodo dicitur, quòd vnū corpus & vnus panis multi ſum⁹ etc. Quod veriſsimum eſt: Quia corpus & ſanguis domini efficiunt, vt vnum ſimus. Et corpus Domini ſub ſpecie panis à multis ſumptum, etiam ſignat eos eſſe vnum corpus & vnum panem. At certè dominici ſanguinis ſumptio ſub vini ſpecie, non ſignat nos eſſe vnum corpus, non ſignat nos eſſe vnum panem. Non enim ſanguis domini corpus ſignat, nec vinum ſignat panem. Debuiſſet Apo-

ſtolus di-

ſtolus dicere, ſi ſignificationem participationis multorum de vno calice explicare voluiſſet: Vnũ corpus & vnus panis, vnus ſanguis & vnum vinum multi ſumus etc. Sicuti ad Romanos de efficacia paſsionis & reſurrectionis, & eorum ſignificatione agens,
Rom. 4. reddidit ſingula ſingulis, dicens: Traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Sicuti igitur non rectè colligeres, reſurrectionem Domini ſignare peccatorum abolitionem, ſi Apoſtolus dixiſſet: Propter delicta noſtra Chriſtus traditus eſt & reſurrexit: ita ex ea lectione Latinorum, Vnus panis, vnum corpus multi ſumus omnes, qui de vno pane & de vno calice participamus: non rectè concludes, quòd vnius calicis participatione vnitas fidelium deſignetur. Omitto rectè dici eos de calice participare, qui de altari participant etiam ſolùm corpus Domini ſub ſpecie panis. Qui enim edunt hoſtias, participes ſunt altaris, hoc eſt, eius quod actum eſt in altari; ſiue immolatio ſit hoſtiæ, ſiue effuſio libaminum. Certè quanquam Apoſtoli tẽpore bibebant de calice qui volebant, tamen dum dicit nos Euchariſtię communicare

ctare, aliter de corpore, aliter de calice loquitur. De corpore enim dicit: Panis quem frangimus, nónne participatio corporis Domini eſt? Quaſi diceret: Dum frangimus corpus Domini ad diſtribuendum & edendum, nónne omnes edentes participant Dominico corpori? At de calice loquens, non è contrario dixit: Calix quem diſtribuimus, aut bibendum porrigimus, aut bibimus, vel ſimile quid quod fractioni, quæ ad eſum plurium ordinatur, reſpondeat: ſed Calix (inquit) benedictionis cui benedicimus, hoc eſt, calix conſecratus, quem conſecramus, nónne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? magis attendens in calice conſecrationem, qua Deo ſacrificatur, quã diſtributioné: vtiq; propterea, quòd ſciret, non ita ſumendũ ab omnibus calicem ſicut ſacrum panem, quodq; corpus domini edentes, calicis Deo oblati etiam citra eius ſumptionem fierent participes. Conatur deinde prædictus Conſultor ex Veteribus probare, vnitatem Eccleſię per hoc ſignificari, quòd multi ſumunt calicem: allegans primò Baſilium, dicentem: Nos omnes de vno pane & calice participantes, coaduna inuicem in vnius ſpiritus ſancti cõmunionem:

Nota.

In Liturgia.

Cùm Ba-

Cùm Baſilius non agat ibi propiè de ſignificatione ſumptionis,ſed de effectu. Non enim participatio vnius panis & calicis directè communionem Spiritus ſancti, ſed potiùs communionem cum corpore & ſanguine Chriſti ſignificat. Remigius autem ſiue Haymo,dicens calicem appellari cõmunicationem,quaſi participationem, quia omnes communicant ex illo, partemq; ſumũt ex ſanguine domini, quem continet in ſe: non dicit vnitatem Eccleſiæ ſignificari per ſumptionẽ ſanguinis domini, ſed calicẽ ideo appellari communicationem, quia omnes (ſcilicet qui bibũt de calice) cõmunicãt ex illo, partemque de ſanguine domini ſumũt. Quòd ſi conſtaret,eius tẽpore abſolutè omnes de calice ſacrato bibiſſe,poſſent abſolutè omnes accipi. At oporteret dicere, eum ſecundùm morem ſui temporis loqui. Nam quòd hæc ſit vera Apoſtoli expoſitio, nemo dicet,cùm Apoſtolus velit per calicem homines participes fieri ſanguinis Chriſti, nihil dicens an inter ſe in eo ſanguine commu nicent, nec ne. Auguſtini autem verba, Simul bibimus, quia ſimul viuimus, ſuprà Fol.68 tractata ſunt. Et verba ſermonis de cœna Domini, Cypriano aſſcripti, ita loquuntur de ſacra-

de ſacramento, vt tamen de re ſacramenti & ſpiritali eſu & potu magis loquantur, vt ſuprà quoq; oſtendimus. Fol. 63. & 64

Quia verò Conſultor ſignificationem eccleſiaſticæ vnitatis, quæ ex pane & vino, vnde conſecrantur corpus & ſanguis Domini, petitur vel animaduertitur, nõ diſtinguit à ſignificatione, quę ex vnius dominici corporis participatione attenditur: notandum eſt, quòd quando Cyprianus & Auguſtinus aiunt, dominum cõmendaſſe corpus & ſanguinem ſuũ in ijs rebus, quę ex multis ad vnum aliquid rediguntur, quia res ſacramenti Euchariſtiæ eſt vnitas plena atq; perfecta, non attendũt quid ſignificet ſumptio panis vnius vel calicis, ſed tantùm vnde conficiatur panis & vinum. Non attendunt quod ait Apoſtolus: Vnus panis et vnũ corpus multi ſumus. Omnes enim de vno pane participamus. Alioqui D. Auguſtinus tractatu 26. ſuper Ioannem, non ad intellectum hominum Dei ante ſe, id eſt Cyprianum & ſimiles annotationem ſuam retuliſſet, ſed ad Apoſtolum Paulum. Cùm enim cibo & potu (inquit) id appetunt homines, vt neque eſuriant, neque ſitiant: hoc veraciter nõ præſtat niſi iſte cibus & potus, qui eos à

Notā. 1. Cor. 10.

qui eos à quibus ſumitur, immortales & incorruptibiles facit, id eſt ſocietas ipſa ſanctorum, vbi pax erit & vnitas plena atque perfecta. Propterea quippe (ſicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines Dei) Dominus noſter Ieſus Chriſtus corpus & ſanguinem ſuum in eis rebus commendauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis. Namque aliud in vnum ex multis granis conficitur & conſtat, aliud in vnum ex multis acinis confluit. Porrò hęc ſignificatio vnitatis eccleſiaſticæ eſt in ſacraméto, dum conſecratur & Deo offertur, etiam antequam ſumatur. Quod probant D. Cypriani verba epiſtola ſexta lib. primi. Vnanimitatem Chriſtianam, inquit, firma ſibi atq; inſeparabili charitate connexam, etiam ipſa dominica ſacrificia declarant. Nam quando Dominus corpus ſuum panem vocat, de multorum granorum adunatione congeſtum, populum noſtrum quem portabat, indicat adunatum. Et quando ſanguinem ſuum vinum appellat, de botris atque acinis plurimis expreſſum atque in vinum coactum, gregem item noſtrum ſignificat, commixtione adunatæ multitudinis copulatum. Vocat autem dominus corpus ſuum

panem; etiã antequam ſumatur, & populũ portabat,dũ in cruce ſe offerebat. Et libro 2. epiſtola 3. Quia nos omnes portabat Chriſtus, qui et peccata noſtra portabat, videmus in aqua populum intelligi, in vino oſtendi ſanguinem Chriſti. Quando autem in calice aqua miſcetur, Chriſto populus adunatur; & credentium plebs ei, in quem credidit, copulatur & iungitur. Quę copulatio & coniunctio aquæ & vini ſic miſcetur in calice Domini, vt commixtio illa non poſsit ab inuicem ſeparari. Vnde Eccleſiam, id eſt plebem in Eccleſia conſtitutam, fideliter & firmiter in eo quod credidit perſeuerantem, nulla res ſeparare poterit à Chriſto; quo minus hęreat ſemper & maneat in diuina dilectione. Sic autem in ſanctificando calice Domini offerri aqua ſola non poteſt, quomodo nec vinum ſolum poteſt. Nam ſi vinum tantùm quis offerat, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis. Si verò aqua ſit ſola, plebs incipit eſſe ſine Chriſto. Quando autem vtrumque miſcetur, & adunatione confuſa ſibi inuicem copulatur, tunc Sacramentum ſpirituale & cœleſte perficitur. Sic verò calix Domini non eſt aqua ſola, aut vinum

ſolum,niſi vtrumque ſibi miſceatur, quomodo nec corpus domini poteſt eſſe forma ſola aut aqua ſola,niſi vtrumque adunatum fuerit & copulatum,& panis vnius compage ſolidatum.Quo & ipſo ſacramento populus noſter oſtenditur adunatus,vt quemadmodum grana multa in vnum collecta, & commolita,& commixta, panem vnum faciunt:ſic in Chriſto,qui eſt panis cœleſtis, vnum ſciamus eſſe corpus, cui coniunctus ſit noſter numerus & adunatus. Hæc Cyprianus. Similia habet Auguſtinus in ſermone ad infantes, quem citat Beda in decimum caput prioris ad Corinthios. Si vos (inquit) eſtis corpus Chriſti & membra, myſterium veſtrum in menſa Domini poſitum eſt. Et infrà: Recolite quia panis non fit de vno grano, ſed de multis. Quando exorcizabamini,quaſi molebamini. Quando baptizati eſtis, quaſi conſperſi eſtis. Quando ſpiritus ſanctificationem accepiſtis,quaſi cocti eſtis. Eſtote quod videtis,& accipite quod eſtis. Hoc Apoſtolus de pane dixit.Iam de calice quid intelligeremus, etiam non dictum ſatis oſtendit. Sicut enim, vt ſit ſpecies viſibilis panis, multa grana in vnum conſperguntur, tanquam

quã illud fiat quod de fidelibus ait ſcriptura ſancta, Erat illis anima vna & cor vnũ in Deũ: ſic & de vino, fratres, recolite vnde ſit vnum. Grana multa pendent ad botrum: ſed liquor granorum in vnitate confunditur. Ita Dominus Ieſus Chriſtus nos ſignificauit, nos ad ſe pertinere voluit, myſterium pacis & vnitatis noſtræ in ſua menſa conſecrauit. Ecce igitur Cyprianus & Auguſtinus, qui in cõfectione panis & vini vnitatem ex multis præcipuè aduerterunt, dicunt hanc ſignificationem eſſe in Euchariſtia antequam ſumatur, dũ offertur & cõſecratur: ita vt hinc non ſit colligendum, eos negligere ſignificationem Eccleſiaſticę vnitatis, qui non ſumunt Euchariſtiã ſub vtraq; ſpecie. Act. 4.

Adducuntur præterea à Conſultore argumenta, ex figuris Veteris Inſtrumenti petita. *In hoc potu*, inquit, *dominici calicis, qui communiter ab vniuerſo Chriſti populo percipitur, figura ſpiritualis potus, quo Patres omnes eundem potum ſpiritualem bibiſſe leguntur, in nouo Teſtamento impletur. Chryſoſtomus Homilia 23. in priorem epiſtolam ad Corinthios: Hæc quidem baptiſma, quæ autem ſequuntur, ſacram menſam ſignificant. Nam quemadmodum tu corpus Do-*

Fol. 11. facie 2. *Argumẽta Cõſultoris, quæ ex figuris veteris inſtrumẽti adfert, et ex Vete-*

tibus doctoribus confirmare nititur *minicum manducas, ita & illi manna manducauerunt: & ſicut tu ſanguinem bibis, ita & illi aquam de petra biberunt. Et paulo poſt: Qui inquit, illis illa præbuit, is etiam hanc præparauit menſam, & ipſe idem & illos per mare, & te per baptiſma adduxit, & illis manna & aquam, & tibi corpus & ſanguinem dedit. Auguſtinus tractat. 26. in Ioannem: Omnes eundem potum ſpiritalem biberunt, aliud illi, aliud nos, ſed ſpecie viſibili, quod tamen idem eſt virtute ſpiritualI. Ambroſius de his, qui initiantur myſteriis, cap, 9. Illis aqua de petra fluxit, tibi ſanguis è Chriſto: illos ad horam ſatiauit aqua, te ſanguis diluit in æternum: Iudæus bibit & ſitit, tu cùm biberis, ſitire non poteris. Huc etiam pertinet, quod ſuprà ex ſermone de cœna Domini attulimus: Communicamus charitate, participamur ſolicitudine, eandem cibum manducantes, & eundem potum bibentes.*

Nempe in ſolutione ſeptimi argumenti. Fol. 16. Hæc Conſultor: Sed hoc argumẽtum ſuprà ſolutum eſt, vbi de argumentis è ſcripturis allatis actum eſt. Verba Chryſoſtomi non conuincunt plus, quàm ipſa ſcriptura. Hoc quoq; aduertendum, Auguſtinum tractatu 26. in Ioannem agere de ſpiritali manducatione corporis Chriſti, quæ fit per fidem etiam abſque ſacramento, quod realiter

liter cõtinet corpus Chriſti. Vnde dicit, etiã veteres ſanctos, qui per manna corpus Chriſti intellexerunt, ediſſe idẽ quod nos, nempe corpus Chriſti. Manducauit manna (inquit) & Moyſes, manducauit manna & Aaron, manducauit manna & Phinees, manducauerũt ibi multi qui Domino placuerunt, & mortui nõ ſunt. Quare? Quia viſibilẽ cibum ſpiritaliter intellexerũt, ſpiritaliter eſurierũt, ſpiritaliter guſtauerũt, vt ſpiritaliter ſatiarẽtur. Imò lõgè alia ratione dicitur mãna ſacramẽtũ q̃ Euchariſtia, vt in libro noſtro de corporali præſentia corporis domini in Euchariſtia, oſtendimus. Similiter Ambroſius ita de corporali potatione ſanguinis Chriſti incitatis verbis loquitur, vt etiam ſpiritalem, quæ ſine ſacramento ſanguinis fit, reſpiciat. Te, inquit, ſanguis diluit in æternum. Quod non ſacramento calicis tantũ, ſed præcipuè baptiſmo & pœnitentiæ cõpetit. In his enim ſacramentis lauamur à peccatis noſtris atque criminibus, per ſanguinem Chriſti.

Pergit Conſultor: *Quinetiam hic potus ſacroſancti ſanguinis, ad agni ſanguinem refertur, qui ſuper vtrumque poſtem diuino iuſſu poſitus fuerat. Cuius rei myſterium pulchrè* Fol. 12. facie 1.

 exponitur

exponitur à Gregorio: Quid ſit ſanguis agni, non iam audiendo ſed bibendo didiciſtis: qui ſanguis ſuper vtrúmque poſtem qui de petra ſpirituali profluit & emanauit ponitur, quando non ſolùm ore corporis, ſed etiam ore cordis hauritur: In vtróque etenim poſte ſanguis agni eſt poſitus, quando Sacramentum paſſionis illius, cùm ore ad redemptionem ſumitur, ad imitationem quoque intenta mente cogitatur.

Reſpondemus, in celebratione agni Paſchalis ita dominicam paſsionem præſignari, vt etiam, quomodo illius & ſacramentis & re participes fiamus, ſignetur. Vnde rectè dicitur, per eſum agni ſignari eſum corporis Domini in Euchariſtia: qui ita nunc à Domino præceptus eſt, ſicut per Moyſen eſum agni Paſchalis præcepit.

At ſicut de potu in cœna agni Paſchalis nihil præcepit Moyſes, ita nihil in nouo teſtamento de potu Dominici ſanguinis prçceptum eſt. Diuus Gregorius in Homilia Sabbati poſt Paſcha myſticè hæc tractans, dicit quidem tunc poni ſanguinem in vtroque poſte, quando non ſolùm ore corporis, ſed etiam ore cordis hauritur: ſed nuſquam dicit, ſanguinem domini ore corporis debere bibi, ſicut dicit eum ore

cordis debere hauriri. Sic habet Gregorius: Quid ſit ſanguis agni, non iam audiendo, ſed bibẽdo didiciſtis. Qui ſanguis ſuper vtrunq; poſtem ponitur, quando nõ ſolùm ore corporis, ſed etiã ore cordis hauritur. In vtroq; etenim poſte agni ſanguinis eſt poſitus, quãdo ſacramentum paſsionis illius, cùm ore ad redemptionem ſumitur, ad imitationem quoque intenta mente cogitatur. Nam qui ſic redemptoris ſui ſanguinẽ accipit, vt imitari paſsionem illius necdum velit, in vno poſte ſanguinem poſuit, qui etiam in ſuperliminaribus domorum ponendus eſt. Quid enim ſpiritualiter domos, niſi mẽtes noſtras accipimus, in quibus per cogitationem inhabitamus? Cuius domus ſuperliminare eſt ipſa intẽtio, quæ præeminet actioni. Qui igitur intentionem cogitationis ſuæ ad imitationem paſsionis dominicæ dirigit, in ſuperliminari domus agni ſanguinem ponit. Vel certè domus noſtræ ipſa ſunt corpora, in quibus quouſque viuimus, inhabitamus. Et in ſuperliminari domus agni ſanguinem ponimus, quia crucem paſsionis illius in fronte portamus. In quibus Gregorij verbis nota, quòd ait ſanguinem in ſuperliminaribus ponendum, hoc eſt, debere poni: Agit enim ibi de ſpi-

de ſpiritali potatione: At nuſquá dicit, eum corporis ore debere bibi. Venerabilis autem Beda in homilia Vigiliæ Paſchæ, aliter iſtud myſticè interpretatur: ſicut & Gregorius diuerſis modis interpretatur ſanguiné poni in ſuperliminari. Agnus (inquit) qui ſuæ mortis ſignum frontibus noſtris ad decutienda tela mortiferi hoſtis impoſuit, (Ná & ideo ſanguis agni legalis in limine, ſuperliminari & vtroq; poſte domorum, in quibus edebatur, iuſſus eſt poni, vt etiam quadripartita ſanguinis diſtinctio, quadrifidum dominicæ paſsionis vexillum, quo nos ſignati liberamur, exprimeret) deiecit aduerſarium noſtrę libertatis & pacis, qui inſidiatur nobis in occulto, ſicut leo in cubili ſuo.

Subiungit deinde Conſultor quædam, quæ videntur facere ad ſtatuendum, quòd plus ſpiritalis fructus ex vtriuſque ſpeciei
* Fol. 44 & 45. ſumptione, quàm ex vnius proueniat: de qua re poſtea. Et quibuſdam circa verba
Cõſultor Catholicorũ argumenta pro altera ſpecie reijcere conatur. Gelaſij interpoſitis, de quibus * ſuprà ſatis multa diximus, conatur Catholicorum argumenta, pro communione vnius ſpeciei ex vltimo capite Euangelij Lucæ & Actis Apoſtolicis producta, velut infirma reijcere.

Quæ,

Quæ, inquit, *vulgò etiam à doctiſſimis viris argumenta adferri ſolent, ſi diligentiùs inſpiciantur, non ſatis ſolida & firma videntur. Primùm quod de Chriſti exemplo in Emaunte profertur, infirmum eſt. Nam ſi demus illic Chriſtum ſub ſola panis ſpecie ſacramentum corporis ſui diſcipulis illis duobus præbuiſſe: conſequetur Chriſtum quoque illic ſub altera tantùm ſpecie hoc ſacramentum corporis & ſanguinis ſui conſecraſſe. Vt enim ſolùm panem illic diſcipulis datum, ita ſolum panem à Chriſto benedictum legimus. Quare ſi hoc exemplum ad alterius ſpeciei diſtributionem confirmandam valeat, valebit etiam ad conſecrationem in altera tantùm ſpecie comprobandam: cùm tamen diſertè doceatur, ſacerdotes ſacrificantes ante myſteriorum diſtributionem, ex Chriſti inſtituto & mandato ad vtriuſque ſpeciei conſecrationem & ſumptionem aſtringi. Quare hoc factum Chriſti in exemplum trahi non poteſt.* Fol. 18. fa. 1.

Certè dicere poſſumus infirmá eſſe Conſultoris probationem, qua argumentum iſtud Catholicorum infirmare conatur. Chriſtus duobus diſcipulis in Emaunte ſacram porrexit Euchariſtiam.

Primùm autem dubitat, num Chriſtus Cleophæ & ſocio eius dederit Euchariſtiam, cùm tamen ſciat D. Auguſtinum lib. 3. de conſenſu Euangeliſtarum, capite 25. hunc

hunc locũ de Euchariſtia interpretari: quomodo & eum interpretatur in ſermo.de feria 2.& feria 3.Paſchæ,qui habētur inter ſermones,nuper Louanij emiſſos.Et Auguſtini verba ponit Venerabilis Beda ſuper vlt. caput Lucæ. Theophylactus quoque in Lucam eandem interpretationem habet: & autor operis imperfecti in Matthęum,quod ſolet falsò aſcribi Chryſoſtomo. Sic in primis habet Auguſtinus in libro de conſenſu Euangeliſt.Pro merito mentis eorum, adhuc ignorantis quòd oportebat Chriſtum mori & reſurgere, ſimile aliquid eorũ oculi paſsi ſunt:non veritate fallente, ſed ipſis veritatem percipere non valentibus, & aliud quàm res eſt opinantibus: ne quiſquam ſe Chriſtum agnouiſſe arbitretur, ſi eius corporis particeps non eſt, id eſt, Eccleſiæ: cuius vnitatem in ſacramento panis commendat
1.Cor.10 Apoſtolus,dicẽs: Vnus panis,vnum corpus multi ſumus: vt cùm eis benedictũ panem porrigeret, aperirentur oculi eorum, & agnoſcerent eum. Aperirentur vtique ad eius cognitionem, remoto ſcilicet impedimẽto, quo tenebantur ne eum agnoſcerent.Et infrà: Non incongruenter accipimus, hoc impedimentum in oculis eorum à Sathana

factum

factum fuiſſe,ne agnoſceretur Ieſus: ſed tamen à Chriſto eſt facta permiſsio, vſque ad ſacramētum panis: vt vnitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, vt Chriſtus poſsit agnoſci. Hęc eadem habet Beda in iſtud Lucæ 24. Et ipſi narrabant quæ geſta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Eodem modo Theophylactus: Inſinuatur (inquit) & aliud quiddã, nẽpe quòd oculi eorum, qui benedictum panem aſſumunt, aperiuntur vt agnoſcant illum. Magnam enim & indicibilem vim habet caro domini. Itẽ autor operis imperfecti in Matthæum, hom. 17. in fine: Quod ſacerdos de manu ſua dat, non ſolùm ſanctificatum eſt, ſed etiam ſanctificatio eſt: quoniã hoc non ſolum datur quod videtur, ſed etiam illud quod intelligitur. De ſanctificato ergo pane licet & animalibus iactare, & infidelibus dare, quia nõ ſanctificat accipientem. Si autem tale eſſet, quod de manu ſacerdotis accipitur, quale eſt quod in menſa manducatur, omnes de menſa manducarent, & nemo de manu ſacerdotis acciperet. Vnde & dominus in via non ſolùm benedixit panem, ſed de manu ſua dedit Cleophæ, & ſocio

eius.

eius. Et Paulus nauigans non ſolùm benedixit panem, ſed de manu ſua porrexit Lucæ, & cæteris diſcipulis ſuis. Quod autem de manu porrigitur, nec animalibus dandũ eſt, nec infidelibus porrigendum, quia non ſolùm ſanctificatum, ſed etiam ſanctificatio eſt, & ſanctificat accipientem. Sed omiſsis his autoribus, expende ipſam ſcripturã totã, nõ inuenies (niſi me memoria fallat) vſquã in Euangelijs dici, Chriſtum accepiſſe panem, benedixiſſe atque fregiſſe, niſi quando peculiarem mutationem circa eum fecit: vt, quando bis panes multiplicauit & piſces, & quando ſacramentum ſui corporis cõſecrauit. Legitur quidem ſæpè in conuiuijs alijs fuiſſe, ſed nuſquam dicitur accepiſſe panem, benedixiſſe atque fregiſſe. Et vt omittamus conuiuia, vbi inter inimicos ſuos fuit, vt habes Lucæ 11. & 14. non legitur hæc feciſſe in nuptiali conuiuio, vbi matre ſua intercedente, coràm diſcipulis & omnibus conuiuis aquam mutauit in vinum, Ioan. 2: non in conuiuio quod parauit ei Matthæus, Lucæ 5: non in conuiuio quo excepit illum Martha, tum Lucæ 10. tum Ioannis 12: nec rurſum in conuiuio Simonis Leproſi, Luc. 7: neque apud

Nota.

Zachæum, Lucæ 19: non in prandio cum ſeptem diſcipulis, Ioan. 21: non deniq; cùm Lucæ vltimo, vel Marci vltimo coram diſcipulis comedit, & cum eis recubuit. Huc accedit, quòd huic benedicto pani, fracto & diſtributo duobus diſcipulis, ſcriptura tribuit peculiarem effectum, nempe ablationem impedimẽti Satanici, ne cognoſcerent Chriſtum: quodq; ipſe Cleophas & ſocius eius intellexerint, pani ſanctificato hunc effectum tribuendum. Narrabant enim alijs, quòd cognouiſſent eum in fractione panis, hoc eſt, per panis benedicti & fracti porrectionem. His adde, Apoſtolum Paulum nomine panis quem frangimus, deſignare corpus domini ſub ſpecie panis. Panis (inquit) quem frangimus, nónne participatio corporis domini eſt? Vt intelligas, Lucam indiuiduum comitem Pauli, de pane accepto, benedicto, fracto atq; porrecto, more Magiſtri ſui Pauli loqui. 1. Cor. 10

Rationes cur Chriſtus duos diſcipulos in Emaunte per Euchariſtiam

Et ſanè multis de cauſis ſic dominus voluit duos diſcipulos per porrectionem Euchariſtię illuminare. Primùm, vt oſtẽderet ſe cõtrariũ antiquo ſerpenti. Quẽadmodum enim ſerpẽs duobus primis hominibus fructũ arboris ſciẽtię boni & mali, cõtra Deum edendum

porrecti-
onē illu-
minare
voluerit.

edendum, ſaltem ſuaſione ſua porrexit, vt oculi eorum aperirentur ad agnoſcendum mortifera experientia prauam ſuam cōcupiſcentiam: ita Chriſtus duobus iſtis diſcipulis carnem ſuam edendam porrexit, ad aperiendum oculos eorū, vt agnoſcerent Chriſtum rediuiuum, qui eſt nobis factus à Deo ſapientia, & iuſtitia, & vita. Secundò, vt doceret (ſicut benè annotant D. Auguſtinus & Beda, in verbis paulò antè citatis) neminem verè noſſe Chriſtum, qui corporis eius, quod eſt Eccleſia, non fuerit particeps. Tertiò, quia ſciebat poſſe aliquos imaginari, partim ex celebratione agni Paſchalis, ad cuius eſū debebat adeſſe numerus, qui ſufficeret ad eſum totius agni, partim ex hoc, quòd in prima inſtitutione & communione Euchariſtię fuêre pręſentes duodecim, præter decimumtertium Chriſtum, poſſe (inquam) imaginari, non licere vni ſoli communicare, nec duobus priuatim: Quéadmodum hodie contra omnium Veterum ſententiam atq; præceptum docent Caluiniſtæ, non licere, ne migraturo quidem ex hac vita Chriſtiano, extra Eccleſię cōuentum impertiri Euchariſtiam. Deinde quia ſimiliter ſciebat, futuros quoſdam, qui vtranq; ſpeciē, tanquam

ex Chri-

ex Chriſti inſtitutione ad ſalutē neceſſariā, aut ſaltem tanquam meliorem, & maioris fructus ſpiritalis, magiſq; Chriſto placētem, contra Eccleſiæ decretum eſſent exacturi: ideo non ſolùm ijs, qui futuri erant ſacerdotes, & Chriſti in ſacrificando vicarij, veluti publicè coram duodecim, ſub vtraque ſpecie hoc ſacramentum diſtribuit, ſed etiam duobus priuatim, de quorum ſacerdotio nihil nobis conſtat, idem ſub vna ſpecie porrexit: & hoc ſecundo loco, poſtquā priùs ijs, qui futuri erant ſacerdotes, illud diſtribuiſſet. Et ſingulari ratione Spiritus ſanctus in ſcriptura ſacra hæc referri voluit, idque per Lucam, qui præcipuè deſcribit Chriſtum vt ſacerdotē. Nec vſquā legimus peculiariter ſcriptum, Chriſtū in propria perſona ſæpius hoc ſacramentum conſecraſſe & porrexiſſe.

Ad argumentum igitur Conſultoris optimè reſpondeatur negatione ſequelæ. Neque enim, vt ipſe arbitratur, Catholici argumentum faciunt à Non legitur, ſiue ab authoritate negatiuè. Non enim ſic argumentamur: Tres Euangeliſtæ & Paulus non dicunt, Chriſtum ſumpſiſſe corpus ſuum & ſanguinem in nouiſsima cœna: igitur ea non ſumpſit: Sed ſic argumentamur: Chriſtus in

nouiſsima cœna præcepit ſumere in ſui memoriam corpus ſuũ ſub ſpecie panis, & iuxta Pauli narrationem, in aliquo ſimilia verba circa calicem repetiuit,ita tamen vt eum bibi non prçceperit, ſed in noſtra voluntate hoc reliquerit: igitur non ſic præcepit ſumi calicem ſacratum,ſicut corpus ſuum. Simili modo ex verbis S. Lucæ ſic ratiocinamur: Chriſtus cognitus à diſcipulis in Emaunte, ſtatim euanuit ex oculis eorum: Sed cognitus fuit ſtatim poſt porrectum ſacratum panem : Igitur tunc non acceperunt à Chriſto ſacratum calicem. Nam nõ arbitramur aliquem tam abſurdæ ſententiæ, vt dicat eos priùs ſumpſiſſe calicem , ac deinde corpus dominicum . Potuit igitur Chriſtus & panem & vini modicum coram eis cõſecraſſe, & ipſe priùs partem panis ſacrati ſumpſiſſe, & totum ſuum ſanguinem bibiſſe,ac deinde reliquias ſacrati panis eis porrexiſſe.Et ſicut in cœna conſecrauit priùs panem , & corpus ſuum edendum dedit , antequam ſacraret calicem , vt doceret fortè , & conſecrationem & communionem vtriuſque ſpeciei poſſe diuidi:Ita hoc loco potuit facto ſuo approbaſſe morem ; quem hodie in diſpenſanda ſacra Euchariſtia obſeruat Ec-

cleſia

cleſia Catholica. ita vt Lucas hic omittat, quòd Chriſtus ſumpſerit corpus ſuum & ſanguinem, ſicut omnes quatuor Euangeliſtæ omiſerunt dicere, quòd in cœna corpus & ſanguinem ſuum ſumpſerit: narret autem id tantùm, per quod Chriſtus verè viuere demonſtratus eſt.

Sed demus, quòd Chriſtus ſub ſola ſpecie panis ſacramentum corporis & ſanguinis ſui conſecrauerit:. Quid inde abſurdi conſequetur? Licere ſcilicet, quantum eſt ex iure diuino, vnam tantùm ſpeciem conſecrare.

Sed id non eſſe abſurdùm, docent Alexander de Ales & Adrianus ſextus. Sic habet Adrianus in quartum Sententiarum, quæſtione, An cibus aut potus præſtet impedimentum communioni: Dico, quòd vbicunque verum ſcandalum imminet puſillorum, vtique licet in caſu dicto non procedere ad ſanguinis conſecrationē: quia maius longè eſt præceptum euitandi ſcandalum proximi, quàm integrè celebrandi vel ſumēdi corpus & ſanguinem domini, quod eſt merè poſitiui iuris humani. Imò voluit Alexander de Ales ſexto libro compendij Theologię, quòd ſi aquam ſumpſerit

Nō eſſe abſurdū ex iure diuino alterā tantùm Eucharistiæ ſpeciem cōſecrari poſſe.

ſacerdos, priuſquam aduertat non eſſe vinum conſecratum, debet pœnitere de negligentia commiſſa, ſed non vinum de nouo ponere aut conſecrare: quia ieiunus nō eſt: vt ſcilicet præceptum Eccleſiæ intelligatur cum ſuperadditione ieiunij, & ita non ieiunus excuſetur propter impotentiam, quam ignoranter incurrit. Maximè ergo in caſu ſcandali licet vinum non conſecrare. Hæc ibi Adrianus: vbi ſimul & Alexandri autoritatem habes. Vnde Conſultor non audet dicere, ſaltem hoc loco, id eſſe abſurdum: ſed ait, diſertè doceri, ſacerdotes ſacrificantes ante myſteriorum diſtributionem, ex Chriſti inſtituto & mandato ad vtriuſque ſpeciei conſecrationem & ſumptionem aſtringi. Sentit fortè quoſdam eſſe, qui hoc probabiliter opinentur. At ſunt, qui probabiliter opinantur contrarium. Vnde nemo hoc tanquam certum aut fide tenendum docuit. Deſinat igitur Catholicorum argumenta, pro fide Catholica adducta, ex incertis opinionibus infirmare. Certè quòd folio 18. facie 2. in margine Caietanum citat, dicētem ſacrilegium eſſe, conſecrare panem & non vinum, parum aut nihil vrget. Ex illo enim non ſequitur

quitur, diuini mandati eſſe, vt non conſecretur panis abſque vino. Multa enim ſacrilegia fiunt, quæ ſolùm ſunt contra humana præcepta, non diuina. Vt, ſacrilegiũ eſt, violare feſtum Ioannis Baptiſtæ, agrum eo die colendo: & tamen ius diuinum non præcipit, vt in Natali D. Ioannis ab opere ſeruili abſtineamus, ſed Eccleſia.

Subditur in dicto libello: *Eiuſdē generis eſt, quod de fractione panis ex Actis Apoſtolicis adducitur, quo nonnulli Apoſtolos Hieroſolymis ſub Iacobo Epiſcopo in altera tantùm, hoc eſt, panis ſpecie hoc ſacramentum adminiſtraſſe, probare conantur. Nam ſi hæc fractio panis de dominico conuiuio intelligatur: neceſſarium erit, vt vſitata in ſcripturis diuinis ſynecdoche, totius huius myſtici conuiuij celebratio (quæ conſecratione & diſpenſatione vtriuſque ſymboli conſtat) nomine fractionis panis ſignificetur: Niſi dicas hanc dominicam cœnam in his conuentibus, ſola dominici panis diſtributione & communicatione, nulla dominici panis & calicis, aut panis tantummodo, nō item calicis conſecratione & oblatione antegreſſa, celebratam fuiſſe: quo quid abſurdius?*

Hîc igitur Conſultor docet, non poſſe intelligi hãc fractionem panis, diſtributionem Euchariſtiæ. Nos oſtendemus contrarium.

Confirmatio cõmunionis ſub altera dũtaxat ſpecie ex Actis Apoſtolicis.

Iam antè diximus, Lucam in hac phraſi ſequi Magiſtrum ſuum Paulum, qui nomine fractionis panis, diſtributionẽ dominici corporis intelligit. Et expende ſingula loca Actorum, & vide num ſatis clarè intelligatur hîc dominici corporis communio. Tribus autem diſtinctis capitulis fit mentio fractionis panis. In primis cap. 2. vbi ſic legitur: Erant autẽ perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione, & fractione panis, & orationibus. Vbi doctrina coniungitur cũ operib⁹ miſericordiæ, quibus Chriſtiani ditiores bona ſua cõmunicabant pauperioribus. Deinde ſubiũgitur externus Dei cultus, qui eſt in ſumptione dominici corporis, cum interno, qui eſt oratio. Et eſt notandum, eandem dictionem Græcam eo loco verti per orationes, quam Paulus 1. ad Timoth. 2. ponit ſecundo loco. De qua oratione Auguſtinus ait epiſtola 59. ad Paulinum, queſt. 5. Excepto nomine generali, & ſalua loquẽdi cõſuetudine, ſecundùm quam ſiue dicas precationem, ſiue orationem, ſiue interpellationem, vel poſtulationem, vna eademque res intelligitur. Aliqua etiam ſingulorum iſtorum proprietas inquirenda eſt, ſed ad eam liquidò peruenire difficilè eſt,

Multa

Multa quippe hinc dici poſſunt quę improbanda nõ ſint:ſed eligo in his verbis hoc intelligere, quod omnis vel penè omnis frequentat Eccleſia:vt precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione ſacramentorum, antequam illud quod eſt in domini mẽſa,incipiat benedici:orationes, cùm benedicitur & ſanctificatur,& ad diſtribuẽdum comminuitur : quam totã petitionem ferè omnis Eccleſia dominica oratione concludit. Ad quem intellectũ etiã verbi Gręci origo nos adiuuat. Nam eã quã dicũt ἐυχὴν, rarò ita ſcriptura ponit, vt intelligatur oratio:ſed plerunq; & multo vſitatius votũ appellat ἐυχὴν, προσευχὴν verò, quod verbum ita poſitum eſt, vnde tractamus, ſemper orationem vocat. Vnde hanc verbi originem, ſicut ſuperiùs dixi, nonnulli minùs eruditè intuentes, προσευχὴν non orationem, ſed adorationem dicere voluerunt, quæ potius προσκύνησις dicitur. Sed quia oratio interdum dicitur, quæ vocatur ἐυχὴ, adoratio putata eſt προσευχὴ. Porrò ſi vſitatiùs, vt dixi, in ſcripturis votum appellatur ἐυχὴ, excepto nomine generali orationis, ea propriè intelligenda eſt oratio, quam facimus ad votum, id eſt, πρὸς ἐυχὴν. Vouentur autem

omnia quæ offeruntur Deo, maximè ſancti altaris oblatio: quo ſacramēto prędicatur noſtrum aliud votum maximum, quo nos vōuimus in Chriſto eſſe manſuros, vtiq; in cōpagę corporis Chriſti. Cuius rei ſacramentū eſt, quod vnus panis, vnum corpus multi ſumus. Ideo in huius ſacrificatione, & diſtributionis pręparatione exiſtimo Apoſtolū iuſſiſſe propriè fieri προσευχὰς, id eſt, orationes, vel (vt nonnulli minùs peritè interpretati ſunt) adorationes: Hoc eſt enim ad votum, quod vſitatiùs in ſcripturis nūcupatur εὐχή. Hæc Auguſtinus. Neq; prætereundum eſt, Gręcè legi omnia cum articulis: Perſeuerabant in illa doctrina illorum Apoſtolorum, in illa communicatione, in illa fractione illius panis, in illis orationibus: ſicut in vltimo capite Euangelij Lucas ait: Cognouerunt illum in illa fractione illius panis. Quæ videntur indubiè excellentiam quandam ſignificare. Sequitur deinde in Actis: Frangētes circa domos, ſiue (vt Eraſmus vertit) per ſingulas domos, ſiue (vt Oecumenius intelligit) iuxta domū panē, ſimul ſiue vnà ſumebát cibū cū exultatione. Et manifeſtè Lucas hîc diſtinguit fractionē panis à cibo cōmuni. Ideo autē cibū cōmunē cōiūgit, quia ante
cibum

cibum ſolent ſumere dominicum corpus. Vnde & Actuum 2.habemus,quòd Apoſtolus Paulus in naui omnes hortatus ſit ad ſumptionem cibi,atque hoc modo illis vitã & incolumitatẽ è naufragio promiſerit. Et vt alijs animam daret, ipſe primus cibum ſumpſiſſe deſcribitur:ita tamen,vt priùs ſumeret panem, gratias ageret Deo in conſpectu omnium,& tum demum ad manducandum frangeret. Vbi ſi de prophani panis fractione & ſumptione ageretur, magis ſequi deberet gratiarum actio manducationem quàm præcedere: ſicut Ioannis 6.poſt ſumptum cibum gratias egiſſe leguntur,qui pane & piſce à Domino refecti ſunt: Quem morem etiam adhuc hodie vſus fidelium habet. At in Euchariſtiæ conſecratione gratiarum actio manducationem præcedere debet:quemadmodum ex Chriſti exẽplo hoc obſeruat Eccleſia Catholica. Vtitur autem Lucas voce Græca Euchariſtia, quæ vox Chriſtianorum vſu peculiariter pertinet ad ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti. Vocatur enim illud propriè Euchariſtia. Ideo verò Lucas addit, quòd in conſpectu omnium ſumpto pane gratias egerit Deo, & fregerit,ac manducare cœperit:quia moris ſolet

Cur Paulus Act. 27.in cõſpectu omnium

ſumpſerit panẽ, gratias egerit, fregerit & mãducauerit.

ris ſolet eſſe apud Chriſtianos , vt hoc myſterium coram incredulis & Gentibus nõ celebrarent. Sed Apoſtoſtolus, quia ſciebat Chriſtum Cleopham & ſocium eius ſe ignorantes, per Euchariſtiæ porrectionem illuſtraſſe, ſuique cognitionem dediſſe:quia etiam ſciebat, eos qui in naui erant, iam ſibi incepiſſe credere (milites enim ob verbum Pauli abſciderant funes ſcaphæ)et poſtea perfectiùs credituros, dum per hoc quòd Paulus cibum ſumeret, à Dei cultu incipiens, ipſi etiam ſumpta fiducia cibum caperent, credentes verbum Pauli per Deum ipſius reipſa implendum,& poſtea per impletionem prophetiæ ipſius adhuc perfectiùs eos credituros: quia inquam,hæc ſciebat Apoſtolus, ſatis intelligebat eos non irriſuros conſecrationẽ Euchariſtiæ,ſed magis per hoc quòd Deo verbo & facto gratias agi viderent,fiſuros Deo Pauli, quòd ſe erepturus eſſet è naufragio: ac proinde auſus eſt in conſpectu eorum ſacram Euchariſtiam conſecrare.

Hinc arbitror Lucam adieciſſe illud(in cõſpectu omnium.) Atque ſic eum locum intelligit author operis imperfecti in Matthæum, Homilia decimaſeptima. Capite

autem

autem vigeſimo Actuum ſimiliter omnino de Euchariſtia agi videtur. Dicuntur enim ibi fideles vna ſabbati, hoc eſt, dominica die, qua ſolent fideles (vt Iuſtinus in Apologia teſtatur) ex more conuenire, conueniſſe in locum magnum & amplum, præſenti multo populo, ad frangendum panem, Et ne quid per noctē mali aut inhoneſti, aut quoquo modo illiciti accideret, dicuntur fuiſſe in cœnaculo plurimę lampades, tantūq; audiendi ſtudium, totque auditores, vt quidam adoleſcens nomine Eutichus, in feneſtra periculosè ſedere cogeretur. Si Paulus communē ibi cœnā ſumere volebat, nūquid opus erat tanto cœnaculo, & conuocatione omnium Chriſtianorū? Et quorſum ad hoc opus erat Lucā ſcribere, quòd erat dominica, ſiue prima dies hebdomadę, quaſi alijs diebus Paulus cū ſuis domeſticis cibū cōmunē nō ſumeret? Rectè igitur Auguſtinus epiſtola 86. ad Caſulanum, tractans locum illū Actuum vigeſimo, dicit Paulum in Troade die Dominico fregiſſe panem, ſicuti frangitur in Sacramento corporis Chriſti, & ante & poſt celebrata Sacramenta populo locutum. Sed, vt annotatur apud Conſultorem in margine paginæ 19,

Græci

Græci per fractionem panis intelligunt tenuitatem & frugalitatem victus: Fateor, Chryſoſtomum in Acta Apoſtolorum, captantem occaſionẽ inſtituẽdi mores populi, hoc dicere: Sed quęnam ſcriptura hoc ſignificat? nimirum per fractionem panis deſignari frugalitatem victus? Legimus in li.2. Regũ, cap.9. Myphiboſeth in menſa Dauidis ſemper comediſſe panem. vbi ſanè nõ puto nomine panis ſignificari, tenuem fuiſſe menſam Regis: ſicut nec mihi perſuadeo, tenuem fuiſſe menſam Principis Phariſæorum, in qua multi Phariſæi & Scribæ erant congregati, Lucæ 14. Et arbitror Dominum ibi ediſſe de quibuſlibet ſibi propoſitis: quemadmodum ipſe Luc.10 dixit diſcipulis ſuis, Edentes & bibẽtes quæ apud illos ſunt: & ſicut Paulus 1. Corint. 10. permittit Chriſtianis Corinthijs, edere de his quę apponuntur eis. Et tamen ſcribitur dicto 14. capite Lucæ, Ieſus introiuiſſe ſabbato in domum Principis cuiuſdam Phariſęorum, vt cum eo manducaret panem. Ex huiuſmodi tamen locis occaſione ſumpta, cõcionator non malè dehortatur homines à luxu & ſumptuoſis conuiuijs.

At fortè frugalitas iſtā nomine fractionis deſignatur. Sed nec hoc ex ſcripturis liquet.

Inueni-

Inuenimus quidem diſtributionem nomine fractionis panis ſignificari, quia panis ad varijs diſtribuendum frangi ſolet, non tamẽ neceſſariò tenuitatem diſtributionis. Vt, Ieremias ait: Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Et Eſaias: Frange eſurienti panem tuum: Quod indubiè optimè complet, qui eſurientem plenè reficit, ſicut & nos nomine fractionis, non tantùm diuiſionem panis, ſed etiam diſtributionem intelligimus. Ex his igitur concedendum eſſe puto, in Actis Apoſtolicis per fractionẽ panis, diſtributionem corporis dominici in Euchariſtia intelligi, & Lucam cum magiſtro ſuo Paulo, & in Euãgelio & in Actis ſimiliter loqui. Cap. 4. Lament. Cap. 58.

Nec quicquam mouet ratio, tanquam ad abſurdum ducens à Conſultore allata. Nam ſi hæc fractio panis de dominico conuiuio intelligatur, non eſt neceſſe intelligere per ſynecdochen, nomine fractionis panis conſecrationem & diſpenſationem vtriuſque ſymboli. Nec tamen etiam cogemur dicere, dominicam cœnam in his conuentibus celebratam fuiſſe, nulla Dominici panis & calicis, aut panis tantummodo, non item calicis conſecratione & oblatione antegreſſa.

Potuit

Potuit enim conſecrari & panis & vinum, eaque ſumi ab Apoſtolo celebrante, & deinde diſtribui corpus Domini ſub ſpecie panis, nulla diſtributione ſanguinis Dominici ſub ſpecie vini ſubſequente, quemadmodū & hodie fit. Sed neque contra ius diuinum fieri, ſi ſolus panis conſecretur, nulla vini conſecratione ſubſequente, quoſdam Doctores probabiliter opinari diximus. Dein-
Fol. 89. de non eſt certum, fractionem panis de qua Actuum 2. legitur, ſtatim poſt conſecrationem factam eſſe, ſiue in Miſſa. Potuit enim eſſe communio ſub ſola panis ſpecie, ex pręſanctificatis: qualis eſt hodie in die Paraſceues in Romana Eccleſia, & per multos dies Quadrageſimæ apud Græcos, & quotidie nunc apud infirmos: qualem communionem etiam ipſe Conſultor fatetur priſcis tēporibus fuiſſe, idq; ex vetuſtis ſcriptoribus, Tertulliano, Cypriano, Hieronymo, Ambroſio, qui videntur eam ab Apoſtolis accepiſſe. Et certè cùm in exordio naſcētis Eccleſiæ pauci fuerint ſacerdotes, & quotidie communicârint fideles per ſingulas domos, probabiliter apparet, hāc corporis dominici in multos diſtributionem, etiam ex præſanctificatis fuiſſe celebratam.

Ex his

Ex his igitur arbitramur Conſultorem nõdum clarè oſtendiſſe infirmitatem probationis Catholicorum: ſed potiùs eum infirmis argumentis contra catholicorum probationem agere.

Porrò folio 51. facie 2. dicit, argumentum Catholicorũ ex fractione panis in Emaunte eſſe ambiguum.

Neque decere, inquit, *neque expedire puto, vt, maximè in hoc religionis negotio, vel falſa vel ambigua proferantur. Quæ vſqueadeo apud aduerſarios nihil efficiunt, vt etiam veris argumentis autoritatem detrahant. Cuiuſmodi eſt, quod vulgò etiam à doctiſsimis viris factum Chriſti in Emaunte, ad alterius ſpeciei vſum probandum adducitur: cùm certò non conſtet (etiã doctiſsimorum virorum profeſsione) an ea fractio panis de corpore domini intelligi debeat: & vt in illo pane corpus Dominicum à Chriſto datum intelligatur, non tamen illic ſacra illa myſteria celebrandi & adminiſtrandi formam præſcriptam apparet: ſed Chriſtum qui Sacramentorum author eſt, nouo modo, quem eo loco conuenire indicabat, hoc ſacramentum confeciſſe & tradidiſſe, non exemplum quod imitari liceat, propoſuiſſe. Quis enim dicat, ſacerdoti hodie licere, vt ſolo pane in corpus Dominicum conſe-*

crato, &

crato, & continuo tradito, calice in totum prætermiſſo, myſteria dominicæ paſſionis perficiat? Quare neque Conſtantienſis, neque Baſilienſis, neque modo habiti Tridentini Concilij decretis, ex hoc loco ad alterius ſpeciei vſum confirmandum argumentum ducitur. Hæc ille.

Sed vtinam ipſe Conſultor hoc ſeruaret, vt non ex ambiguis, aut falſis vel improbabilibus argumentis ageret contra moré Eccleſiæ, & definitionem Concilij Conſtantienſis, Baſilienſis, & Tridentini. Quod verò certa argumẽta à nobis exigit, cùm ipſe nos impugnet incertis & futilibus, more eorum agit, qui ſibi citiſsimè ſolui volunt, cùm ipſi ſuis creditoribus difficilimè debita perſoluant. Et quòd ait, doctiſsimos viros profiteri, non eſſe certum, Dominum Lucę 24. tradidiſſe Euchariſtiam, non probat. Nam Alphonſus de Caſtro, quem in margine citat, tantùm dicit ſe nolle definire, an Chriſtus corpus ſuum tradiderit Cleophæ, nec ne. Affirmat autem, Apoſtolos ſub vnica ſpecie diſtribuiſſe Euchariſtiam. Multa ſolent viri docti nolle hoc tempore definire, quæ alij tamen rectè definiunt, vel ipſi etiam alio tempore.

Citatur et Guilielmus VVedefordus aduerſus

uerſus Ioannem VViclef,dicens:Non habetur ex textu,vel ex gloſſa Lucæ 24.vel per antiquos doctores,quod ille panis, quẽ fregit(Chriſtus)poſt reſurrectionẽ in ſero coram diſcipulis,fuit conſecratus:vel quòd ille panis fuit ſacramentalis,vel cõuerſus in corpus Chriſti. Et infrà: Die reſurrectionis in panis fractione diſcipuli Dominum cognouerunt,quia modo ſuo quo cõſueuerat frāgere,quãdo comedebat cum diſcipulis ante paſsionem,& tempore proditionis fregit:& tunc fuit ille modus, modus ſingularis frāgendi,quem nullus alius habuit. Argumẽto 5.

Sic ille.Miror autem quòd Conſultor hunc doctiſsimum,quantum ad hanc rem, vocet qui dicit, nec ex textu , nec ex gloſſa, nec per antiquos Doctores haberi, quòd Chriſtus Cleophæ porrexit corpus ſuum, cùm Auguſtinus & Beda ſic intelligant, etiam gloſſa:quanquam dicat gloſſa myſticè intelligi,quòd nemo noſcit Chriſtum, niſi particeps fuerit corporis Chiſti, quod eſt Eccleſia. Fatemur enim ſacramentum Euchariſtiæ non niſi myſticè Eccleſiam ſignificare : quia propriè corpus ſignat Chriſti, imò eſt ipſum corpus eius:Chriſtus autem ſignat Eccleſiam. Quod verò adijcit VVedefor-

trato, & continuo tradito, calice in totum prætermiſſo, myſteria dominicæ paßionis perficiat? Quare neque Conſtantienſis, neque Baſilienſis, neque modo habiti Tridentini Concilij decretis, ex hoc loco ad alterius ſpeciei vſum confirmandum argumentum ducitur. Hæc ille.

Sed vtinam ipſe Conſultor hoc ſeruaret, vt non ex ambiguis, aut falſis vel improbabilibus argumentis ageret contra moré Eccleſiæ, & definitionem Concilij Conſtantienſis, Baſilienſis, & Tridentini. Quod verò certa argumẽta à nobis exigit, cùm ipſe nos impugnet incertis & futilibus, more eorum agit, qui ſibi citiſsimè ſolui volunt, cùm ipſi ſuis creditoribus difficilimè debita perſoluant. Et quòd ait, doctiſsimos viros profiteri, non eſſe certum, Dominum Lucę 24. tradidiſſe Euchariſtiam, non probat. Nam Alphonſus de Caſtro, quem in margine citat, tantùm dicit ſe nolle definire, an Chriſtus corpus ſuum tradiderit Cleophæ, necne. Affirmat autem, Apoſtolos ſub vnica ſpecie diſtribuiſſe Euchariſtiam. Multa ſolent viri docti nolle hoc tempore definire, quæ alij tamen rectè definiunt, vel ipſi etiam alio tempore.

Citatur et Guilielmus VVédefordus ad-

uerſus

uerſus Ioannem VViclef,dicens:Non habe- Argumẽto 5.
tur ex textu,vel ex gloſſa Lucæ 24.vel per antiquos doctores,quod ille panis, quẽ fregit(Chriſtus)poſt reſurrectionẽ in ſero coram diſcipulis,fuit conſecratus:vel quòd ille panis fuit ſacramentalis,vel cõuerſus in corpus Chriſti. Et infrà: Die reſurrectionis in panis fractione diſcipuli Dominum cognouerunt,quia modo ſuo quo cõſueuerat frãgere,quãdo comedebat cum diſcipulis ante paſsionem,& tempore proditionis fregit:& tunc fuit ille modus, modus ſingularis frãgendi,quem nullus alius habuit.

Sic ille.Miror autem quòd Conſultor hunc doctiſsimum,quantum ad hanc rem, vocet qui dicit, nec ex textu , nec ex gloſſa, nec per antiquos Doctores haberi, quòd Chriſtus Cleophæ porrexit corpus ſuum, cùm Auguſtinus & Beda ſic intelligant, etiam gloſſa:quanquam dicat gloſſa myſticè intelligi,quòd nemo noſcit Chriſtum, niſi particeps fuerit corporis Chiſti, quod eſt Eccleſia. Fatemur enim ſacramentum Euchariſtiæ non niſi myſticè Eccleſiam ſignificare : quia propriè corpus ſignat Chriſti, imò eſt ipſum corpus eius:Chriſtus autem ſignat Eccleſiam. Quod verò adijcit VVedefor-

P dus,Chri-

dus Chriſtum fregiſſe panem communem, quando ante paſsionem comedebat cum diſcipulis, & tempore proditionis, modo quodam ſingulari, quem nullus alius habuit: hoc nec ex textu, nec gloſa, nec veteribus Doctoribus autoritatem habet. Vellem ſanè authorem hunc aliquam cœnam vel prádium ante paſsionem protuliſſe, vbi Chriſtus ſingulari modo panem communẽ fregiſſe legatur, exceptis miraculis multiplicationis panum, & conſecratione Euchariſtiæ, quorum rationem ſuprà reddidimus. Nam quod de tempore proditionis dicit, friuolum eſt, cùm in nullo quatuor Euangeliorum Chriſtus legatur panem fregiſſe ante paſsionẽ, præterquam (vt iã diximus) in conſecratione Euchariſtię, & miraculis multiplicationis panũ. Nõ puto igitur hũc VVedefordũ hac in re appellandũ fuiſſe doctiſsimũ. Nec alicuius momenti eſt, quòd Lyranus huc adfert, Chriſtũ conſueuiſſe panem frangere, perinde ac ſi cultello fuiſſet diuiſus. Neque illud nos premit, quòd Euthymius ait, Cleophã et ſociũ eius vidiſſe aſſuetã & cognitã panis benedictionẽ. Nõ enim probatur nobis ex ſcripturis, Chriſto fuiſſe peculiarẽ modũ præ alijs bendicẽdi cõmu-

nem

nem pané,præterquã(vt iã ſæpius diximus) in multiplicatione panum, & conſecratione Euchariſtiæ.Et de his fortè loquitur Euthymius. Nam Cleophas & ſocius eius miraculis iſtis fortè interfuerãt,& cõſecrationẽ Euchariſtiæ ab Apoſtolis fortaſsis audiuerant.

Verba paulò ante integrè citata ſunt.

Quod verò ait Conſultor: *Et vt in illo pane corpus dominicum datum intelligatur etc.* vt prætereamus ſic loqui Caluiniſtas, dicentes in pane exhiberi & dari corpus Chriſti in cœlo conſtitutum,et nuſquam alibi: vnde quęſo nouit Conſultor,non illic propoſitã eſſe formam adminiſtrandi ſacra myſteria? vel, Chriſtum non exemplũ propoſuiſſe, quod imitari liceat? Vbi quæſo Chriſtus præcepit adminiſtrare Sacramentum Euchariſtię ſub vtraque ſpecie? Cur igitur in eo quod non prohibuit, eum imitari non liceat? Ratio autem quam allegat, ſuprà ſoluta eſt.

Obijcit ſibi author duas quæſtiones occaſione dictorum

Sed his omiſsis, interrogabit fortè nos aliquis,num certum putemus, Lucam in hiſtoria apparitionis Dominicæ coram Cleopha,& Actuum 2. loqui de Euchariſtia: & ſi hoc putemus,num certum ſit, quod per ſynecdochen ſub fractione panis non intelligatur diſtributio ſacri calicis.

Reſpõſio ad priorẽ quæſtionẽ Reſpondemus in vnaquaque re talẽ quærendam ſcientiam, qualem natura rei patitur. Stultus eſt enim, qui in Ethicis requirit mathematicam certitudinem. Quando igitur quis non malo ſtudio muniendi errorem ſuum aliquam ſcripturam ſic interpretatur, vt fidei conſonet, non eſt continuò condemnandus tanquam ſcripturę deprauator. Cæterum, ſicut Auguſtinus inquit libro tertio de doctrina Christiana, ca. 28. per ſcripturas multo tutiùs ambulatur, quas verbis tranſlatis occupatas cùm ſcrutari volumus, aut hoc inde exeat, quod non habeat controuerſiam, aut ſi habet, ex eadem ſcriptura vbicunque inuentis atque adhibitis eius teſtibus terminetur. Nos autem ſuprà oſtendimus ſcripturam teſtari, quòd Dominus ſaluator ſumptum panem benedixerit & fregerit, alijſque porrexerit, vbi panem peculiariter mutauit, & nuſquam alibi. Tutus ergo eſt ſenſus, quem damus verbis Lucæ, ſcripturis alijs munitus: non ita ſenſus aliorum, qui de communis panis fractione Lucam intelligunt. Similiter ſatis munitus eſt ſenſus Lucæ ex verbis Apo- *1. Cor. 10* ſtoli Pauli, q per fractionẽ panis ſine vlla ambiguitate corporis dominici diſtributionem

deſignat,

deſignat, alijſque circumſtantijs ſuprà indicatis. Allegauimus quoque Veteres, qui Lucam ſic intellexerunt. Vnde dicimus in hunc ſenſum meritò fideles debere acquieſcere. Imò hæretici plerique fatentur, loca iſta de Euchariſtia eſſe accipienda, præcipuè quę ſunt in Actis Apoſtolicis.

Ad ſecundam autem quæſtionem reſpondeo, aduertendum eſſe quod inquit Auguſtinus libro tertio de Doctrina Chriſtiana capite decimo. Huic obſeruationi qua caue- *Reſponſio ad poſteriore quæſtionem.* mus figuratam locutionem, id eſt, tranſlatam quaſi propriá ſequi, adiungenda etiam illa eſt, ne propriam quaſi figuratam velimus accipere. Demonſtrandus eſt igitur priùs modus inueniendę locutionis, propriá ne an figurata ſit. Et iſte omnino modus eſt, vt quicquid in ſermone diuino neque ad morum honeſtatem, neq; ad fidei veritatem propriè referri poteſt, figuratum eſſe cognoſcas. Et capite vigeſimo nono: Cùm ſenſus ad proprietatem verborum ſi accipiatur, abſurdus eſt, quęrendum eſt vtique ne fortè illo vel illo tropo dictum ſit, quod non intelligimus: & ſic pleraque inuenta ſunt quæ latebant. Cùm igitur nomen fractionis panis non ſignet calicis diſtributio-

nem, ſed ſolius corporis, vt Paulus loquitur, & nihil abſurdi, ſed plurimum fidei conſonum ſit, Chriſtum ſub vna ſpecie diſtribuiſſe Euchariſtiam: nihil eſt quod cogit nos ad ſynecdochen hîc intelligendam, niſi aduerſus Catholicæ Eccleſiæ definitionem quædam rebellio.

Deinde, etiam ſi Chriſtus in Emaunte, & Apoſtoli in Actis putentur conſecraſſe vtramque ſpeciem, non inde conſequitur, fractione panis vtriuſque diſtributionem intelligi. Nam Lucas in Actis noluit conſecrationem deſcribere, quæ paucorum, nempe Apoſtolorum erat: ſed id quod plurium erat, & omnibus Chriſtianis commune, nempe eorum in communicando deuotionem. Et hiſtoriam in Troade magis deſcribit ob conuentum & communionem diſcipulorum, cuius occaſione talis prędicatio & reſuſcitatio Eutichi facta eſt, quàm ob Pauli conſecrationem. Similiter in Emaunte deſcribitur benedictio panis, & diſtributio, vt oſtendatur per quid ſit facta Chriſti cognitio. Accedit ad hæc ratio non contemnenda. Actuum enim ſecundo deſcribuntur ſubitò ad Chriſtum conuerſi Iudæi: qui vtique ſtatim

non

non fuerunt in intellectu myſteriorum fidei perfecti: Ideoque legalia admodum ægrè potuerunt poſt multa tempora dimittere, tametſi Chriſtus diſertè dixiſſet, Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem: & prædixiſſet, templum cum legalibus, & adorationem in Hieruſalem abolenda, quod etiam Stephanus, Paulus, & Petrus cœleſti viſione edoctus docuerunt. Nihilominus Apoſtoli infirmitatem eorum diu ſuſtinuerunt: ſicut Actuum vigeſimoprimo & ad Romanos decimoquinto manifeſtum eſt. Cùm igitur in lege nunquam fuerit conſuetum, vt in Dei ſacrificio vinum biberent Iudæi, prꝙſertim Laici, imò peculiaris fuerit habita ſanctitas Nazaræorum, qui à vino abſtinebant & vuis, & ad idololatrarum cõſuetudinem hoc pertinere docuerit Moyſes dicens: Vbi ſunt Dij eorum, de quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum? etc. quid mirum ſi Apoſtoli non ſtatim eis prꝙbuerint ſacratum calicem, quem ſumere non prꝙcepit Chriſtus, cũ non ſtatim ab eis exegerint præceptũ Dei de non obſeruãdis legalibus, ob eorum infirmitatem? Certè in tota ſcriptura nõ inuenies Iudꝙis fidelibus miniſtratũ

Lucæ 16

Deut. 32.

calicem, præterquam Apoſtolis qui excepto Iuda proditore, magis alijs Chriſtum & omnia eius dicta venerabãtur: & hoc in prima ſacroſanctæ Euchariſtiæ inſtitutione.

Cùm igitur conſona ſit prædicta expoſitio traditioni Eccleſiæ, & definitioni vniuerſalis Concilij Conſtantienſis: putamus non eſſe figuram ſynecdoches in dictis ſcripturis recipiendam. At vbi traditio Eccleſiæ cũ proprietate ſermonis ſcripturæ non conſiſtit, neceſſe eſt tropum aliquem inuenire. Vnde Auguſtinus libro de fide & operibus, capite nono per ſynecdoches figuram ſoluit argumentum eorum, qui à baptizandis ſolam fidem exigi volebant. Spado, inquiebant, ille quem Philippus baptizauit, nihil plus dixit, quàm credo filium Dei eſſe Chriſtum, & in hac profeſsione continuò baptizatus eſt. Sed reſpondet Auguſtinus: Num ergo placet, vt hoc ſolum homines reſpondeant, & continuò baptizentur: nihil de Spiritu ſancto, nihil de ſancta Eccleſia, nihil de remiſsione peccatorum, nihil de reſurrectione mortuorum, poſtremò de ipſo Ieſu Chriſto nihil quia filius Dei eſt, non de incarnatione eius ex virgine, de paſsione, de morte

crucis

crucis, de ſepultura, de tertiæ diei reſurrectione, de aſcenſione, ac ſede ad dexteram patris aliquid dicendum eſt catechizanti, ac profitendum credenti? Si enim Spado cùm reſpondiſſet: Credo filium Dei eſſe Ieſum Chriſtum, hoc ei ſufficere viſum eſt, vt continuò baptizatus abſcederet: cur non id ſequimur, atque auferimus cætera quæ neceſſe habemus, etiam cùm ad baptizandum temporis vrget anguſtia, exprimere, interrogando vt baptizandus ad cuncta reſpondeat, etiamſi ea memoriæ mandare non valuit? Si autem ſcriptura tacuit, atque intelligenda admiſit cætera, quæ cum illo Spadone baptizando Philippus egit, atque in eo quod ait, baptizauit eum Philippus, intelligi voluit impleta omnia, quæ licèt taceantur in ſcripturis gratia breuitatis, tamen ſerie traditionis ſcimus implenda: pari modò etiam in eo quod ſcriptum eſt euangelizaſſe Philippum Spadoni dominum, nullo modo dubitandum eſt, & illa in catechiſmo dicta eſſe, quæ ad vitam moreſque pertinent eius qui credit in dominum Ieſum. Hoc eſt enim euangelizare Chriſtum, non tantùm dicere quæ ſint credenda de Chriſto, ſed etiã quæ obſeruanda ei qui accedit ad compa- Act. 8.

gem

gem corporis Chriſti: imò verò cuncta dicere quæ ſunt credenda de Chriſto, non ſolùm cuius ſit filius, vnde ſecundū diuinitatē, vnde ſecūdū carnē genitus, quę perpeſſus, & quare, quæ ſit virtꝰ reſurrectionis eius, quod donū ſpiritus promiſerit, dederitq́; fidelibus, ſed etiā qualia mēbra, quibus ſit caput, quærat, inſtituat, diligat, liberet, atque ad æternam vitam honoremq́ue perducat.

Citat Cōſultor Doctores ſcholaſticos.

Conſultor deinde ſcholaſticos Doctores in auxiliū aduocat, Thomam, Alexandrum de Ales, Petrum de Palude, Bonauenturam: quorum tamen nullum verbum nobis contrariatur. Libenter enim cum Thoma fatemur, in hoc quòd corpus domini & ſanguis ſeparata ſunt ſpeciebus, repræſentari Chriſti paſsionem, in qua ſanguis domini, poſtquam ex corpore fluxit, à corpore ſeparatus fuit. Fatemur corpus ſub ſpecie panis cibum, ſanguinem ſub ſpecie vini potum eſſe fidelium. Fatemur cum reliquis, perfectiùs ſignificari Chriſti paſsionem vtriuſque ſpeciei oblatione, quàm alterius tantùm. Fatemur denique, ſpiritalem refectionem, quam præſtat Chriſtus, perfectiùs ſignificari vtriuſque ſpeciei ſumptione quàm vnius. Sicut enim eadem res pluribus ver-

bus verbis expreſſa ſolet perfectiùs ſignari, quàm ſi vno tantùm verbo exprimatur: ita in ſacramentis vſu venit. Perfectiùs enim ſignat trina immerſio baptiſmi, quā vna tinctio. Sed hęc omnia nobis non aduerſantur, qui ſtudētes plus rei quàm ſigno percipiendo, dicimus Chriſtum neque præcepiſſe, in ſacramētis obſeruare ea quæ expreſsiùs ſignant, nec maiorem efficaciam expreſsiori ſignificationi promiſiſſe. Vtinam iſti homines dignarētur ſcholaſticos Doctores attendere, & eorum verba terſione nō egentia ſic pro Eccleſiæ doctrina defendenda recipere, ſicuti contra Eccleſiam quędam aliô detorta venātur. Si delectantur Thoma & Bonauentūra, audiant illos, etiam ante ſynodum Conſtantienſem & omnem de hac re controuerſiam in Bohemia natam, apertum pro nobis teſtimonium proferentes. Sic enim habet Thomas 3. parte, quæſtione 80. articulo 12. Prouidè in quibuſdam Eccleſijs ſeruatur, vt populo ſanguis ſumendus non detur, ſed ſolùm à ſacerdote ſumatur. Et iterum in reſponſione ad tertium argumentum: Repræſentatio dominicæ paſsionis agitur in ipſa conſecratione ſacramenti, in qua non debet corpus ſine ſangui-

ne con-

ne conſecrari. Poteſt autem corpus à populo ſine ſanguine ſumi. Nec exinde ſequitur aliquod detrimentum: quia ſacerdos in perſona omnium ſanguinē offert & ſumit, & ſub vtráque ſpecie totus Chriſtus continetur. Non minùs clarè Bonauentura, in diſtinct.11.quarti Sententiarum, q. 2. In ſacramento,inquit,duo ſunt, ſcilicet efficacia & ſignantia.Eſſe igitur de integritate ſacramenti,dupliciter dicitur: aut quantū ad efficaciam,& ſic neutra ſpecies eſt de integritate,ſed quælibet eſt totum quod habet efficaciam:aut quantum ad ſignationem, & ſic ſunt de integritate, quia neutrâ exprimitur res huius ſacramenti, ſed in vtráque ſimul. Et infrà:Fideles recipiunt perfectum ſacramentum ſub vna ſpecie, quia ad efficaciam recipiunt: Sed quantum ad ſignantiam,ſufficit quòd Eccleſia facit in eorum præſentia:nec oportet quòd ipſi recipiant, propter periculum effuſionis, & propter periculum erroris,quia non crederent ſimplices, in altera ſpecie totum Chriſtum recipere.

Sicut autem Conſultor hos Scholaſticos, ita contra propriam ſententiam etiam Do. Ruardum piæ memoriæ præceptorem noſtrum citat, dicenti illud Chriſti, Niſi manducaue-

ducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem etc. in ſacramẽtali manducatione pleniùs & perfectiùs impleri, & cum fructu maiore, tanquam videlicet ſentiret, fructum maiorem eſſe in vtriuſq; ſpeciei quàm in alterius ſumptione: cùm tãtùm dicat, plus fructus eſſe ex ſacramentali ſumptione Euchariſtiæ, quàm ex ſola ſpiritali manducatione & bibitione, quæ fit citra ſacramentum. Nec D. Ruardi verba ſyncerè citat. Sic enim habet folio 396. 2. tomi. Sãcti quos citat Epiſcopus Roffenſis, interpretando accommodant verba Saluatoris ad eſum & potum ſacramentalem, maximè quia in eorum Eccleſijs mos obtinebat, quòd ſub vtraque ſpecie toti populo ſacramẽtum miniſtraretur: et quia perfectiſsimus eſt hic modus manducandi carnem & bibendi ſanguinem ſubſtantialiter ſub ſacramento præſentem, & verba Saluatoris in ſacramẽtali manducatione pleniùs & perfectiùs implentur, atque cum fructu maiore. Conſultor autem omittit hęc verba (ſubſtantialiter ſub ſacramẽto pręſentem.) Et addit poſtea D. Ruardus: Quòd verò dicit Caietanus hęreſim ſequi, ſi intelligatur de ſacramento, verum dicit: ſi generalis eſſet intelligentia, comprehendens

hendens omnes Chriſtianos etiam infantes, & intelligeretur de manducando & bibendo ſub proprijs ſpeciebus. Sed hoc modo nõ intelligit Roffenſis Epiſcopus.

Fol. 30. facie 1. Tandem ſubijcit Conſultor: *Non poſſum hîc præterire ſcriptorem quendam recentem, Thomam Elyſium Neapolitanum, qui in grandi quodam volumine, quod Clypeum piorum aduerſus hæreſes inſcripſit, cùm in defenſionem alterius ſpeciei omni conatu incumbat, tamen hæc verba ſubijcit. Stando, inquit, in expoſitione beati Auguſtini, licèt veriſsima ſit, tamen concludit, quòd omnes adulti, non habentes obicem, deberent ſumere ſub vtráque ſpecie: ex quo habeant ſumere corpus & ſanguinem ſacramentaliter, quod eſt ſumere corpus ſub ſpecie panis, & bibere ſanguinem ſub ſpecie vini, vt dicit Chriſtus.*

Quorſum quæſo hic Conſultor ex Catholicis quibuſcunque & qualibuſcunque corradit, quod aduerſus vnius ſpeciei communionem vel prima facie aliquo modo facere videtur, niſi quia ipſe contrariç videtur eſſe ſententiæ? Vnde quicquid Catholici pro vnius ſpeciei communione adſerunt, ſuprà infirmum iudicauit. Et nunc quẽdam Neapolitanum ſcriptorem adducit, dicentem ex expoſitione Auguſtini veriſsima ſequi, omnes adul-

nes adultos debere cõmunicare ſub vtraq; ſpecie:ſi tamẽ verba authoris bona fide citet. Ex qua ratione & D. Ruardum, quem Decanum Louaniẽſem vocat, tanquam rationibus contra Catholicos obiectis non ſatisfaciat, notat. Et folio 31. de eodẽ D. Ruardo loquens: *Non ſatis autem*, inquit, *ſibi conſtare videtur vir quidam magnæ autoritatis, cuius nomen honoris cauſa ſupprimo, qui hæc pericula & ſcandala ſacrilegij et irreuerentiæ ex ſanguinis effuſione tantopere vrget, vt ſcribat huic periculo non poſſe prouideri, niſi per calicis ablationem: ac niſi à Rectoribus Eccleſiæ id fiat, omnem culpam illis imputandam: præſertim quia hoc ſacrilegiũ non ſit inter caſus inopinatos & rarò contingentes. Atqui idẽ ipſe fatetur Patrum tempore eadem pericula fuiſſe metuenda, Patreſq; ijs periculis fuiſſe cõmotos aſſerit: ſed ne ea tollerent, maiore periculo fuiſſe prohibitos, quod ex mutatione diuturnæ conſuetudinis (quam Paulus approbauerat, & ferè tota obſeruabat Eccleſia, quæq; nil in ſe mali habebat) metuebatur: quibus de cauſis à Patribus multo tẽpore fuiſſe diſſimulatum. Quid verò ſi quis dicat, ſi tam grãde & tam præſens ſacrilegij periculum & ſcandalum imminebat ex diſpenſatione ſanguinis, cui niſi per ablationem calicis occurri non poſſit, non fuiſſe vllo modo diſſimulãdũ, ſed tam periculoſam & pernicioſam*

cioſam conſuetudinem protinus reſcindendā fuiſſe: quod eò facilius effici potuiſſet, ſi, vt alibi dicitur, varius & indifferens communionis vſus in Eccleſia fuiſſet. At quomodo hîc dicitur ea conſuetudo fuiſſe diuturna, à Paulo approbata, & à tota ferè Eccleſia obſeruata, quomodo verò nihil in ſe mali habebat: ſi tantum ſacrilegij periculum, non ſecundum quid, ſed abſolutè habebat adiunctum? Si igitur tantum momenti fuit in illa conſuetudine, vt ob eam illud tantum periculum eſſet diſſimulandum: non inutile ſanè erit hanc reſtituere, ſi modò diligens opera adhibeatur, ad hoc periculum prohibendum. Et quidem prohiberi poſſe hoc periculum, cōditio illa, qua Bohemis in Concilio Baſilienſi conceſſa, Germanis in Comitijs aliquando oblata, & nunc tandem in Concilio Tridentino, iudicio Pontificis in vtraq; ſpecie communicatio permiſſa eſt, ſatis declarat. Nempe vt diligens cura adhibeatur, ne in ſanguinis adminiſtratione aliqua irreuerentia & prophanatio admittatur: quod ſtultè & temerè, imò ſceleratè & ſacrilegè caueretur, ſi nullo modo, niſi calicis ablatione, huic periculo prouideri poſſet. Sic Conſultor.

Ego autem D. Ruardi verba, quæ ipſe cauillatur, bona fide recitabo. Sic igitur habet folio 360.2. tomi: Hæc communio popularis ſub vtraque ſpecie periculum ſacrilegij

habet

habet annexum in ſpargẽdo ſanguine Chriſti,& in omiſsione calicis nullum interuenit peccatum aut periculum, nec aliqua gratiæ ſpiritualis iactura. Et quia hoc ſacrilegium non eſt inter caſus inopinatos, aut rarò contingentes, propter magnam populi communicãtis diuerſitatem (id quod & experientia teſtatur) non ſolùm ei cuius negligentia contingeret, imputaretur, ſed & populo, & ipſis Eccleſiæ Rectoribus. Imprudentiæ enim Rectoris imputatur defectus non rarus, ſi poteſt prouidere & non prouidet, & populo, quod mauult cum hoc irreuerentiæ Chriſti periculo communicare, quàm ab vtraque ſpecie abſtinere. Et folio 368. Periculum hîc eſt irreuerentiæ ex ſanguinis Chriſti effuſione, ſi paſsim & promiſcuè multitudo populi Chriſtiani ex calice communicaretur, & hoc frequens, propter diuerſitatem communicãtium, & multorum inconſiderationem. Cui periculo prouideri non poſſet, niſi per calicis ablationem, per quam nullum, vt diximus, patiuntur detrimentum. Et folio 377. Tota hæc tempeſtas non ſuper re aliqua, ſed ſuper ſolo ſanguinis ſigno ab aduerſarijs excitatur. Et ſi tempore Patrum, ad quod prouocat

Bucerus, tanta erat fidelium multitudo, & tam incircumſpecta atque indeuota, quàm ſeculis ſequentibus, idem erat etiam tunc metuendum periculum: ſed poſt multos lapſus, multamq́ue effuſionis ſanguinis experientiam, iſtud periculum tandem innotuit. Et quia non leuiter mutanda eſt conſuetudo diuturna, maximè quam Paulus approbauerat, & ferè tota obſeruabat Eccleſia, quando nihil in ſe mali habebat, multo tempore à Patribus ſuper ea eſt diſsimulatum. Nouerant enim quòd ipſa conſuetudinis mutatio adiuuat vtilitate, nouitate tamen plurimùm perturbat. Hæc ſunt Domini Ruardi verba.

Quid hîc quæſo eſt inconſtantiæ? cùm rectiſsimè dicatur in moralibus fieri non poſſe, quod difficilimè & non niſi multis accedentibus, quæ vulgus hominum obſeruare non ſolet, fieri poteſt. Certè quid fieri poſsit abſque vlla ſanguinis domini irreuerentia circa communionem vtriuſque ſpeciei apud promiſcuam plebem, non coniecturis vel imaginationibus, ſed ſola longi temporis experientia diſci poteſt. Imò nec Cōciliorum ipſorum generalium qualeſcunque conceſsiones certò arguunt, quid

quid in hac re paſsim obſeruari poſsit citra dominici ſanguinis irreuerentiam. Nam circa ea quæ ab experientia pendent, non promiſit Dominus Chriſtus generalibus Concilijs vel Pontifici ſuæ veritatis perpetuam aſsiſtentiam. Quis (inquit Auguſtinus libro ſecundo de baptiſmo contra Donatiſtas capite tertio) neſciat ipſa Concilia, quæ per ſingulas regiones vel prouincias fiunt, plenariorum Conciliorum authoritati, quæ fiunt ex vniuerſo orbe Chriſtiano, ſine vllis ambagibus cedere, ipſáque plenaria ſæpè priora poſterioribus emendari, cùm aliquo experimento rerum aperitur quod clauſum erat, & cognoſcitur quod latebat, ſine vllo typho ſacrilegæ ſuperbiæ, ſine vlla inflata ceruice arrogantiæ, ſine vlla contentione liuidæ inuidiæ, cum ſancta humilitate, cum pace catholica, cum charitate Chriſtiana? Nota.

Nec ſtulta vel ſacrilega eſt cautio, qua præſcribuntur cauenda pericula, etiam ſi credantur exactè omnia caueri non poſſe. Nunquid ſtultè præcipitur nobis, vt omne omnino peccatum, etiam veniale caueamus? Minimè gentium.

Et tamen exactè omnia vitare non poſſumus. Ad hoc vt aliquid ſanctè & prudenter præcipiatur, ſatis eſt ſi per præceptum ſperentur multa ſaltem mala cauenda, etiamſi omnia exactè caueri nō poſſint. Et prudentis legiſlatoris eſt, etiamſi ſciat aliqua mala ex ſua conceſſione oritura, ea tamē permittere ad vitandum maius malum.

Et vbi quæſo dicit Dominus Ruardus, tempore Patrum eadem pericula fuiſſe metuenda? Nónne apertè ſentit, quòd conſuetudo vtriuſque ſpeciei à populo ſumendæ, nihil periculi vel mali in ſe habebat tempore Patrum, quando ſcilicet neque tanta erat fidelium multitudo, neque tam incircumſpecta & indeuota, quàm ſequentibus ſeculis? Quod igitur Conſultor dicit, *quòd ad tempus Patrum attinet, non videntur tam grauia & crebra hæc pericula accidiſſe*, etiam ſecundùm D. Ruardi ſententiam verum eſt: quia ſcilicet minor, & circunſpector atque deuotior erat plebs fidelium: & quia frequentiùs communicabant, ex vſu ſciebant maiorem adhibere reuerentiam. Et ſi qua acciderunt rarò pericula, non propterea ſtatim fuit conſuetudo mutanda.

Conatur autem Conſultor 30. folio rationes

tiones Catholicorum,imò ſynodi Conſtantienſis,quibus vnius ſpeciei communio laudabilis eſſe oſtēditur, diluere,& conuellere. Sed priuſquam rationibus eius reſpondeamus,operæpretium fuerit oſtendere, ipſum, quanuis ſe veluti medium inter vtramque partem exhibeat,magis tamen videri ad hæreticorum partem accedere.

In primis igitur nuſquam ex ſua perſona abſolutè fatetur, communionem ſub vtraq; ſpecie non eſſe ex Chriſti inſtituto vel præcepto neceſſariam: Sed dum hoc ait,ſemper vel ex aliorum perſona, vel ſub conditione loquitur,vt claret in titulo libelli. Et fol.23. *Hanc cõſuetudinem,*inquit,*qui initio admiſerunt, Chriſti inſtitutum & vetuſtum ac catholicũ Eccleſiæ morem non ſic interpretati ſunt,vt eo abſolutam vtriuſque ſpeciei diſtribuendæ neceſſitatem præſcribi & exigi putârint,ita vt in altera tantùm ſpecie diſtributio, nefaria & Chriſti præcepto ſimpliciter contraria ſit habenda: ſed populo & Clero non ſacrificanti, ad vim & efficaciam huius ſacramenti percipiendam,in altera, hoc eſt panis ſpecie perceptionem ſufficere putauerũt.*Item folio 27.*Hæ omnes rationes etſi non ſimpliciter neceſſariam,tamen magis conuenientem & congruam huiuſmodi integram diſpenſationem cõuincunt.* Et quia vi-

dit Conſultor,ex patribus apertè conuinci, vnius ſpeciei cõmunionem fuiſſe frequentatam,adinuenit, vel ab alio fortè adinuentam gloſſam Lectori proponit:vt ſcilicet ex Chriſti inſtituto neceſſaria ſit cõmunio populi ſub vtraq; ſpecie,in ſolenni,publica, & ordinaria atque legitima celebratione corporis & ſanguinis domini: ſicut dicit folio 1. ſenſiſſe omnes Veteres. Citatq; Veterũ verba,quæ neceſsitatem hanc docere imperitis videantur. Folio autẽ 24. ait: *Statuebant itaque ob certas & graues cauſas,quæ neceſsitatis pondus habere videbãtur,ſanguinis dominici exhibitionem in populo communicando omitti poſſe.* Quaſi videlicet ita Chriſtus voluerit omnes cõmunicare ſub vtráq; ſpecie,ſicuti voluit omnes

Ioan.3. baptizari,dicens: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, nõ poteſt introire in regnum Dei. Quo verbo non obſtante,fatemur adultos fideles, qui propter aliquã neceſsitatẽ baptizari nequeũt,& ſic moriũtur, ſaluos fieri. Eodẽ ſanè modo putare videtur iſte Conſultor,omnes debere ſub vtraq; ſpecie cõmunicare: quanq̃ ſub vna ſpecie cõmunio celebrari poſsit,ſi adſit cauſa,quę põdus neceſsitatis habere videatur. Sed hæc gloſſa nullo modo cõuenit verbis Veterum.

Nunquid

Nunquid enim rationes illæ habebāt pōdus neceſsitatis, à diuina inſtitutione eximētis, quando Romæ ob coitum cōiugalem à Baſilicis martyrum abſtinentes, domi ſumebāt corpus Chriſti? quod exēplum recitat Hieronymus. Nunquid tempore Tertulliani, dum vxor quotidie domi ſecretò manè ante omnē cibum ſumeret corpus Chriſti, erat hęc neceſsitas à diuina lege eximēs? Nūquid Heremitæ ſolitudini ſtudētes, talē neceſsitatē habebant, vt à diuina inſtitutione eximerentur? quod exemplum ex Baſilio recitat Conſultor. Nunquid ſi aliquis eſt nauigaturus, in tali eſt neceſsitate, vt Chriſti inſtitutum poſsit prætermittere? quod eſt exemplum Ambroſij. Clarū eſt igitur gloſſam Conſultoris veterum Doctorū ſentētijs nō ſatisfacere. Quare aut Veteres Chriſti inſtitutionē violaſſe dicat, aut nobiſcum ſentiat Chriſti inſtitutionem non exigere, vt ſub vtraq; ſpecie plebs Euchariſtiam ſumat. In Apologia cōtra Iouinianum. In oratione funebri de obitu fratris.

Eſt autem hęc gloſſa etiā ipſius Brētij hęretici. Sic enim is habet in Apolologia Confeſsionis VVirtēbergēſis, poſteriore parte ſecūdę pericopes: *Expendemus nunc, quis ſit præcipuus in hac cōtrouerſia de vſu vtriuſq; partis ſacramenti, in cœna dominica ſtatus. Primū enim nō iam* Fol. 810.

quæritur, num ad ſalutem ſimpliciter neceſſarium ſit, vt ſumas ſacramentum cœnæ dominicæ. Non enim eſt obſcurum, quòd infantes in Chriſtum baptizati, conſequātur veram ſalutem propter Chriſtum, etiamſi morte ſine vſu huius ſacramenti extinguantur. Et adulti, qui in Chriſtum credunt, cohortandi quidem ſunt, vt vſu huius ſacramenti fidem ſuam confirment: Si autem repentino quodam caſu fiat, vt priuſquam hoc ſacramento vtuntur, ex hac vita excedant, ſaluti eorum fraudi non eſt.

Et paulò poſt: *Deinde non quæritur, Num in caſu neceſſitatis, Si quis, exempli gratia, abſtemius, non poſſet vino vti, illicitum ſit, alteram tantùm partem ſacramenti in cœna dominica ſumere. Manifeſtum enim eſt, quòd ſua ſit in cærimonialibus, qualia ſunt ſacramenta, œconomia. In deſerto veriſimile eſt multos diem ſuum obijſſe, incircuncisos; Quis autem tam durus eſſet, qui eos æternæ damnationi addiceret? Habuerunt enim excuſationem neceſſitatis. Dauid bona conſcientia et impunè veſcitur panibus propoſitionis, quibus tamē nō licebat ei per legem veſci. Sed neceſſitas famis excuſauit eum. In reformatione Eccleſiæ, ſub Rege Ezechia, multi veſcebantur agno Paſchali, qui non erant iuxta legem ſanctificati, quod cùm alioqui fuiſſet pœna dignum, factum eſt ex neceſſitate impunè. Quare ſi quis natura à potu vini abhorreat,*

horreat, & vtatur pane tantùm, aut præ morbi magnitudine non poſſit veſci pane, & vtatur vino tantùm, quod exemplum extat apud Euſebium, in Eccleſiaſtica hiſtoria lib.6.cap.44. & tamen interea Eccleſia vtitur in cœna domini integro ſacramento, tunc exempla illa paucorum perſonalia, generali inſtitutioni Chriſti nihil derogant. Et folio 824. *Vera Eccleſia,* inquit, *cùm audit vocem domini Ieſu Chriſti ſponſi ſui, de calice, Bibite ex eo omnes, tantà eſt erga Seruatorem ſuum reuerentia, et obedientia, vt niſi quem manifeſta neceſſitas excuſauerit (ſicut ſuprà dictũ eſt) non permittat cuiq; teſtamentum eius, tam apertis & perſpicuis verbis conditũ, violare.* Item folio 834. *Hîc non quæritur, num permanente inſtitutione Chriſti inuiolata, liceat aliquoties, ex perſonali neceſſitate, in cœna vel pane tantùm, vel vino tantùm vti. In hoc enim genere neceſſitas, vt dici ſolet, magiſtra eſt, & valet vetus illud dictum,* ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πάντα δουλοῦται τάχα. *Et, Ne Deus quidē cum neceſſitate pugnat. Sed quæritur, ſi quis excitatus ordinatione Chriſti, & conſolationis indigentia ſuſceperit cœnam Domini ſumendam, & reliqua omnia ſalua fuerint, num debeat integrum ſacramẽtum cœnæ, iuxta inſtitutionem Chriſti, an alteram tantùm partem, iuxta decreta Pontificum ſumere. Ac de iis quidem, qui hactenus communi errore ab-*

gem corporis Chriſti: imò verò cuncta dicere quæ ſunt credenda de Chriſto, non ſolùm cuius ſit filius, vnde ſecundũ diuinitatẽ, vnde ſecũdũ carnẽ genitus, quę perpeſſus, & quare, quæ ſit virt⁹ reſurrectionis eius, quod donũ ſpiritus promiſerit, dederitq; fidelibus, ſed etiã qualia mẽbra, quibus ſit caput, quærat, inſtituat, diligat, liberet, atque ad æternam vitam honoremq́ue perducat.

Citat Cõſultor Doctores ſcholaſticos.

Conſultor deinde ſcholaſticos Doctores in auxiliũ aduocat, Thomam, Alexandrum de Ales, Petrum de Palude, Bonauenturam: quorum tamen nullum verbum nobis contrariatur. Libenter enim cum Thoma fatemur, in hoc quòd corpus domini & ſanguis ſeparata ſunt ſpeciebus, repræſentari Chriſti paſsionem, in qua ſanguis domini, poſtquam ex corpore fluxit, à corpore ſeparatus fuit. Fatemur corpus ſub ſpecie panis cibum, ſanguinem ſub ſpecie vini potum eſſe fidelium. Fatemur cum reliquis, perfectiùs ſignificari Chriſti paſsionem vtriuſque ſpeciei oblatione, quàm alterius tantùm. Fatemur denique, ſpiritalem refectionem, quam præſtat Chriſtus, perfectiùs ſignificari vtriuſque ſpeciei ſumptione quàm vnius. Sicut enim eadem res pluribus ver-

bus verbis expreſſa ſolet perfectiùs ſignari, quàm ſi vno tantùm verbo exprimatur: ita in ſacramentis vſu venit. Perfectiùs enim ſignat trina immerſio baptiſmi, quà vna tinctio. Sed hęc omnia nobis non aduerſantur, qui ſtudẽtes plus rei quàm ſigno percipiendo, dicimus Chriſtum neque præcepiſſe, in ſacramẽtis obſeruare ea quæ expreſsiùs ſignant, nec maiorem efficaciam expreſsiori ſignificationi promiſiſſe. Vtinam iſti homines dignarẽtur ſcholaſticos Doctores attendere, & eorum verba terſione nõ egentia ſic pro Eccleſiæ doctrina defendenda recipere, ſicuti contra Eccleſiam quędam aliò detorta venãtur. Si delectantur Thoma & Bonauentura, audiant illos, etiam ante ſynodum Conſtantienſem & omnem de hac re controuerſiam in Bohemia natam, apertum pro nobis teſtimonium proferentes. Sic enim habet Thomas 3. parte, quæſtione 80. articulo 12. Prouidè in quibuſdam Eccleſijs ſeruatur, vt populo ſanguis ſumendus non detur, ſed ſolùm à ſacerdote ſumatur. Et iterum in reſponſione ad tertium argumentum: Repræſentatio dominicæ paſsionis agitur in ipſa conſecratione ſacramenti, in qua non debet corpus ſine ſanguine con-

ne conſecrari. Poteſt autem corpus à populo ſine ſanguine ſumi. Nec exinde ſequitur aliquod detrimentum: quia ſacerdos in perſona omnium ſanguinē offert & ſumit, & ſub vtráque ſpecie totus Chriſtus continetur. Non minùs clarè Bonauentura, in diſtinct.11.quarti Sententiarum, q.2. In ſacramento,inquit,duo ſunt, ſcilicet efficacia & ſignantia.Eſſe igitur de integritate ſacramenti,dupliciter dicitur: aut quantũ ad efficaciam,& ſic neutra ſpecies eſt de integritate,ſed quælibet eſt totum quod habet efficaciam:aut quantum ad ſignationem, & ſic ſunt de integritate, quia neutrâ exprimitur res huius ſacramenti, ſed in vtraque ſimul. Et infrà:Fideles recipiunt perfectum ſacramentum ſub vna ſpecie, quia ad efficaciam recipiunt: Sed quantum ad ſignantiam,ſufficit quòd Eccleſia facit in eorum præſentia:nec oportet quòd ipſi recipiant, propter periculum effuſionis, & propter periculum erroris,quia non crederent ſimplices, in altera ſpecie totum Chriſtum recipere.

Sicut autem Conſultor hos Scholaſticos, ita contra propriam ſententiam etiam Do. Ruardum piæ memoriæ præceptorem noſtrum citat, dicenti illud Chriſti, Niſi man-

ducaue-

ducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem etc. in ſacramētali manducatione pleniùs & perfectiùs impleri, & cum fructu maiore,tanquam videlicet ſentiret,fructum maiorem eſſe in vtriuſq; ſpeciei quàm in alterius ſumptione:cùm tãtùm dicat,plus fructus eſſe ex ſacramentali ſumptione Euchariſtiæ, quàm ex ſola ſpiritali manducatione & bibitione,quæ fit citra ſacramentum. Nec D. Ruardi verba ſyncerè citat.Sic enim habet folio 396.2.tomi. Sãcti quos citat Epiſcopus Roffenſis,interpretando accommodant verba Saluatoris ad eſum & potum ſacramentalem, maximè quia in eorum Eccleſijs mos obtinebat, quòd ſub vtraque ſpecie toti populo ſacramētum miniſtraretur:et quia perfectiſsimus eſt hic modus manducandi carnem & bibendi ſanguinem ſubſtantialiter ſub ſacramento præſentem,& verba Saluatoris in ſacramētali manducatione pleniùs & perfectiùs implentur, atque cum fructu maiore.Conſultor autem omittit hęc verba (ſubſtantialiter ſub ſacramēto pręſentem.)Et addit poſtea D. Ruardus:Quòd verò dicit Caietanus hęreſim ſequi, ſi intelligatur de ſacramento, verum dicit:ſi generalis eſſet intelligentia,compre-

hendens

hendens omnes Chriſtianos etiam infantes, & intelligeretur de manducando & bibendo ſub proprijs ſpeciebus. Sed hoc modo nõ intelligit Roffenſis Epiſcopus.

Fol. 30. facie 1. Tandem ſubijcit Conſultor: *Non poſſum hic prꝺterire ſcriptorem quendam recentem, Thomam Elyſium Neapolitanum, qui in grandi quodam volumine, quod Clypeum piorum aduerſus hęreſes inſcripſit, cùm in defenſionem alterius ſpeciei omni conatu incumbat, tamen hæc verba ſubijcit. Stando, inquit, in expoſitione beati Auguſtini, licèt veriſsima ſit, tamen concludit, quòd omnes adulti, non habentes obicem, deberent ſumere ſub vtráque ſpecie: ex quo habeant ſumere corpus & ſanguinem ſacramentaliter, quod eſt ſumere corpus ſub ſpecie panis, & bibere ſanguinem ſub ſpecie vini, vt dicit Chriſtus.*

Quorſum quæſo hic Conſultor ex Catholicis quibuſcunque & qualibuſcunque corradit, quod aduerſus vnius ſpeciei communionem vel prima facie aliquo modo facere videtur, niſi quia ipſe contrariæ videtur eſſe ſententiæ? Vnde quicquid Catholici pro vnius ſpeciei communione adferunt, ſuprà infirmum iudicauit. Et nunc quẽdam Neapolitanum ſcriptorem adducit, dicentem ex expoſitione Auguſtini veriſsima ſequi, omnes adul-

nes adultos debere cõmunicare ſub vtraq́; ſpecie:ſi tamẽ verba authoris bona fide citet. Ex qua ratione & D. Ruardum, quem Decanum Louaniẽſem vocat, tanquam rationibus contra Catholicos obiectis non ſatisfaciat, notat. Et folio 31. de eodẽ D. Ruardo loquens: *Non ſatis autem,* inquit, *ſibi conſtare videtur vir quidam magnæ autoritatis, cuius nomen honoris cauſa ſupprimo, qui hæc pericula & ſcandala ſacrilegij et irreuerentiæ ex ſanguinis effuſione tantopere vrget, vt ſcribat huic periculo non poſſe prouideri, niſi per calicis ablationem: ac niſi à Rectoribus Eccleſiæ id fiat, omnem culpam illis imputandam: præſertim quia hoc ſacrilegiũ non ſit inter caſus inopinatos & rarò contingentes. Atqui idẽ ipſe fatetur Patrum tempore eadem pericula fuiſſe metuenda, Patreſq́; ijs periculis fuiſſe cõmotos aſſerit: ſed ne ea tollerent, maiore periculo fuiſſe prohibitos, quod ex mutatione diuturnæ conſuetudinis (quam Paulus approbauerat, & ferè tota obſeruabat Eccleſia, quæq́; nil in ſe mali habebat) metuebatur: quibus de cauſis à Patribus multo tẽpore fuiſſe diſsimulatum. Quid verò ſi quis dicat, ſi tam grãde & tam præſens ſacrilegij periculum & ſcandalum imminebat ex diſpenſatione ſanguinis, cui niſi per ablationem calicis occurri non poßit, non fuiſſe vllo modo diſsimulãdũ, ſed tam periculoſam & pernicioſam*

tioſam conſuetudinem protinus reſcindendã fuiſſe: quod eò facilius effici potuiſſet, ſi, vt alibi dicitur, varius & indifferens communionis vſus in Eccleſia fuiſſet. At quomodo hîc dicitur ea conſuetudo fuiſſe diuturna, à Paulo approbata, & à tota ferè Eccleſia obſeruata, quomodo verò nihil in ſe mali habebat: ſi tantum ſacrilegij periculum, non ſecundum quid, ſed abſolutè habebat adiunctum? Si igitur tantum momenti fuit in illa conſuetudine, vt ob eam illud tantum periculum eſſet diſſimulandum: non inutile ſanè erit hanc reſtituere, ſi modò diligens opera adhibeatar, ad hoc periculum prohibendum. Et quidem prohiberi poſſe hoc periculum, cõditio illa, qua Bohemis in Concilio Baſilienſi conceſſa, Germanis in Comitijs aliquando oblata, & nunc tandem in Concilio Tridentino, iudicio Pontificis in vtraq; ſpecie communicatio permiſſa eſt, ſatis declarat. Nempe vt diligens cura adhibeatur, ne in ſanguinis adminiſtratione aliqua irreuerentia & prophanatio admittatur: quod ſtultè & temerè, imò ſceleratè & ſacrilegè caueretur, ſi nullo modo, niſi calicis ablatione, huic periculo prouideri poſſet. Sic Conſultor.

Ego autem D. Ruardi verba, quæ ipſe cauillatur, bona fide recitabo. Sic igitur habet folio 360. 2. tomi: Hæc communio popularis ſub vtraque ſpecie periculum ſacrilegij

habet

habet annexum in ſpargẽdo ſanguine Chriſti,& in omiſsione calicis nullum interuenit peccatum aut periculum, nec aliqua gratiæ ſpiritualis iactura. Et quia hoc ſacrilegium non eſt inter caſus inopinatos, aut rarò contingentes, propter magnam populi communicãtis diuerſitatem (id quod & experientia teſtatur) non ſolùm ei cuius negligentia contingeret, imputaretur, ſed & populo,& ipſis Eccleſiæ Rectoribus. Imprudentiæ enim Rectoris imputatur defectus non rarus, ſi poteſt prouidere & non prouidet,& populo, quod mauult cum hoc irreuerentiæ Chriſti periculo communicare, quàm ab vtraque ſpecie abſtinere. Et folio 368. Periculum hîc eſt irreuerentiæ ex ſanguinis Chriſti effuſione, ſi paſsim & promiſcuè multitudo populi Chriſtiani ex calice communicaretur,& hoc frequens, propter diuerſitatem communicãtium,& multorum inconſiderationem. Cui periculo prouideri non poſſet, niſi per calicis ablationem, per quam nullum, vt diximus, patiuntur detrimentum. Et folio 377. Tota hæc tempeſtas non ſuper re aliqua, ſed ſuper ſolo ſanguinis ſigno ab aduerſarijs excitatur. Et ſi tempore Patrum, ad quod prouocat

quid in hac re paſsim obſeruari poſsit citra dominici ſanguinis irreuerentiam. Nam circa ea quæ ab experientia pendent, non promiſit Dominus Chriſtus generalibus Concilijs vel Pontifici ſuæ veritatis perpetuam aſsiſtentiam. Quis (inquit Auguſtinus libro ſecundo de baptiſmo contra Donatiſtas capite tertio) neſciat ipſa Concilia, quæ per ſingulas regiones vel prouincias fiunt, plenariorum Conciliorum authoritati, quæ fiunt ex vniuerſo orbe Chriſtiano, ſine vllis ambagibus cedere, ipſaque plenaria ſæpè priora poſterioribus emendari, cùm aliquo experimento rerum aperitur quod clauſum erat, & cognoſcitur quod latebat, ſine vllo typho ſacrilegæ ſuperbiæ, ſine vlla inflata ceruice arrogantiæ, ſine vlla contentione liuidæ inuidiæ, cum ſancta humilitate, cum pace catholica, cum charitate Chriſtiana? Nota.

Nec ſtulta vel ſacrilega eſt cautio, qua præſcribuntur cauenda pericula, etiam ſi credantur exactè omnia caueri non poſſe. Nunquid ſtultè præcipitur nobis, vt omne omnino peccatum, etiam veniale caueamus? Minimè gentium.

Et tamen exactè omnia vitare non poſſumus. Ad hoc vt aliquid ſanctè & prudenter præcipiatur, ſatis eſt ſi per præceptum ſperentur multa ſaltem mala cauenda, etiamſi omnia exactè caueri nō poſsint. Et prudentis legiſlatoris eſt, etiamſi ſciat aliqua mala ex ſua conceſsione oritura, ea tamē permittere ad vitandum maius malum.

Et vbi quæſo dicit Dominus Ruardus, tempore Patrum eadem pericula fuiſſe metuenda? Nónne apertè ſentit, quòd conſuetudo vtriuſque ſpeciei à populo ſumendæ, nihil periculi vel mali in ſe habebat tempore Patrum, quando ſcilicet neque tanta erat fidelium multitudo, neque tam incircumſpecta & indeuota, quàm ſequentibus ſeculis? Quod igitur Conſultor dicit, *quòd ad tempus Patrum attinet, non videntur tam grauia & crebra hæc pericula accidiſſe*, etiam ſecundùm D. Ruardi ſententiam verum eſt: quia ſcilicet minor, & circunſpector atque deuotior erat plebs fidelium: & quia frequentiùs communicabant, ex vſu ſciebant maiorem adhibere reuerentiam. Et ſi qua acciderunt rarò pericula, non propterea ſtatim fuit conſuetudo mutanda.

Conatur autem Conſultor 30. folio rationes

tiones Catholicorum,imò ſynodi Conſtantienſis,quibus vnius ſpeciei communio laudabilis eſſe oſtẽditur, diluere,& conuellere. Sed priuſquam rationibus eius reſpondeamus,operæpretium fuerit oſtendere, ipſum, quanuis ſe veluti medium inter vtramque partem exhibeat,magis tamen videri ad hęreticorum partem accedere.

In primis igitur nuſquam ex ſua perſona abſolutè fatetur, communionem ſub vtraq; ſpecie non eſſe ex Chriſti inſtituto vel præcepto neceſſariam: Sed dum hoc ait,ſemper vel ex aliorum perſona, vel ſub conditione loquitur,vt claret in titulo libelli. Et fol.23. *Hanc cõſuetudinem,*inquit,*qui initio admiſerunt, Chriſti inſtitutum & vetuſtum ac catholicũ Eccleſiæ morem non ſic interpretati ſunt,vt eo abſolutam vtriuſque ſpeciei diſtribuendæ neceſſitatem praſcribi & exigi putârint,ita vt in altera tantùm ſpecie diſtributio, nefaria & Chriſti præcepto ſimpliciter contraria ſit habenda: ſed populo & Clero non ſacrificanti, ad vim & efficaciam huius ſacramenti percipiendam,in altera, hoc eſt panis ſpecie perceptionem ſufficere putauerũt.*Item folio 27.*Hæ omnes rationes etſi non ſimpliciter neceſſariam,tamen magis conuenientem & congruam huiuſmodi integram diſpenſationem cõuincunt.* Et quia vi-

dit Conſultor,ex patribus apertè conuinci, vnius ſpeciei cõmunionem fuiſſe frequentatam,adinuenit, vel ab alio fortè adinuentam gloſſam Lectori proponit:vt ſcilicet ex Chriſti inſtituto neceſſaria ſit cõmunio populi ſub vtraq; ſpecie,in ſolenni,publica, & ordinaria atque legitima celebratione corporis & ſanguinis domini: ſicut dicit folio 1. ſenſiſſe omnes Veteres.Citatq; Veterũ verba,quæ neceſsitatem hanc docere imperitis videantur.Folio autẽ 24.ait:*Statuebant itaque ob certas & graues cauſas,quæ neceſsitatis pondus habere videbãtur,ſanguinis dominici exhibitionem in populo communicando omitti poſſe.* Quaſi videlicet ita Chriſtus voluerit omnes cõmunicare ſub vtraq; ſpecie,ſicuti voluit omnes baptizari,dicens: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, nõ poteſt introire in regnum Dei.Quo verbo non obſtante,fatemur adultos fideles, qui propter aliquã neceſsitatẽ baptizari nequeũt,& ſic moriũtur, ſaluos fieri. Eodẽ ſanè modo putare videtur iſte Conſultor,omnes debere ſub vtraq; ſpecie cõmunicare: quanq̃ ſub vna ſpecie cõmunio celebrari poſsit,ſi adſit cauſa,quę põdus neceſsitatis habere videatur. Sed hæc gloſſa nullo modo cõuenit verbis Veterum.

Ioan.3.

Nunquid

Nunquid enim rationes illæ habebãt põdus neceſsitatis, à diuina inſtitutione eximẽtis, quando Romæ ob coitum cõiugalem à Baſilicis martyrum abſtinentes, domi ſumebãt corpus Chriſti? quod exẽplum recitat Hieronymus. Nunquid tempore Tertulliani, dum vxor quotidie domi ſecretò manè ante omnẽ cibum ſumeret corpus Chriſti, erat hęc neceſsitas à diuina lege eximẽs? Nũquid Heremitæ ſolitudini ſtudẽtes, talẽ neceſsitatẽ habebant, vt à diuina inſtitutione eximerentur? quod exemplum ex Baſilio recitat Conſultor. Nunquid ſi aliquis eſt nauigaturus, in tali eſt neceſsitate, vt Chriſti inſtitutum poſsit prætermittere? quod eſt exemplum Ambroſij. Clarũ eſt igitur gloſſam Conſultoris veterum Doctorũ ſentẽtijs nõ ſatisfacere. Quare aut Veteres Chriſti inſtitutionẽ violaſſe dicat, aut nobiſcum ſentiat Chriſti inſtitutionem non exigere, vt ſub vtraq; ſpecie plebs Euchariſtiam ſumat.

In Apologia cõtra Iouinianum.

In oratione funebri de obitu fratris.

Eſt autem hęc gloſſa etiã ipſius Brẽtij hęretici. Sic enim is habet in Apolologia Confeſsionis VVirtẽbergẽſis, poſteriore parte ſecũdę pericopes: *Expendemus nunc, quis ſit præcipuus in hac cõtrouerſia de vſu vtriuſq; partis ſacramenti, in cœna dominica ſtatus. Primũ enim nõ iam*

Fol. 810.

horreat, & vtatur pane tantùm, aut præ morbi magnitudine non poſſit veſci pane, & vtatur vino tantùm, quod exemplum extat apud Euſebium, in Eccleſiaſtica hiſtoria lib.6.cap.44. & tamen interea Eccleſia vtitur in cœna domini integro ſacramento, tunc exempla illa paucorum perſonalia, generali inſtitutioni Chriſti nihil derogant. Et folio 824. *Vera Eccleſia,* inquit, *cùm audit vocem domini Ieſu Chriſti ſponſi ſui, de calice, Bibite ex eo omnes, tanta eſt erga Seruatorem ſuum reuerentia et obedientia, vt niſi quem manifeſta neceſſitas excuſauerit (ſicut ſuprà dictũ eſt) non permittat cuiq; teſtamentum eius, tam apertis & perſpicuis verbis conditũ, violare.* Item folio 834. *Hîc non quæritur, num permanente inſtitutione Chriſti inuiolata, liceat aliquoties, ex perſonali neceſſitate, in cœna vel pane tantùm, vel vino tantùm vti. In hoc enim genere neceſſitas, vt dici ſolet, magiſtra eſt, & valet vetus illud dictum,* ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πάντα δουλοῦται τάχα. *Et, Ne Deus quidẽ cum neceſſitate pugnat. Sed quæritur, ſi quis excitatus ordinatione Chriſti, & conſolationis indigentia ſuſceperit cœnam Domini ſumendam, & reliqua omnia ſalua fuerint, num debeat integrum ſacramẽtum cœnæ, iuxta inſtitutionem Chriſti, an alteram tantùm partem, iuxta decreta Pontificum ſumere. Ac de ijs quidem, qui hactenus communi errore abrepti*

repti ſunt,& tamen retinuerunt fundamentū pietatis,quod eſt Chriſtus,ſuprà dictum eſt. Et Deus tempora huius ignorantiæ hactenus diſsimulauit. Si quis autem his temporibus, quibus Euangelium Chriſti diuino beneficio illuſtratū eſt,& verus vſus cœnæ dominicæ patefactus, alteram tantùm partē cœnæ dominicæ ab Aſoticis ſacrificulis & fraterculis ſciens ac volens ſumpſerit,eum ego iudico non ſimpliciter peccare,ſed Euangelium Chriſti abnegare,& ſeipſum reum conſtituere, non tantùm eius iuſti ſanguinis,quem noſtra memoria Pontifices & ſatrapæ eius , propter vſum vtriuſque ſacramenti effuderunt, verumetiam qui effuſus eſt iam inde à ſanguine Abel iuſti, vſque ad tempora noſtrorum maiorum. Quare in hoc rerum ſtatu tanta eſt neceſsitas ſumendi vtrámque partem cœnæ, vt ſi cui integrum ſacramentum contingere non poteſt, ſaluti conſcientiæ ſuæ magis conſulat, ſi nullam, quàm ſi alteram tantùm partem ſumpſerit.

Hæc ſunt paradoxa & monſtroſa dogmata Brentij,ad cuius partes videtur declinare Conſultor.Sic enim hic habet folio 45:

Conſtat, quibus dictum eſt, Accipite & Edite: iiſdem quoque dictum, Bibite ex hoc omnes: atque iis verbis, non conſecrandi, offerendi atque diſtribuendi poteſtatem(quam ſacerdotum eſſe propriā,

dubi-

dubitandum non eſt, atque his verbis, Hoc facite ijs commendari) ſed vſum & participandi ius à Chriſto inſtitutnm. Atque hæc verba, Bibite ex hoc omnes, non ad Apoſtolos tantùm, vt ſacerdotes, pertinere, declarat Paſchaſius, qui concordem Veterum ſententiam ſecutus, hanc explicationem adiecit: Omnes, inquit, hoc eſt, tam miniſtri, quā reliqui credentes. Et fol. 52. *Alij canonem Gelaſii ad ſolos conficientes referendum putauerunt, cùm alij re diligentiùs expenſa, rectè agnouerint, canonem illum Gelaſii non ad conficientes, verùm ad ipſum populum ſacramenta participantem, referri debere. Item Chriſti apud Ioannem verba: Niſi* Ioan. 6 *manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem etc. alij de ſpirituali tantùm mãducatione, alij verò, priſcorum Patrum authoritatem ſecuti, de ſacramentali ſiue corporali & viſibili intelligendum docent. Ipſa quoque inſtitutionis Chriſti verba, Bibite ex hoc omnes, alij ſolis Apoſtolis, vt ſacerdotibus dicta ſentiunt, alij his verbis pronunciatis, nondum fuiſſe ſacerdotes inſtitutos, ſed Laicorum ſacramenta ſumentium perſonam repræſentaſſe Apoſtolos agnoſcunt: ex quibus interpretationibus, quæ proxima vero ſit, haud ita difficile eſt iudicatu.*

Haud obſcurè hîc vides, Chriſtiane lector hũc Cõſultorẽ ad cõmunionẽ vtriuſq; ſpeciei ſta-

ſtatuendam idem vrgere,quod vrgent Lutherus,Bucerus, Melanthon, & Confeſsio Auguſtana:idem vrgere,quod vrgent Huſſitæ.Nam hîc dicit,illis verbis,Bibite ex hoc omnes,vſum & participandi ius à Chriſto inſtitutum:& his verbis pronunciatis,Apoſtolos repræſentaſſe perſonam Laicorũ Sacramenta ſumentium.Bucerus dicit: *Ad cõmunionem integri ſacramenti vrget,& in ea detinet nos meritò præceptum Chriſti, Accipite,manducate,Hoc eſt corpus meum:&, Accipite & bibite ex eo omnes etc.*Et Caluinus:*Mandatum Chriſti eſt,Bibite omnes.* Idem ſuprà dixit Brentius. Canonem quoque Gelaſij Bucerus, & Cõfeſsio Auguſtana ac VVittenbergenſis ſimiliter vrgent.Verba autem Ioannis 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, etc. Huſsitæ quoque de ſacramentali manducatione,ſiue corporali & viſibili, intelligunt. Et huic ſenſui tribuit hîc Conſultor priſcorum Patrum autoritatem. Huc quoque pertinet,quòd eorum dicat ſe agere cauſam, qui petendo calicem,conſcientiæ ſuę & pio deſiderio ſatisfieri poſtulant.Quænam quæſo eſt hæc conſcientia? An eà, qua iudicant Chriſtum inſtituiſſe, tanquam neceſſariam Laicis communicantibus, vtriuſque ſpeciei ſumptio-

ſumptionem? Sed hæc hæretica eſt, & contraria Conſtantienſi Concilio. Et ideo huic non eſt ſatisfaciendum, ſed, vt deponatur à corde hominis, fortiter reſiſtẽdum. An verò de ea cõſciẽtia agit, qua iudicatur vtilius eſſe cõmunicare ſub vtraq;, q̃ ſub altera ſpecie? Sed & hæc erronea eſt, & deponẽda, vt Deo donante contra Conſultorem poſtea latiùs oſtendetur. Certè, ſi tantopere hi pij maiorem fructum ſpiritalem quærunt, cur obſecro plurimi vtramque ſpeciem deſiderantium, ſacramentum Confirmationis, ſpiritalibus donis pleniſsimum, & dum de vita periclitantur, ſacramentum ſanctę Vnctionis, etiam ſpiritali fructu à Chriſto pulcherrimè dotatum, aut non ſumũt, aut difficulter ad ea ſuſcipienda induci poſſunt? Cur tam rarò, & vix ſemel in anno ſub vnica ſpecie communicant? Cùm ſciant, etiam corpus domini ſub ſpecie panis vberem fructum adferre. Hæc ſanè arguunt, non tam deſiderio maioris fructus, quàm affrictione aliqua ſchiſmaticarum opinionũ has piorũ (vt loquitur Conſultor) conſcientias affici. Nota.

Audi denique, quid dictus Conſultor in alio quodam opuſculo, quod de officio pij viri in religionis diſsidio etc. idem inſcripſiſſe

ſiſſe dicitur (in quo & hęreticis, & in fide nutantibus ſalus æterna promittitur) de vtriuſque ſpeciei communione folio 137. proferat.

Dicit ibi, *quondam cauſam aliquam viſam fuiſſe, cur Laici Dominici calicis vſu prohiberetur, nunc verò multo maiores & grauiores vrgere cauſas, cur reſtituendus videatur.*

Et infrà folio 138. *Cùm hic vſus*, inquit, *Dominici ſanguinis ſimul cum Dominico corpore in huius ſacramenti adminiſtratione, & Chriſti inſtitutionem, & totius Eccleſiæ amplius mille annis & in hunc vſque diem totius Orientis conſuetudinem habeat, multorúmque religioſorum & verè Catholicorum hominum animos hæc conſideratio commoueat, multiſque huius vſus mutatio ab Eccleſiæ ſocietate diſcedendi eique obtrectandi occaſionem præbeat: optandum vehementer, atque adeò elaborandum videtur, vt generali conſtitutione, antiqua hæc, & longo tempore perpetuata, integra ſacramenta adminiſtrandi conſuetudo reuocetur: & calicis ſeu ſanguinis Dominici publicus vſus non abolitus & perpetuo edicto abrogatus, ſed temporario ſtatuto, & ſub forma (vt aiunt) prouiſionis intermiſſus atque ſuſpenſus, exigente illud temporũ neceſsitate, cuius cauſa ſæpè Eccleſiaſtica ſtatuta mutantur, denuo reſtituatur.* Hęc ille.

Vbi

Vbi vult calicis vſum reuocari, ob Chriſti inſtitutionem,& antiquę atq; hodiernæ Orientalis Eccleſiæ conſuetudinem,& quia multorum Catholicorum animos, vt dicit, hæc conſideratio commouet, & ob mutatam calicis diſpenſandi conſuetudinem multi ab Eccleſia Catholica diſcedunt, & ei obtrectant. O rationes inſolubiles. Heus bone vir, ſi Catholici ſunt, qui permouentur Chriſti inſtitutione,& antiquę Eccleſię cõſuetudine, atq; hodiernę Orientalis, ad vſum calicis reuocandum: iam conſequitur, Catholicos eſſe, qui iudicant, Patres Concilij Conſtantienſis non debuiſſe definire, cõſtitutioni Chriſti non aduerſari vnius ſpeciei communionem. Si enim vtraq; communio & quæ fit ſub altera,& quæ fit ſub vtraque ſpecie, conſona eſt Chriſti inſtitutioni, & & non aduerſa, cur potius mouentur iſti religioſi & verè Catholici homines, ad abolẽdam vnius ſpeciei communionem, quàm ad ſeruandam?

Illa quoque ratio prorſus inepta eſt, quòd dicit multos diſcedere ab Eccleſia, ob mutatam conſuetudinem communicandi ſub vtraque ſpecie. Cur enim ex hac cauſa diſcedunt ab Eccleſia, niſi quia iudicant

Eccle-

debeat. In ſua Cõſultatione ſimiliter ita loquitur, quaſi Conſtantienſis ſynodus Chriſti præceptũ ad tẽpus ſuſpẽderit. Et adducit exemplum de forma baptiſmi.

Hac, inquit, *facit exemplum Baptiſmi, quem olim quibuſdã in locis in nomine tantùm Chriſti adminiſtratum, & à Pontifice Romano approbatũ legimus: Quia cùm in ſe Chriſti nomen confeſſionẽ Trinitatis includat, idem valere putabatur, & Apoſtolorum Eccleſiaſticorumq́; ſcriptorum exemplo niti videbatur. Sed quis neſciat, longè illam Baptiſmi formam præferendam, in qua expreſſa Patris, filij, & ſpiritus ſancti inuocatio adhibetur: vt quæ Chriſti inſtitutioni, & Apoſtolicæ ac Eccleſiaſticæ obſeruationi magis ſit conſentanea? Et quamuis vterq; Baptiſmus, tum in vnius Chriſti, tum in triũ perſonarum nomine miniſtratus, idem valeat atq; efficiat: tamen in hac Baptiſmi forma, quã Chriſtus præſcripſit, expreſſior eſt huius myſterij ſignificatio. Ita communicatio illa, quæ in altera tãtùm ſpecie fit, quamuis illi, quæ fit in vtraq́; ſpecie, virtute & efficacia putetur æqualis: tamen in hoc ritu, quem Chriſtus inſtituit, & Apoſtolus tradidit, & Eccleſia ſeruauit, expreſſior eſt dominicæ paſſionis repræſentatio*, Hæc ille.

Folio 48 Adducit Cõſultor exẽplum de forma baptiſmi.

Sed totum falſum eſſe, quòd vnquam fuerit verus baptiſmus, atque valuerit, vel à

Romanis Pontificibus aut Concilijs approbatus fuerit,qui in ſolius Chriſti nomine eſſet collatus , eruditè oſtendit collega meus Magiſter Noſter Michaël de Baij , in tractatu ſuper hoc ædito . Nos tantùm verba Nicolai Papæ ad conſulta Bulgarorum , quæ à Conſultore in margine citantur elucidemus . Sic igitur habet Nicolaus: A quodam Iudęo,neſcitis vtrùm Chriſtiano an pagano,multos in patria veſtra baptizatos aſſeritis : & quid inde ſit agendum, conſulitis. Hi profectò ſi in nomine ſanctæ Trinitatis , vel tantùm in nomine Chriſti, ſicut in Actibus Apoſtolorum legitur , baptizati ſunt (vnum quippe idemque eſt , vt ſanctus Ambroſius exponit) quia non illorum , ſed eius eſt : rebaptizari non debent.

De conſecrat. diſtinct. 4, capit. A quodã.

Hîc in primis manifeſtum eſt, Nicolaum non agere de verbis quibus celebratur baptiſmus. Nemo enim vnquam ſic iudicauit celebrandum Baptiſmum, Ego te baptizo in nomine Trinitatis : Sed ſenſus eius eſt , Cuiuſcunque ſectæ fuerit Baptiſta , ſi Chriſtianum contulit baptiſmum , qui ſolet vocari baptiſmus in nomine Trinitatis , vel in nomine Chriſti (Vnum enim idemque

eſt nomen Trinitatis, & Chriſti: ſicut in Actis Apoſtolicis legimus baptizatos in nomine Chriſti, qui, vt ait Auguſtinus, libro tertio contra Maximinum capit. 17. non intelliguntur baptizati niſi in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: & Diuus Ambroſius inquit, Qui benedicitur in Chriſto, benedicitur in nomine patris & filij, & ſpiritus ſancti: quia vnum nomen eſt poteſtas vna) quia non miniſtrorum, nec ſectarum, ſed Chriſti eſt baptiſmus: non ſunt rebaptizandi. Lib. 1. de ſpirit. ſancto ca. 3.

Sed audi, quid in libro de officio pij viri, fol 139. ſubdat Conſultor.

Quòd ſi tam citò, inquit, vt generali cõſtitutione id fiat obtineri nequeat, conſiderandum pijs & eruditis viris relinquo, quibus vera Eccleſiarũ conciliatio, et piarũ conſcientiarũ pacatio cordi eſt, cõſultũne & probandum cenſeant, ſi quæ Eccleſiæ citra acerbam & odioſam aliarum Eccleſiarũ inſectationẽ & damnationẽ, manẽte cõcordiæ Chriſtianæ vinculo, adhibita quoq; diligẽti inculcatione fructus, qui ex huius ſacramẽti participatione ſuſcipitur, ſenſim & paulatim vtriuſq; ſacramẽti vſum reducãt. Et quẽadmodũ nõnullarũ primũ Eccleſiarũ deſuetudine, à plena integraq; cõmunicatione, quiſ generali obſeruatione, et publica cõſtitutiõe firmata

paulatim receſſum eſt,ita paulatim quoq; ad eandem plenam integramq́; communicationem redeatur:quod ſine vlla nouitatis perturbatione haud ita difficulter fieri poſſe videtur. Sic Conſultor.

Conſultor apertè cõtradicit ſynodo Cõſtãtienſi.

Vbi apertè contradicit ſynodo Conſtantienſi,quę dicit,quòd non licet laudabilem communicandi Laicos ſub vna ſpecie conſuetudinem,ſine Eccleſiæ authoritate immutare.Iſte enim non Eccleſiæ vniuerſalis, de qua ſynodus loquitur, ſed particularis authoritate vult conſuetudinem vniuerſalis Eccleſiæ immutari:aut ſaltem hoc priuatis viris & pijs, tanquam dubium conſiderandum proponit, veluti nihili faciens aut ſaltem non aduertens ſtatutum vniuerſalis Concilij.

Fol.30

Videamus nunc,quomodo in ſua Cõſultatione rationes dicti Concilij & omnium Catholicorum tractet. *His,*inquit,*tantis tãq; multis rationibus, vna in contrarium ratio opponitur,periculum videlicet ſacrilegij,quod hæc communio populi in vtráque ſpecie adiunctum habeat, in ſpargendo ſanguine Chriſti. Quam rationem pijs & eruditis viris expendendam relinquo, an tanti eſſe debeat,vt tam varijs & grauibus rationibus, quæ ſi non neceſſitatem abſolutam, certè inſignem vtilitatem & congruentiam huius integræ com-*

græ communionis demonſtrant, meritò opponi & anteponi poßit: præſertim cùm hoc ſacrilegij periculum in effuſione ſanguinis, non neceſſario huic integræ communioni annexũ ſit: Alioqui enim Eccleſiam veterem vniuerſam ſacrilegij inſimulabimus: Sin autẽ neceſſariò annexum non ſit, omnino huic periculo certis cautionibus occurrere licebit. Quod apud Veteres factum eſt, hodieq; in omnibus ferè Eccleſiis, quæ ſunt extra fines Latinos fit, & haud ita difficulter fieri poſsit.

Plures ſunt rationes, pro communione vnius ſpeciei, quã Conſultor recitat: Quarũ præcipua eſt, quòd Chriſtus non præceperit vſquã, nec tanquã fructuoſiorem conſuluerit communionem ſub vtraq; ſpecie: quanquam nec eam prohibuerit. Quod quia nos cum Eccleſia credimus, omnes rationes aduerſariorũ facilè diluimus: Hæretici contrà, quia ſine Dei verbo, ex ſuo capite ſtatuunt, Chriſtum præcepiſſe vt populus ſub vtraq; ſpecie communicet, cõſuetudinem & rationes Eccleſiæ contemnũnt. Noſtra autem iam dicta ratione præſuppoſita, aliæ rationes quas Conſultor infringere conatur, ſeruiunt, ad oſtendendum cur Eccleſia poſterioribus ſeculis potiùs ſub vna ſpecie quàm ſub duabus populum publicè, & in ordina-

ria atque ſolenni dominicæ mortis commemoratione communicet.

Fruſtrà autem pijs & eruditis viris expédendum relinquit, an rationibus eius multis quas citauit, partim falſis, partim friuolis, debeat opponi & præponi Catholicorum ratio: Quia iamdudum hoc expenſum eſt, non ab aliquibus ſolùm pijs & eruditis, ſed à plenario Concilio Conſtantienſi, & à ſynodo Baſilienſi: & inuentum eſt, quòd præponderant rationes Catholicorum. Et definitum atque à tota Eccleſia receptum eſt, quòd licet in primitiua Eccleſia ſacramentum Euchariſtiæ reciperetur à fidelibus ſub vtraque ſpecie, tamen poſtea hæc conſuetudo, ad euitandum aliqua pericula & ſcandala, eſt rationabiliter introducta, vt à conficientibus ſub vtraque, & à Laicis tantummodo ſub ſpecie panis ſuſcipiatur: cùm firmiſsimè credendũ ſit, & nullatenus dubitandum, integrum Chriſti corpus & ſanguinem tam ſub ſpecie panis, quàm ſub ſpecie vini veraciter contineri. Vnde cùm huiuſmodi conſuetudo ab Eccleſia & ſanctis Patribus rationabiliter introducta, & diutiſsimè obſeruata ſit, habenda eſt pro lege, quam non licet reprobare, aut ſine Eccleſię autoritate pro libito mu-

bito mutare, Sic Cõciliũ Cõſtantiẽſe, ſeſs. 13. Similiter ſynodus Baſilienſis, ſeſsio. 30. cuius hæc ſunt verba. Sacroſancta generalis ſynodus Baſilienſis, in ſpiritu ſancto legitimè cõgregata, vniuerſalem Eccleſiam repręſentans, ad perpetuam rei memoriam. Vt lucidiùs videatur pro declaratione catholicę veritatis, quid circa perceptionem ſacrę Euchariſtiæ tenendum ſit, & agendum pro vtilitate & ſalute populi Chriſtiani, poſt diligentem perſcrutationem diuinarũ ſcripturarũ ſacrorũq; canonũ & doctrinarũ à ſanctis patribus & doctoribus traditarũ, in hac ſancta ſynodo longis temporibus habitam, conſideratiſq; omnibus quæ pro declaratione huius rei conſideranda fuerunt, decernit & declarat eadem ſancta ſynodus, quòd fideles Laici ſiue clerici communicantes, & non conficientes, non aſtringuntur ex præcepto domini ad ſuſcipiendum ſub vtraque ſpecie, panis ſcilicet et vini, ſacrũ Euchariſtię ſacramentum. Sed Eccleſia, quę regitur ſpiritu veritatis, ſecum manente in æternum, & cum qua Chriſtus manet vſque ad conſummationem ſeculi (ſicut ait diuina ſcriptura) ordinare habet, quomodo ipſis non cõficiẽtibus miniſtretur, prout pro reuerẽtia ipſius ſa-

Verba ſynodi Baſilienſis.

Matt. vl.

ipſius ſacramenti & ſalute fidelium viderit expedire. Siue autē ſub vna ſpecie, ſiue ſub duplici quis communicet, ſecundùm ordinationem ſeu obſeruantiam Eccleſię, proficit dignè communicantibus ad ſalutē. Nec vllatenus ambigendum eſt, quòd non ſub ſpecie panis caro tantū, nec ſub ſpecie vini ſanguis tantùm, ſed ſub qualibet ſpecie eſt integrè totus Chriſtus. Laudabilis quoque conſuetudo communicandi Laicum populum ſub vna ſpecie ab Eccleſia & ſanctis Patribus rationabiliter introducta, et hactenus diutiſsimè obſeruata, & à Doctoribus diuinę legis, ſacrarum ſcripturarum atque canonum multam peritiam habentibus, iam à longæuo tempore commendata: pro lege habenda eſt: nec alicui licitum eſt eam reprobare, aut ſine autoritate Eccleſiæ ipſam immutare.

Ecce, ante has ſynodos erat conſuetudo iſta cōmunicandi Laicos ſub vna ſpecie, ex directione Spiritus ſancti à ſanctis Patrib⁹ rationabiliter introducta. Oēs igitur rationes, quaſcunque Conſultor pro abolitione huius conſuetudinis, ſiue reuocatione (vt ipſe loquitur) antiquæ conſuetudinis, quam nuſquam probat in toto vnquam populo ob-

pulo obſeruatam fuiſſe, adfert, tales ſunt, vt ſi nunc moueāt Eccleſiam, etiam ſynodum Conſtantienſem & Baſiliēſem mouere debuerint, vt ab ea definitione, quam protulerunt, abſtinerent. Nunquid enim tempore Concilij Conſtantienſis ac Baſilienſis non extabat Chriſti inſtitutio, & ſcripturæ ſanctæ, cum Patrum veterū & ſcholaſticorum commentarijs & ſententijs? Nunquid tunc non erant eædem ſignificationes & effectus Euchariſtiæ, qui nunc ſunt? Nunquid illud ſuffugium hîc locum habere poteſt, Cōcilia hæc loqui de priuata extraordinaria, nō ſolenni, non publica atque legitima celebratione corporis & ſanguinis Chriſti, ſiue cōmemoratione dominicæ mortis: qualis cōmentarius à Conſultore folio 19. & 24. datur ad dicta ſanctorum patrum, Baſilij, Hieronymi, Ambroſij, Cypriani, & Tertulliani, dum pro veritate catholica loquuntur? Si Concilio Conſtantienſi hunc commentarium aſſuamus, fateri debebimus, ordinariā & legitimam commemorationem dominicæ mortis de Eccleſia Catholica, etiam ante Conſtantienſem ſynodum perijſſe, & apud ſchiſmaticos Græcos, negantes Spiritū ſanctum ex filio procedere, interea remanſiſſe,

& poſtea

& poſtea apud ſeditioſos Bohemos reuixiſ-
Matt. 16. ſe: contra illud Chriſti dictum, Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: & illud
1. Cor. 11. Apoſtoli, Quotieſcunq; mãducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis donec veniat.

Sed Conſultor fortè, ſicut ſuprà dixit, putat nouas nunc exortas eſſe rationes, vt ſi olim fuerit rationabilis cauſa communicandi populum ſub vna ſpecie, nunc ſint multo plures rationes, cur ſub vtraque communicari debeat. At vtinã hoc fateatur, & apertè recipiat verba Synodi Conſtantienſis, & ex corde dicat cũ ſynodo Tridẽtina, ſeſsione 21.

Canones Concilij Tridentini.

Si quis dixerit, ex Dei præcepto, vel neceſsitate ſalutis omnes et ſingulos Chriſti fideles vtramq; ſpeciem ſanctiſsimi Euchariſtię ſacramẽti ſumere debere, Anathema ſit.

Si quis dixerit ſanctam Eccleſiã Catholicam nõ iuſtis cauſis & rationibus adductam fuiſſe, vt Laicos, atq; etiã Clericos non conficientes ſub panis tantũmodo ſpecie cõmunicaret, aut in eo erraſſe, Anathema ſit.

Si quis negauerit, totũ & integrũ Chriſtũ, omniũ gratiarum fontem & autorẽ, ſub vna panis ſpecie ſumi, quia (vt quidam falsò aſſerunt) nõ ſecundùm ipſius Chriſti inſtitutionem ſub

nem ſub vtráq; ſpecie ſumatur, Anathe.ſit.

Vides hîc ſynodum Tridentinam definire, Chriſtum non inſtituiſſe, vt à populo ſub vtraq; ſpecie ſumeretur Euchariſtia: definire quoq;, iuſtis rationibus & cauſis Eccleſiã Catholicam adductam, vt populum ſub vna tantùm panis ſpecie communicaret.

Si quas igitur rationes adducit Cõſultor, quæcunq; ex illis æquè locũ habere potuerunt ante has definitiones Conſtantienſis & Tridentinæ ſynodi, atq; hoc tẽpore, tanq̃ friuolæ & rationibus Conciliorũ poſtponẽdæ, abijciendæ ſunt. Illę autẽ tantũmodo expendi poſſent, quæ ex mutatione tẽporũ & hominũ proferũtur, nũ illæ aut ꝑ ſe, aut alijs cõiũctę aliquod põdꝰ habeãt, nõ quidẽ ad cõtradicẽdũ ſynodis dictis (quod vtiq; habere nõ poſſunt) ſed ad mutationẽ introducẽdã.

In prioris generis rationibus locũ habere debet illud Marciani Imperatoris, poſt definitionẽ ſynodi Calcedonẽſis ab eo dictum: *VERE IMPIVS ET SACRILEGVS EST, QVI POST ECCLESIAE ET TOT SACERDOTVM SENTENTIAM, OPINIONI SVAE ALIQVID TRACTANDVM RELINQVIT.* At alterius generis rationes, quæ

Sentẽtia notatu digna.

propterea nunc conuenientior, imò ordinariè neceſſaria dicatur vtriuſque ſpeciei apud plebem communio, quia inſtitutioné Chriſti homines eruditiores nunc meliùs capiũt: apertè dicitur Eccleſia Chriſti antè erraſſe, & malè dixiſſe, quòd cõſuetudo communicandi populum ſub vna ſpecie, ſit rationabiliter introducta, laudabilis, & pro lege habenda: quodq́ue hoc olim definitum ſit ex ignorãtia. Vnde grauiſsima fit iniuria Chriſto, qui orauit, vt Petri & cathedræ eius fides nõ deficiat: in qua oratione haud dubiè exauditus eſt: Et blaſphematur Spiritus ſanctus, quaſi ipſe & eius doctrina temporum mutabilitati, more aliarum vanarum rerum ſubiaceat: vt nunc cum bonarum & vanarum literarum ſtudijs clareſcat, nũc eiſdem cadentibus, ignorantię tenebris & erroribus inuoluatur: cùm ipſe ſemper nouus ſit, et eádem doctrinam æquè Barbarorum & Scytharũ, vt Literatorũ cordibus inſcribat, atq; Eccleſiam ſuam non ſinat vetereſcere, ſed ſemper eam per gratiam fidei & pietatis iuueneſcere et renouari faciat: vt rectè ex ſcripturis docet Irenæus lib.3.cap.40. His adijcio, quòd ſicuti his temporibus creuit ſtudium & eruditio hæreticorum, ad ſui capitis

Nota.

Citatus eſt in libello noſtro, De Inuoca-

dogmata

tione ſan ctorum, cap. 26.

dogmata ſtatuenda, ita è diuerſo creuit ſtudium & eruditio Catholicorũ, ad Chriſti & Eccleſię eius dogmata defendẽda. Vnde ſicuti ex ſua eruditione poſtulãt hęretici pias Eccleſię conſuetudines immutare, ita cõtrà Catholici ſua eruditione defendunt eas retinendas. Quòd verò putantur vel dicũtur homines iam ad calicis vſum affecti pręſtare pietate ijs, qui olim vna ſpecie cõtenti fuere, ideoq́; pietati eorum nũc vtrãq́; ſpeciem concedendã: confutatione non indiget: cùm pleriq; calicem petentes multis alijs erroribus fidei Chriſtianę cõtrarijs laborẽt. Vnde & tempore Concilij Baſilienſis, et nunc nouiſsimè in ſynodo Tridẽtina ſemper de conditionibus, ſub quibus calicis vſus petẽtibus cõcedẽdꝰ ſit, actũ eſt: inter quas, ſi calicis vſus cõcedendus videretur, ſemper ab omnibus iudicatum eſt, hanc conditionem adijciendam, Si in hoc articulo, De cõmunione ſub vtraq́; ſpecie, & in omnibus alijs corde credant, et ore cõfiteãtur Catholicã veritatem.

Ponit igitur in libro de officio pij viri & aliam rationẽ attingẽtem diuerſitatem temporũ: *Quia*, inquit, *plurimi nunc, & plures quàm olim ab Eccleſia deficiũt, ob negatum calicis vſum.* Addo ego, ſi ei placet, ſimilis farinæ tertiam: Quia

Quia nunc plures, vt arbitror, quàm olim ſunt inflammatores imperitorũ ad improbè poſtulandas bonarum conſuetudinum eccleſiaſticarum mutationes. Sed hęc ratio debet nos potiùs mouere in diuerſum. Nunc enim filij lucis tanto ardentiùs ad Deũ confugere, & quæ ab Eccleſia probata & tradita ſunt, tueri debent, quãto plures vidẽt fortiùs ea iniquè improbare & oppugnare: vt dicere poſsint cum Dauide: Tempus faciẽdi domine diſsipauerũt legem tuam. Ideo dilexi mandata tua ſuper aurum & topazion: Propterea ad omnia mãdata tua dirigebar, omnem viam iniquã odio habui. Sed infrà Deo donante, latiùs oſtendetur, ad quid nos mouere debeat niſus hæreticorum contra eccleſiaſticas conſuetudines. Nunc ita reſpondendum eſt Conſultori, & in eo omnibus idem poſtulantibus, quaſi neque Conſtantienſis, neque Tridentina ſynodus conſuetudinem communicãdi Laicos ſub vna ſpecie approbaſſet, & adhuc pijs viris & eruditis eſſet liberum expendere, quæ rationes quibus præualeant. Sic enim proponit expendendum Conſultor. Pſal. 118.

Concilium itaque Conſtantienſe primò recitat duos errores. Primùm quoſdam in

nonnullis

Æneas Syluius,poſtea Pontifex Pius ſecundus dictus,in hiſtoria Bohemica cap. 35. inter articulos Huſsitarum eorumque impia dogmata ſecundo loco hoc recenſens:ſacerdotem nimirum quocunq; loco, quocunq; tempore ſacrum Chriſti corpus conficere poſſe,& petentibus miniſtrare, atque ſufficere ſi verba ſacramentalia tantùm dicat.

Quiſquis abſurdiſsimos Huſsitarum errores, & hiſtorias illius temporis relegerit, facilè credet narrationi Concilij.

Recitatis igitur his erroribus,Concilium Conſtantienſe indicato præcipuo argumẽto horum errantium, nempe quòd Chriſtus poſt cœnam inſtituit,& ſuis diſcipulis adminiſtrauit ſub vtraq; ſpecie panis & vini,hoc venerabile Sacramentum: primùm cõfutat ſecundum errorem,dicens:Hoc tamen non obſtante,ſacrorum canonum autoritas,laudabilis & approbata conſuetudo Eccleſiæ (quæ ſcilicet à Spiritu ſancto ſic dirigitur,vt violationem præceptorum ſponſi ſui Chriſti nõ approbet) ſeruauit & ſeruat,quòd huiuſmodi Sacramentũ non debet confici poſt cœnam,neque à fidelibus recipi non ieiunis, niſi in caſu infirmitatis aut alterius neceſsitatis,à iure vel Eccleſia cõceſſo vel admiſſo.

S Deinde

Deinde hoc ſecundo errore confutato, Cõcilium manu ducit nos, vt intelligamus etiam cõfutationẽ primi erroris. Quia ſicuti Eccleſia rationabiliter cõſueuit ieiuna conficere & recipere hoc ſacramentum, nõ obſtante Chriſti facto & exemplo, qui nõ ieiunus cõfecit, & nõ ieiunis diſtribuit, eò quòd Chriſtus nõ pręceperit, vtrùm cœnatum an ieiunũ ſumere oporteret hoc ſacramentũ, ſed hoc, tanquã ad ſubſtantiam ſui ſacramẽti & præcepti non pertinens, in arbitrio Eccleſiæ, prout expedire iudicauerit, ordinãdũ reliquerit: Ita ſãcta ſynodus ſciẽs, nõ pertinere ad ſubſtantiam Sacramẽti & præcepti Chriſti, an populus ſub vna panis, an ſub duabus ſpeciebus ſumat Euchariſtiam, docet ſimiliter à Chriſto in arbitrio Eccleſiæ relictum, vt ordinet an expediat ſub vna panis ſpecie, an ſub vtraq;, panis & vini, populum Chriſtianum ſumere hoc ſacramentum. Et ſubdit: Et ſic (non eſt legendum Sicut) hæc conſuetudo ad euitandum aliqua pericula et ſcãdala eſt rationabiliter introducta, quòd (licet in primitiua Eccleſia huiuſmodi ſacramentũ reciperetur à fidelibus ſub vtraq; ſpecie) poſtea à conficientibus ſub vtraque ſpecie, & à Laicis tantummodo ſub ſpecie

panis

panis ſuſcipiatur. Vbi Concilium aliud argumentum errãtium recitat, nempe exemplum Eccleſiæ primitiuæ: In quo tamẽ non dicit, quòd in primitiua Eccleſia vbique & ab omnibus fidelibus recipiebatur ſemper, in ordinaria commemoratione dominicæ mortis, & publica, ſub vtraq; ſpecie: ſed tantùm, quòd in primitiua Eccleſia recipiebatur à fidelibus ſub vtraq; ſpecie. Quod optimè conſiſtit, ſi alicubi in primitiua Eccleſia, & aliquando, & ab aliquibus dé populo ſumebatur ſub vtraq; ſpecie, etiamſi alijs locis, vel eiſdem locis ab alijs, vel alio tempore etiã ſub vna ſpecie tantùm cõmunicabatur.

Recitat ergo Synodus tria capitalia Conſultoris & aduerſariorũ argumẽta: Chriſti inſtitutionẽ ſub vtraq; ſpecie, Chriſti diſtributionẽ ſub vtraq; ſpecie, & exẽplum Eccleſię primitiuę. Cõtra errorẽ autẽ iſtũ Concilium primũ dicit, cõſuetudinẽ communicãdi Laicos ſub panis tãtummodo ſpecie, hoc eſt, ſic communicandi Laicos, vt nulli daretur dominicus ſanguis ſub ſpecie vini, eſſe à ſanctis Patribus introductam. Nõ dicit cõſuetudinẽ cõmunicãdi ſub vnica ſpecie panis introductã poſtea. Nã & ea in primitiua Eccleſia fuiſſe traditur à Tertulliano, Cypria. Hiero-

nymo,Baſilio,& Ambroſio,vt fatetur Con-
Fol.14. ſultor:ſed dicit, conſuetudinem vt à Laicis ſub ſpecie panis tantummodo ſuſcipiatur, ita vt ab eis nunquam ſub ſpecie vini accipiatur Euchariſtia,eſſe poſtea introductam. Et addit cauſas rationabiles duas: primùm, pericula irreuerentiæ erga dominicum ſanguinem: deinde,ſcãdala erroris circa hoc ſacramentum. Atque tertio loco id annectit, quo multa errantium argumẽta ſoluuntur, Cùm firmiſsimè credẽdum ſit,& nullatenus dubitãdum,integrum Chriſti corpus & ſanguinem ſub ſpecie vini veraciter contineri.

Ex quo primùm patet, non eſſe de ſubſtantia huius ſacramenti ſumptionẽ vtriuſq; ſpeciei.Cùm enim ſub vna ſpecie integrè habeatur totus Chriſtus, qui eſt ſubſtantia ſacramenti,patet totam ſubſtãtiam ſacramenti eſſe apud eum, qui vnam ſpeciem ſumit. Præcepta autem Chriſti ſubſtantias ſacramentorũ concernunt. Accidentalia reliquit in diſpoſitione Eccleſiæ, ſecũdùm quod pro temporum & perſonarum varietate expedire iudicauerit.Deinde ex eodem manifeſtum euadit,eũdem effectũ ſacramẽti eſſe in vnius ſpeciei ſumptione, qui eſt in vtriuſq;. Quia effectus & operatio ſubſtãtiam rei ſequitur,

quitur, quæ eſt in hoc ſacramento dominus Ieſus Chriſtus. Patet tertiò, fideles vnius ſpeciei communione contentos rem ſacramēti, nempe Chriſtum præcipuè attendere, cùm illi qui vtramq; ſpeciem tanquam neceſſariam requirunt, ſignis & ſpeciebus externis potiùs quàm rei contentæ intendant.

Porrò quēadmodū Conſultor ſuprà vrſit tria hæreticorū argumēta capitalia, nempe Chriſti inſtitutionem, Chriſti diſtributionē, & exemplū primitiuæ Eccleſiæ: ita quatuor Cōcilij dicta conatur impugnare. Primū impugnat hoc modo, folio 31: *Tertiò*, inquit, *hæc mutatio conſuetudinis in vtraq; ſpecie cōmunicandi, nō ex conſtitutione aliqua cœpiſſe, ſed paulatim, contraria cōſuetudine inoleuiſſe dicitur: cui periculū hoc effuſionis, vel ſolum vel præcipuè occaſionem dedit.* Quid hoc ad rem? Etſi nō cœpit hæc mutatio conſuetudinis aliqua conſtitutione, tamen confirmata eſt per conſtitutionem vniuerſalis Concilij. Et conſtitutio hęc cōſuetudine poſterior, quę directione Spiritus ſancti in vniuerſali Cōcilio facta & à tota Eccleſia approbata eſt, teſtatur cōſuetudinem illā cœpiſſe directione Spiritus: & contrà, cōſuetudo directione Spiritus inchoata, & à ſanctis Patribus diutiſsimè obſeruata,

Cōſultor Concilij Conſtantienſis quatuor dicta ſeu rationes impugnat.

Impugnatio primi dicti.

 atteſtatur

atteſtatur conſtitutioni Concilij. Non enim Spiritus ſanctus Eccleſiā tantùm dirigit per cōſtitutiones & canones, ſed etiam per pias cōſuetudines & earum introductionem, vt omnibus Eccleſiæ Catholicæ filijs eſt notiſſimum. Secundum Concilij dictum, quo dicit, rationabiliter introductam conſuetudinem communicandi populum ſub panis ſpecie dūtaxat, ob pericula irreuerentię erga dominicū ſanguinē, impugnat, dicēs fol. 30. *hoc ſacrilegij periculum nō neceſſariò integræ communioni annexum eſſe.* Et folio 32. *Veteres*, inquit, *hoc periculo animaduerſo, ſatiùs putabant, ſi quouis alio modo illi occurreretur: Id quod fiſtulæ illæ declarant, quarum in communione calicis dominici, quam Confirmationē quoque vocabant, tùm in Romana, tùm in prouincialibus Eccleſiis vſum fuiſſe, libelli ordinis Romani teſtantur. Cuiuſmodi fiſtulæ calicibus ipſis adiunctæ paßim adhuc hodie viſuntur. De monaſterijs quoq; , præſertim Ciſterciēſium & Cartuſienſium hoc idem conſtat.*

Secundi dicti impugnatio

Reſpondemus, in legibus condendis & cōſuetudinibus rationabiliter introducēdis nō debere attēdi, quid abſolutè poſsibile ſit, ſiue quid homines apud ſe otioſi ſpeculētur, ſeu quid in imaginaria Republica pulchrū ſit: ſed quid hominū multitudini expediat,

In legibus condendis quid cōſiderādū.

quid

quid plerunq; euenire ſoleat,& cui vitio vtplurimũ cõmunitas,ſiue pleriq; de cõmunitate ſubiaceant. Cùm igitur iuxta præcepta primę tabulę ex lege naturali atq; diuina teneamur maximè vitare omnẽ diuinæ maieſtatis irreuerentiã, & omne id vnde diuinus cult⁹ quouis modo cõſpurcatur atq; vileſcit: rectiſsimè cenſuit Eccleſia omne id prætermittendũ, quod vtplurimũ Deo irreuerentiã, per hominũ negligẽtiã atq; infirmitatem vel malitiã adfert: pręſertim quãdo abſq; diuini præcepti violatione,& abſq; detrimẽto fructus ſpiritalis pręternitti poteſt. Vnde Apoſtolus iuniores viduas, quę tũ liberè extra monaſteria viuebãt, ad votũ caſtitatis nõ admittit: quia ſcilicet ex earũ poſtea incontinẽtia plerunq; Gentiles ſumebãt occaſionem blaſphemandi Chriſtianã religionẽ. Et quia plerunq; votũ non ſeruabant, rarò ex talium voto fructus ſpiritalis proueniebat. Sic in præſenti negotio, cùm ſcirẽt ſancti Patres, neq; Chriſtũ præcepiſſe vt populus ſumeret vtramq; ſpeciem, neq; maiorem fructum eſſe ex vtraq; ſpecie quàm ex altera, viderẽtq; vtplurimũ periculũ imminere ex cõmunione calicis toti populo cõmuni, idq; per longã magiſtrã taliũ rerũ experientiam,

cenſuerunt introducendam eſſe conſuetudinem talē, qua iſtud periculum irreuerentiæ erga Deum in cultu diuino euitaretur. Et poſteà hanc conſuetudinem, tanquā ſacroſanctam, tota Eccleſia Catholica ex propoſito ſynodali conſtitutione firmauit.

Declaratio periculi irreuerentiæ ex cõmunione calicis prouenturi, ſi Laicis permittatur.

Licèt autem ſola ferè experiētia doceat, quantum ſit irreuerentiæ periculum, tamen conemur hoc vtcunq; delineare, vt vir prudens ex paucis plura, ex paruis maiora coniectet, etiam citra experientiam.

In primis igitur neceſſe erit in parochijs, vbi mille vel plures ſunt communicantes, plurimum vini conſecrare, & hoc vel in maximo calice ſiue cantharo, vel in varijs calicibus & cantharis. Quàm hoc ſit decens, pijs & eruditis viris relinquo æſtimandum. Certè Innocentius quartus, ſcribens in tertium Decretalium, titulo de celebratione Miſſarum, capite Ex parte, dicit non eſſe decens, tantum ſanguinem conficere, vt in monaſterio Ciſtercienſium quilibet monachus aliquid meri ſanguinis bibat. Et ante eum Gregorius primus ad Auguſtinum Epiſcopum Anglorum, ſeu potius Gregorius tertius in epiſtola ad Bonifacium: In Miſſarum ſolēnijs, inquit, illud obſer-

Fol. 181. a. tomi

obſeruandũ eſt, quod dominus noſter Ieſus Chriſtus ſanctis ſuis tribuit diſcipulis. Accepit nãque calicẽ, & dedit eis, dicens: Hic calix noui teſtamenti eſt in meo ſanguine. Hoc facite quotieſcunq; ſumitis. Vnde cõgruum non eſt, duos vel tres calices in altario ponere, cùm Miſſarum ſolénia celebrãtur. Ex quo apparet, Gregorium tertium et Innocentium quartum non fuiſſe in ea opinione, quòd vniuerſus populus, etiam antiquis temporibus biberit de vino conſecrato. Damaſus quoque in libro de Pontificibus, in Syluestro deſcribens dona templis oblata, ſiue à Sylueſtro, ſiue à Conſtantino, patenas, ex quibus puto ſumptum dominicum corpus, longè maioris ponderis deſcribit, quàm erant calices, in quibus conſecrabatur dominicus ſanguis. Nam in prima Baſilica dicit oblatas patenas aureas, penſantes ſingulas libras 30. ſcyphos ex auro penſantes libras 10, calices minores ex auro, pẽſantes ſingulos libras ſingulas. Cur maioris põderis erat patena dominici corporis, q̃ calix, niſi quia plures de corpore q̃ de ſanguine ſumebant? Deſcribit quoque calices miniſteriales, quos arbitror fuiſſe eos, per quos diaconi plebi offerebant dominicum ſanguinem.

Conciliorum.

nem. Quam paruos quoq; calices habuerint ſancti, qui Germanis Chriſtũ annuntiârunt, ex monumẽtis vetuſtatis, quæ in multis mo naſterijs ſeruãtur notũ eſt. Si igitur mille et eo amplius homines de ſacro calice biberẽt, et quãtũ ſufficeret cõſecraretur, aut magnos calices aut plures habere oporteret, ſępiuſq; deberet transfundi dominicus ſanguis, & ad populũ deferri. Quantũ autẽ in hoc effuſionis periculum eſſet, quilibet ſatis videt: cùm etiam iam grandi cautela & diligẽti obſeruatione opus ſit, ne caſu aliquo calix, breui tempore in altari permanẽs, euertatur. Sed demus, in triennio ſemel tantũ cantharũ alicubi euerti, nónne grãde eſt ſaçrilegiũ commiſſum, ac proinde iuſtus atq; inexplicabilis fideliũ gemitus? Scim⁹ hęc magno cachinno excipi ab hęreticis, qui dicũt extra vſum ſiue eſum & potum, non eſſe ſacramentum, & ideo cum effunditur, nihil effundi pręter genimen vitis: Inter quos etiam Brentius nouo & inaudito figmẽto tradit, quomodo poſsit etiam paruo calice pro toto populo haberi dominicus ſanguis: dicens, veluti ex Catholicorum ore: *Non inueniretur vaſculum tam amplum, in quo tantũ vini contineretur, quantum in Paſchate pro decẽ aut viginti millibus perſonarum*

ſonarũ ſufficeret. Ac deinde ex ſua ſentẽtia ſubdẽs: *Sumatur ergo vaſculũ vſitatũ, & ſi euacuatũ fuerit, iterũ impleatur. Omne enim vinũ, quod in cæna dominica porrigitur & ſumitur, ſanctificatũ eſt verbo domini in ſanguinẽ eius.* Sed hæc indigna ſunt refutatione, cũ vniuerſi Patres nõ ſumptione & porrectione vini, nec voce domini, quã dixit in cœna & tranſijt, ſed verbis Chriſti à ſacerdote prolatis dicãt conſecrari panẽ & vinũ, quæ ſacerdos præſentia habet, mutariq; in corpus & ſanguinẽ Chriſti.

Secũdò præter periculũ quod eſt ex magnitudine vel multitudine vaſculorũ, & deportatione atq; transfuſione, eſt etiã grande irreuerentiæ periculũ ex porrectione, & ipſa ſumptione. Quàm enim facile eſt, vt in populo numeroſo, in quo ſenes tremuli, hebetes & improuidi adoleſcẽtes, pueri & puellæ vel naturali imprudentia, vel imprudẽti deuotionis feruore auidè hauriunt, guttulã ſanguinis dominici, vel in ſinum proprium, vel in maxillas ſeu barbas effundant! quàm etiam facilè eſt vt barbati antè ſuperiores barbæ crines, quàm labra dominico ſanguini immergant! quàm item facile, vt aliqui auidè & incommodè haurientes, per tuſsim rurſum aliquid eijciant!

Ridi-

Ridicula ſunt hæc omnia ijs, qui panem & vinum in corpus & ſanguinem domini tráſſubſtantiari,& Chriſtum corporaliter tá veraciter eſſe in altari,quàm fuit in ſinu matris,non credunt:quemadmodum Chriſtus crucifixus ſtultitia eſt Gentibus, & ſcandalum Iudæis: At nobis, qui credimus panem & vinum in corpus & ſanguinem Chriſti verè tranſſubſtantiari,æquè eſt religio, guttam dominici ſanguinis effundere, atque ſi Chriſtum puerum vlnis portantes, in terrã cadere ſineremus:Sicuti nobis Chriſtus crucifixus vnica gloria & ſalus eſt. Vnde Brẽtij ſerpentina voce,qua ſibilat, *Et putaſne cœlum ruiturum,ſi calix ex improuiſo,nulla fraude, dolo, aut temeritate effunderetur?* non mouemur. Nos enim ſcientes Deum offendi, non tantùm fraude,dolo,aut temeritate, ſed etiam negligentia cautionis,qua eius irreuerentiã impedire poſſumus,credimus non cœlũ ruiturum,ſed Deum cœli grauiter vlturum, ſi ſtatuto vel lege,aut pia conſuetudine irreuerentiam in dominicum ſanguinem præcauere poſſumus, & non facimus.

Sed pergamus iſtud periculum irreuerentiæ tertiò declarare ex cuſtodia Euchariſtiæ pro infirmis,& ex eiuſdem ad eoſdem deporta-

deportatione. Ex cuſtodia igitur facilè vini modicum aceſcet, hyeme congelabitur, ęſtate putreſcet. Deinde, quando ad infirmos deportabitur, qui ſæpè tales domos habitant in quibus valdè incommodè conueniri poſſunt, facilè caſu aliquo fiet effuſio. Neque facilè huic incommodo remediũ adhibeas. Iniungere enim ſacerdoti Parochię, vt quotidie rem diuinam faciat, & quotidie renouet ſacramentum Euchariſtiæ quod pro infirmis cuſtodit, nimis eſt durum & arduum: Nec hoc vnquam ſancti Patres præceperũt, ſed magis ad aliquot dies Euchariſtiam pro infirmis cuſtodiendam iudicârunt. Remedium autem quod adfert Brentius, lõgè abſurdiſsimum eſt: vt videlicet vinum apud infirmum conſecretur. Iudicârunt enim ſancti Patres, ob reuerentiam erga Dominicum corpus & ſanguinem, Euchariſtiam non conſecrandam, niſi à ieiunis, niſi in loco ſacrato, niſi certis precibus, et lectionibus ex ſcripturis aſſumptis pręmiſsis, nec niſi veſtibus ſacris adhibitis. Quę omnia ridicula ſunt apud eos, qui mirabilem iſtam tranſſubſtãtiationem panis & vini in corpus & ſanguinem domini non credunt.

Euchariſtia quomodo & vbi conſecranda

Quartò, ex communione totius populi

ſub vtraq; ſpecie, aliud genus irreuerentiæ directè huic ſacramento contrariū, in Eccleſia Chriſti orietur: nempe diſſenſio quędā atq; diuiſio regnorum et populorū, diuitum & pauperum, ſanorū & morbidorum, circa ſacramentū vnitatis. Regna enim & populi, apud quos non eſt vinum, aut nō niſi difficulter grādiq; pretio haberi poteſt, vt ſunt Norvvegi, Dani, alijq; populi Septentrionales, aut nō habebūt pro totius populi cōmunione vinū, aut admodū difficulter: cū cōtrà calidorū regionū populi facilimè, etiā diuerſi generis vinū habeāt. Nōne igitur hîc ſtatim apparet diuerſitas quædā Chriſtianorū populorū circa ſacramētū pacis? Sed audi quāti hoc faciat ſpiritus Brentij, amator ſcilicet

Ironia. vnitatis totius Eccleſię. Obijcit ſibi: *Multū vini inſumeretur, & alicubi vinū eſt cariſſimum.* Et huic obiectioni reſpōdet: *Cōcedatur ergo vſus calicis in ijs locis, vbi multū eſt vini.* Pulchrè certè: Quia non eſt ei curæ, vt in ſacramento vnitatis percipiendo omnes Chriſtiani concordes ſint. Quod verò deinde addit: *Sed quid? Non publica tantū diuerſoria, verumetiā priuatæ ædes perſtrepunt conuiuijs, & non poſſet tantū vini etiam in ijs locis, vbi nullæ ſunt vites, comparari, vt inſtitutioni Chriſti ſatisfieret?*

Hoc

Hoc verũ eſt de ducatũ VVirtenbergenſi, vbi Brentius agit: Sed conuiuia populorum Aquilonariũ nõ vino, ſed ceruiſia celebrantur. Tãetſi enim pro more ſuarũ regionum diuites ſunt, vinũ tamẽ difficilimè habere et conſeruare poſſunt. Sed his omiſsis, loquamur de ijs locis, vbi vinũ facilè habetur. Audi quę diuiſio ibi ſequetur. Cauſabũtur diuites, ſe aſſuetos eſſe meliori vino q̃ bibat vulgus: ideóq; petent ſibi et ſuis conſecrari cantharum melioris vini. Vulgo autem fortunę tenuioris, de viliori vino communicandum erit. Et ita redibit deſpectus Eccleſiæ, & contriſtatio pauperum, in ipſo ſacramento pacis, quam Apoſtolus in Corinthijs redarguit, 1. Corinthiorum vndecimo. Quis enim negabit Regi, Duci, Principibus, Satrapis, nobilibus illud vinum conſecrare, cui ſunt aſſueti? Poſtremò, non ſolùm erit diuiſio nobilium atque diuitum à plebeis & pauperibus, ſed et ipſum vulgus cauſabitur, ſe non libẽter bibere ex ſcypho vel calice, ex quo alij fœtentis anhelitus, vel grauiori morbo infecti biberunt. Ideóque quiſq; proprium calicem ſibi comparare conabitur. In qua re etiam oſtentatio diuitiarum, & deſpectus pauperũ facilè apparebit.

Vnde etiam in quibuſdam locis adhuc dicũ-
tur oſtendi ſcyphi quidam nobilium atq; po
tentum, in quibus recipiebant communica-
turi aliquid de ſanguine Domini atque hau
riebant: quod Conſultor non ignorat: Sed
quia ad eius propoſitum non facit, pruden-
ter celat: Allegatq; nobis quaſdã fiſtulas ar-
genteas, quibus in quibuſdam monaſterijs
dicuntur monachi antiquo tempore ſuxiſſe
aliquid de ſanguine domini: vt ſcilicet oſtẽ-
dat, quomodo Veteres ſtuduerint occurrere
periculo effuſionis dominici ſanguinis. Sed
hæ fiſtulæ non docent, quod vrget Conſul-
tor. Demus enim, in monaſterijs quibuſdã
quoſdã fratres ſic ſe mutuo nouiſſe, vt quiſ-
que libenter in os ſuum acciperet fiſtulam,
quam alij in ore habuerant, ſanguinem do-
mini per eam ſugentes: nunquid inde do-
cetur, aut plebem Chriſtianã vnquam tali-
bus fiſtulis vſam, & aut vnumquemq; pro-
priam habuiſſe fiſtulam, aut populum ita af-
fectum fuiſſe, aut ſaltem fore, vt quiſque li-
benter in os ſuum recipiat fiſtulam, quã plu
rimi, ſiue ſani ſiue ægri, antè in ore ſuo ad
ſugendum acceperunt? Delirio ſimiles ſunt
hæ imaginationes illi, qui humanas res vel
aliquantulum nôrit.

Videmus

Videmus igitur quã rectè cenſuerit Cõciliũ Conſtantienſe,& ſancti Patres qui Cõciliũ præceſſerunt,introducendã fuiſſe conſuetudinẽ cõmunicandi populum ſub ſpecie panis tantũ,idq́; ob pericula irreuerẽtiæ erga dominicũ ſanguinẽ, ſiue in effuſione eius,ſiue in diſſenſione circa eum.

Sed videamus nunc argumentum Conſultoris contra hanc rationem Concilij.

Hoc,inquit,*ſacrilegij periculũ in effuſione ſanguinis,non neceſſariò huic integræ communioni annexum eſt. Alioqui enim Eccleſiam veterẽ vniuerſam ſacrilegij inſimulabimus: Sin autẽ neceſſariò annexũ nõ ſit,oĩno huic periculo certis cautionibus occurrere licebit. Quod apud Veteres factum eſt,hodieq́; in omnibus ferè Eccleſiis,quæ ſunt extra fines Latinos,fit,& haud ita difficulter fieri poſsit.* Fol.30.

Reſpondeo,primùm oportuiſſe antè oſtẽdere,vniuerſam Eccleſiã primitiuã omnibus ſine diſcrimine dediſſe dominicũ ſanguinem,& non communicaſſe vllum ſub ſola panis ſpecie. Iam enim ſolùm oſtenſum eſt ſuprà, in primitiua Eccleſia datum aliquando populo,ſiue quibuſdam de populo, ſanguinem Domini ſub ſpecie vini: & non eſt oſtenſum, nullos fuiſſe, qui etiã in publica & ſolenni commemoratione dominicæ

mortis, vnica ſpecie panis communicârint, dum nulla neceſsitate, vel ratione neceſſitatis pondus habente, à calice prohiberentur. Deinde oportuiſſet oſtendere, etiam tantum populum, & non maioris diligentiæ & circumſpectionis, tunc communicaſſe, quantus nũc in Parochijs communicat. Tunc videretur conſequentia Cónſultoris maiori apparentia fulta. Sed neque his omnibus conceſsis, conſequetur primitiuam Eccleſiam ſacrilegij inſimulandam eſſe. Innumera enim ſunt, quæ nunc, poſtquam animaduerſa ſunt à Patribus, & in lucem poſita, abſque ſacrilegio fieri nequeunt, quæ tamen ante patefactionem & animaduerſionem innocenter ſine vllo ſacrilegio fiebant. Non enim ſic in principio docet Spiritus ſanctus omnia, quin & experientiæ atque prudentiæ hominum multa animaduertenda & conſtituenda relinquat, & ſuæ directioni plurima particulariùs explicanda reſeruet: quod & in veteri lege & noua vſuuenit, tàm quantum ad dogmata antè quibuſdam obſcuriora, poſtea omnibus manifeſta, quàm quantum ad ea quæ expediunt, & ad agenda ſpectant. Exempli gratia: Præcipit Dominus

Spiritus ſanctus Eccleſiã non omnia ſimul eodẽ tẽpore docet.

Dominus Exodi vigeſimo. Non aſcendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua. Quia ſcilicet rudi adhuc ſeculo nondum erat ea commoditas veſtimenti adinuenta, qua etiam per gradus aſcendenti tecta eſſet turpitudo, hoc eſt pudenda. Poterat quidem Deus ſtatim omnes artes humana induſtria adinuentas docere: ſed noluit ordinem inuertere, nec humanum ingenium contemnere, quod ipſe ſic inſtituit, vt paulatim per longam experientiam quaſdam artes humano generi commodas inuenire poſſet. Sic Deuteronomij vigeſimoſecundo præcipit. Cùm ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur ſanguis in domo tua, & ſis reus labente alio, & in præceps ruente. Quia ſcilicet tunc tá rudes erát homines, vt nõ niſi plana tecta domibus facere poſſent. Núc poſtquá eſt ars adinuenta, tecta cacuminata domibus faciẽdi, quę nemo poteſt aſcendere, nõ pręuaricamur illud præceptum, etiam ſi murum tecto non circũdemus: ſicuti nec violatores legis ſumus, ſi per multos gradus nunc ad templum, ſanctuarium, vel altare aſcendamus. Eodem modo etiam tempore noui teſtamenti, vt

intelligeremus Spiritum ſanctum ſemper Eccleſię aſsiſtere,quibuſdā Chriſtianis quædam nō ſunt tam clarè reuelata,vel excuſabiliter aliquantulū ſunt obſcurata,quę alteri Eccleſię parti clarè ſunt tradita, & firmiter in ea ſeruata,atq; directione Spiritus ſancti omnibus poſtea patefacta. Exempli cauſa: Quibuſdam primò non conſtitit, epiſtolam ad Hebræos eſſe Pauli Apoſtoli, Iacobi epiſtolā eſſe Iacobi,Apocalypſim eſſe S.Ioannis Apoſtoli:quę tamen omnia directione Spiritus ſancti ſunt poſtea patefacta. Nec ob id cōſequitur, eā partē Eccleſię,quæ hęc antea non receperat,fuiſſe ſacrilegam. Sic olim in primitiua Eccleſia quibuſdam Chriſtianis obſcurum erat,& hoc citra graue crimen, an baptiſmus ab hæreticis collatus, habēdus & agnoſcendus eſſet verus baptiſmus: item an ſaltem in Paſchate celebrando liceret obſeruare legem Moyſi. De quibus poſtea Spiritus ſancti directione omnibus innotuit quid Eccleſię diuinitùs traditum eſſet.
Nec ob id tamen, qui priùs in Eccleſia cōſtituti & permanentes aliter ſenſerant,ſacrilegi iudicati ſunt. Ita & in his, quæ non tam doctrinam quàm agendi modum concernunt,Spiritus ſanctus multa docet Eccleſiam

cleſiam,vtens experientia & humani ingenij,quas ipſe creauit,viribus. Vt, circa ſacramentum,de quo agimus,primùm pauca ordinata ſunt,et innocẽter celebrabatur etiã in prophanis menſis,& à non ieiunis, atque in locis nõ ſacratis. At Paulus Apoſtolus,poſtquam in ſacrilegium abire ſenſit liberam hanc ſacramenti ſumendi rationem,Corinthios lege lata aliquantulum reſtrinxit, & prophanas menſas à conuentu Eccleſiæ, in quo ſacramentum celebrabatur, abſtulit: Et quia videbat, ob reuerentiam huius ſacramenti adhuc alia quædam circa eius celebrationem ordinanda, poſita vna ordinatione, quæ differri non poterat, adiecit: Cætera cùm venero diſponam. Vnde Auguſtinus epiſtola centeſima decimaoctaua, capite ſexto:Ideo nõ præcepit Saluator,inquit,quo deinceps ordine ſumeretur hoc ſacramentum,vt Apoſtolis, per quos Eccleſias diſpoſiturus erat,ſeruaret hunc locum. Nã ſi hoc ille monuiſſet, vt poſt cibos alios ſemper acciperetur, credo quòd eum morem nemo variaſſet.Cùm verò ait Apoſtolus,de hoc ſacramẽto loquẽs:Propter quod fratres,cùm conuenitis ad manducandum, inuicem expectate:Si quis eſurit, domi mã-

1.Cor.11.

ducet, vt non ad iudicium conueniatis: ſtatim ſubtexuit: Cætera autem cùm venero ordinabo. Vnde intelligi datur (quia multum erat, vt in epiſtola totum illum agendi ordinem inſinuaret, quem vniuerſa per orbem ſeruat Eccleſia) ab ipſo ordinatum eſſe, quod nulla morum diuerſitate variatur.

Sacramẽtũ Euchariſtiæ nõ in vſum paruulorum inſtitutum eſt.

Fuerunt in principio Eccleſiæ quidam, qui & infantulis hoc ſacramentum Euchariſtiæ dederunt, cogitantes eos quoque pertinere ad corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia, & pro eis etiam Saluatorem ſe obtuliſſe in cruce: Inter quos fuit ipſe Diuus Cyprianus: Sed non ideo neceſſe eſt vt credamus, eum morem fuiſſe vniuerſalem. Aduerterunt enim alij, hoc quidem ſacramentum eſſe ſacrificium memoriale dominicæ paſsionis, & ideo meritò ad totum myſticum Chriſti corpus pertinere, ac proindè pro omnibus, etiam infantibus baptizatis in gratiarum actionem debere offerri (Vnde etiam in feſtis Paſchæ & Pentecoſtes, quæ olim ſolenni baptiſmo dicata erãt, in oblatione ſpecialem mentionem facimus renatorum ex aqua & Spiritu ſancto, in gratiarum actionem quòd merito Dominicę

minicæ paſsionis remiſsionem peccatorum acceperint, & corpori Domini myſtico aggregati ſint. Et non minùs in eorum memoriam, dum ex hoc ſeculo migrant, quàm martyrum & aliorum Chriſtianorum, qui in pietate defuncti ſunt, per hoc ſacrificium Deo gratias agere conuenit. Sed, vt eſt hominum infirmitas, promptiores ſumus ad mendicandum pro Chriſtianis, quos ſubſidio egere credimus, quàm ad gratias agendum Deo pro his, de quorum beatitudine ſecuri ſumus.) At dum ad ſumptionem dominici corporis & ſanguinis reſpexerunt, aduerterunt Chriſtum ſacramenta ſua inſtituiſſe in ijs rebus, quibus homines communiter vtuntur ad ſuum commodum, & pro ijs qui talibus rebus vtuntur: Vt omnes aqua vtuntur ad lotionem, oleo ſuaue fragráti ad confortationem, medicis & litione olei ad morborum & dolorum ſanationem: qui in leges ciuitatis vel Reipublicæ peccauerunt, humili apud Magiſtratus vtuntur confeſsione, & abſolutionis petitione: qui ad Magiſtratum promouentur, à ſuperioribus ſignum ſuę poteſtatis accipere ſolent: & in contractu mutuum conſenſum exprimunt. In talibus

igitur rebus Chriſtus ſua ſacramenta, ſpiritalis fructus plena inſtituit. Sic etiam in panis & vini ſpeciebus per Chriſti corpus et ſanguinem ſpiritalem refectionē cōmendauit. Et aqua quidem lotionis, atque chriſma ſiue vnctio confortationis, omnibus, tam paruulis quàm adultis adhiberi ſolent: At reliqua ad paruulos nō pertinēt, ſed ad adultos tantū. Non enim paruulorum cibus eſt panis, ſed lac: nec eorū potus vinum, ſed itidē lac. Vnde prudēter cogitauerunt Patres, Chriſtum non inſtituiſſe ſacramentum Euchariſtiæ, vt paruuli illud ſumerent, ſed adulti. Huc accedit, quòd hoc ſacramentum Chriſtus voluit eſſe cibum & potum, reficientem ſpiritū. Cibo autem & potu non eſt ijs opus, qui nō habēt tale corpus quod ſuſtētatione & reſtauratione indiget. Vbi ergo nulla pugna eſt carnis contra ſpiritum, nec periculum ne quid de ſpiritali vita deperdatur, cibo ſpiritali opus non eſt. Vnde cùm paruulis nullum iuſtitiæ amittendæ vel minuendæ periculum ſit, quādiu in infantili ętate manent, eò quòd vſum rationis non habent: neque ſpiritali cibo eis opus eſt. Hinc & Apoſtolus eum demum ad hunc cibum vel potum ſumēdum

vult

vult accedere, qui ſeipſum diligenter priùs probauerit,& rationis iudicio iudicauerit ſe talem, qui ſpiritu cum Chriſto coniunctus ſit, & in eo contra omnia vitæ ſuæ aduerſantia ſpem ſuam collocauerit.

Nunquid igitur hi Doctores, qui rectiùs reliquis iudicârunt, paruulis non eſſe edendam ſacram Euchariſtiam, alios priores ſacrilegij accuſare poterunt, qui quadam innocenti ſimplicitate,omnibus non ſatis animaduerſis,pueris eam porrexerunt? Nemo ſanæ mentis hoc dixerit. Olim Euchariſtia populo dabatur in manus,poterantque eam ferre domum.Poſtea autem prudẽter à Cæſarauguſtano Cõcilio, canone 3.anathemati ſubiectus eſt, qui eam in templo non ederit & conſumpſerit. Id quod Toletanum Concilium pòſt confirmauit. Sic & in hac quæſtione de communione calicis,non ſatis animaduerſis omnibus periculis,potuerunt Veteres diu innocẽter plebi porrigere calicem: At poſtquam omnia patefacta ſunt,& à ſanctis Patribus atq; vniuerſa Eccleſia, ob hęc pericula euitanda ſancitum eſt, conſuetudinem communicandi Laicos ſub panis duntaxat ſpecie,pro lege eſſe habendam: ſacrilegij reatum incurrit, quiſquis huius ſanctæ Nota.

conſue-

conſuetudinis abolitionem vrget,& ad eam imperitos ac imprudentes commouet atq; inflammat. Dicit Conſultor,vt ex verbis ſuprà citatis manifeſtum eſt, *apud Veteres periculo irreuerentiæ occurſum certis cautionibus, hodieq; in omnibus ferè Eccleſiis, quæ ſunt extra fines Latinos,vtriuſq; ſpeciei communionem abſque hoc periculo fieri, & haud ita difficulter fieri poſſe.* Et fol.38.inquit:*Cur nō in eum ritum potiùs conuenimus, quem Chriſtus inſtituit, Apoſtolus tradidit,Eccleſia vniuerſa tot ſeculis tenuit, Orientalis verò vniuerſa,atque imprimis inſignis illa Aethiopica Eccleſia, in hunc vſque diem conſtanter retinet?* Mirum ſanè,quòd Conſultor,Concilio Conſtātienſi & Patribus,qui hodiernam communicandi Eccleſiæ conſuetudinē induxerunt & obſeruauerunt, prudētior,eam facilitatem cuncta irreuerentiæ pericula vitandi non indicet:præſertim cùm dicat, ſine vllo ſacrilegij periculo & hodie obſeruari, & tempore Concilij Conſtantienſis,& ante illud abſque tali periculo obſeruatam fuiſſe communicandi totum populum ſub vtraq; ſpecie conſuetudinem.Sed ſicut ea, quæ de vniuerſa primitiua Eccleſia aſſerit,dicit tantùm & non probat,ita vereor ne quæ de remotis Eccleſijs & loco multùm diſtantibus adfert,

adfert,ſimilia ſint. Noſtrū enī eſt meminiſſe, filios Iſraël cū Principibus à Gabaonitis deceptos fuiſſe mendacio, de loco longinquo cōficto, dum os domini nō interrogauerūt. Ioſue 9. Cogitemus autem ſcriptū eſſe: Melior ſiue vtilior eſt vicinus iuxtà, quàm frater procul: Prou. 27 vt potiùs in Catholicorū nobis vicinorum certam fidem reſpiciamus, quàm in incerta, quæ de procul diſsitis nationibus, à valdè fragilis fidei authoribus, nobis obtruduntur. Nam qualis fuerit ante Florentinam Synodum Græca Eccleſia, abundè conſtat ex negatione proceſsionis Spiritus ſancti à Filio. Et quātū per ea quæ in Concilio Florētino definita ſunt, correcta ſit, hodierna (prô dolor) tempora apertè declarant. Nam Græci nomen Chriſtianū præ ſe ferentes, Spiritum ſanctum ex Filio procedere cōfiteri nolūt, nec Petri Apoſtoli ſucceſſorē Superiorē ſuū agnoſcūt, etiāſi in ſynodo Florētina epiſcopi ipſorū, qui tūc tēporis erāt, hęc omnia rectè definierint. Ex eadē Synodo cōſtat, Armenios antea Calcedonēſem ſynodū & Leonē primū reieciſſe, feſta Chriſti infantis, vt Cōceptionis, Natiuitatis, Circūciſionis, Epiphanię, & Præſentationis in tēplo, nō celebraſſe, aquā quoq; ſacrādo calici nō admiſcuiſſe.

Æthiopes

Æthiopes deinde, qui Chriſti nomen gerūt, dicuntur filios ſuos baptizare ſimul & circuncidere(* ob quod Nazaræi & Ebionitæ hæretici ſunt iudicati) & ſingulis annis in die Epiphaniæ rebaptizari. Folio præterea 38.dicit Conſultor,*permultos adhuc in Bohemia eſſe(vulgò Calixtini vel ſub vtráq; dicūtur)qui cætera ferè Romanæ Eccleſiæ,ritus & doctrinā tenētes, in hac cōmunione dominici calicis acquieſcūt.

* Vide Auguſt. in lib.de hæreſ.ad Quodvultdeū, & Epiphaniū.

Sed de his mihi & collegis meis Tridenti narrauit Reuerendiſsimus Do. Anthonius, Archiepiſcopus Pragenſis (qui ſtudio beatæ memoriæ Ferdinandi Imperatoris, primus Epiſcopus Pragenſis, à tēpore ſynodi Conſtantienſis,factus eſt)quòd ſingulis annis, in octaua Apoſtolorum Petri & Pauli, feſtum Ioannis Hus, tanquam ſancti martyris ſoléniter celebrāt. Ex quo clarè liquet,quantum cum Romana Eccleſia in doctrina,etiā præter hoc qnod de vtriuſque ſpeciei neceſſitate ſibi perſuadent,conſentiant. Conatus eſt pius,de quo iam dixi, Epiſcopus perſuadere eis, vt feſtum illud Ioannis Hus impij hæretici,in feſtum dominicę transfigurationis mutarēt:ſed nondū eum quicquā profeciſſe audio. Suadeo igitur Conſultori,vt ſeriò cogitet,ſe nō in Æthiopica,nō in Græca, non in

Bohemi feſtum Ioannis Hus impij hæretici celebrant.

non in Bohemica ſiue Huſsitica Eccleſia,ſed in Occidentali,Latina atque Romana renatum in Chriſto,Chriſtum didiciſſe,& ei tanquam viti palmitem inſertum fuiſſe: Atque ſecum diligenter expẽdat quod veriſsimum eſt,ſi palmes ab ea parte vitis præcidatur, ex qua creuit,ſiue cui primùm inſitus eſt, neceſſariò eum areſcere,etiam ſi videatur loco magis propinquare alijs vitis partibus. Lapis,ſi excidat ex ea muri parte,in qua primũ à cæmentario calce firmatus eſt,penitus extra murum erit, etiam ſi videatur inferioribus lapidibus propinquior. Narrat Ezechiel in deſcriptione reſuſcitationis mortuorum, vnumquodq; os ad iuncturam ſuam acceſſiſſe:hoc eſt,digitos manus ad manum, oſſa colli ad caput,non oſſa pedum ad caput,nec digitos pedum ad manum. Ita ſanè in corpore Eccleſiæ non viuificabitur quiſquam, niſi illi membro congruat & adhæreat, cui primùm à Deo coniunctus eſt: Ac proinde qui in Eccleſia Romana atque Catholica in Chriſto renati ſunt, fruſtrà ſibi blandiuntur de remotis & procùl diſsitis Eccleſijs, ſi cũ matre ſua non cõgruunt,ſed ab ea diuiduntur. Vnde D. Hieronymus, etſi loco ab Eccleſia Romana, in qua veſtem Chriſti ſuſceperat,

Cap.37.

In epiſtola ad Da-

ceperat, procul remotus eſſet, fide tamẽ, animo atq; communione manſit, ſicut debuit, ei prorſus coniunctus. Habeant forſitã procul diſsiti Chriſtiani aliquam errorum ſuorum vel factorum excuſationem : Sed hæc nihil proderit eis, qui à Romana Eccleſia & generalibus Concilijs eruditi, illorum Chriſtianorum prætextu à matre ſua & Patribus diſſentiunt atque recedunt.

Quia verò hoc argumentum, ex vſu Græcæ Eccleſiæ & Æthiopicæ petitum, etiam à quibuſdam adducitur ad ſtatuendam calicis neceſsitatem ex iure diuino: in contrarium ego adducò verbum B. Auguſtini contra Iulianum, libro 1. capite 4. Iterum te admoneo, inquit, iterum rogo, aſpice tot ac tales Eccleſiæ Catholicæ defenſores atque rectores: vide quibus tam grauem, tamq́ue nefariam irrogâris iniuriam. An ideo contemnendos putas, quia Occidentalis Eccleſiæ ſunt omnes, nec vllus in eis eſt commemoratus à nobis Orientis Epiſcopus? Quid ergo faciemus cùm illi Græci ſint, nos Latini? Puto tibi eam partem orbis ſufficere debere, in qua primum Apoſtolorum ſuorum voluit dominus glorioſiſsimo martyrio coronare. Cui Eccle-

ſiæ præ-

ſiæ præſidentem beatum Innocentium, ſi audire voluiſſes, iam tunc periculoſam iuuentutem tuam Pelagianis laqueis exuiſſes. Quid enim potuit vir ille ſanctus Aphricanis reſpondere Concilijs, niſi quod antiquitùs Apoſtolica ſedes, & Romana cum cæteris tenet perſeueranter Eccleſia?

Et infrà: Non eſt ergo cur prouoces ad Orientis antiſtites, quia & ipſi vtique Chriſtiani ſunt: & vtriuſque partis terrarum fides iſta vna eſt, quia & fides iſta Chriſtiana eſt: & te certè Occidentalis terra generauit, Occidentalis regenerauit Eccleſia. Quid ei quæris inferre, quod in ea non inueniſti quando in eius membra veniſti? Imò quid ei quæris auferre, quod in ea tu quoque accepiſti? Hæc Auguſtinus.

Eodem ſanè modo nos quoque dicere poſſumus ijs, qui in hac re de qua agimus atque tractamus, Græcæ Eccleſiæ vel Æthiopicæ vſum contra generalis Concilij Conſtãtienſis definitionem allegant: Rogamus, aſpicite tot ac tales Eccleſiæ Catholicæ defenſores, ipſaque Concilia generalia, quæ conſuetudinem communicandi ſub vna ſpecie tanquam laudabilem approbârunt, & pro lege habendam ſanxerunt.

Et dice-

Et dicere poſſumus: Non ideo cōtemnendi ſunt, quia omnes ſunt Eccleſiæ Occidentalis. Putamus enim, omnib⁹ debere ſufficere eam partem orbis, in qua primū Apoſtolorum ſuorum voluit Dominus glorioſiſsimo martyrio coronare. Cui Eccleſiæ præſidētes B. Martinum quintū, Leonem decimum, & Pium quartum, multóſque ſimiles ſi audire multi vellent, ſe & aliorum periculoſam iuuentutem atq; imprudentiam ab Huſsitarum, Lutheranorum & ſimilium laqueis exuerent. Quid enim potuerunt hi Pontifices de neceſsitate communionis calicis ſtatuere, niſi quod antiquitùs Apoſtolica ſedes, & Romana cum cæteris perſeuerāter tenet Eccleſia? Non eſt igitur cur prouocēt ad Orientalem Eccleſiam vel Æthiopicam: quia & ipſæ ſi Catholicæ ſunt, idem nobiſcum ſentiunt. Et certè ij qui hodie Conſtantienſis definitioni aduerſantur, omnes aut ferè omnes in Eccleſia Occidentali generati atq; in Chriſto regenerati ſunt. Quid quærunt ergo inferre dogma de neceſsitate calicis, quod in ea non inuenerunt, quando in eius membra venerunt? Imò quid quærunt ei auferre dogma contrarium, quod in ea ipſi inuenerunt? Vt autem intelligatur, quātam

reueren-

reuerentiam Eccleſia Græcorum,quam dicit Conſultor ſemper communicaſſe populum ſub vtraq; ſpecie,quod falſum eſſe, ex Leone nono & Humberto,atq; Nicephoro ſuprà oſtendimus:quantam, inquam, reuerentiam ſacræ Euchariſtiæ exhibuerit, audi quæſo quid ſcribāt de eis idē Leo nonus & Humbertus,contra eorum errores agentes. Sic habet Leo:Subterrare vel infodere ſanctam Euchariſtiam in terra, ſicut quidam dicuntur agere, aut in lagenam mittere,aut effundere illam, negligentia magna eſt, & nullus timor Dei.Et pòſt,circa finem libelli: Verè omnino ad neſcio quem panem abſconditum inuitatis,quando viuifica & terribilia ſacramēta corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti(ſcilicet à Latinis cōſecrata)prophanis pedibus cōculcatis.Hæccine ſunt illa maiora & perfectiora,vt tāta oblatio imponatur altari,quāta nequeat à miniſtris vel à populo ſumi, & idcirco debeat ſubterrari aut in puteum ad hoc præparatum proijci? Et Hūbertus:De ritu,inquit, veſtræ Miſſæ diſcere non curamus: quia minimā cautelām & maximam negligentiam ei ineſſe cognoſcimus, dum ſanctum panē frangentes & ſumentes,hinc inde decidētes micas nō curatis.

Fol. 36. & ſequētibus.

Irreuerētia Græcorū erga venerabilē Euchariſtiā.

ratis. Quod etiam ſolet contingere, dum patinas ſanctas folijs palmarũ, aut porcorum ſetis fricatis inhoneſtè. Nonnulli quoq; veſtrum tam irreuerẽter corpus Chriſti reponunt, vt pixides inde cumulent, & ne decidat aut ſupereffluat, manu inculcant. Reliquias quoq; oblationis, velut communes panes nonnunquã vſque ad faſtidium ſumũt: & ſi ſumere non ſufficiunt, ſubterrant aut in puteum proijciũt. Hactenus igitur de irreuerentiæ periculo. Nunc quid Conſultor de periculo erroris, quod Cõciliũ Conſtantienſe quoq; attendit, annotet, audiamus. *Illud, inquit, de periculo erroris, ne videlicet exãgue corpus dari quis putet, non tantopere vrgetur: tum quòd hoc prorſus à ſacramento extraneum ſit, & in ſola hominum opinione poſitum, cui meliore doctrina occurri poßit: Quid enim tam ſanctum, quòd impij in occaſionẽ erroris vertere nequeãt? etc.* Imò multùm hoc vrſerũt ſancti Patres, qui ſemper contrarium his quæ docebant hæretici, & verbo & facto docuerũt. Non enim minùs facta quàm verba docent. Vnde Chriſtiani hodie (vt & iam olim) fidẽ ſuam, quia credunt corpus dominicũ corporaliter præſens eſſe in altari, & panẽ in illud tranſſubſtantiari, proteſtantur, dum illud reuerenter adorant.

Fol. 31.

Impugnatio tertiæ rationis Concilij Conſtantienſis.

adorát. Sic & cœcus ille à natiuitate, per dominum liberatus, non ſolùm dixit verbo ſe credere, Ieſum oculis corporalibus ſibi cõſpicuũ, eſſe Dei filiũ: ſed et facto hocipſum profeſſus eſt, dum procidens adorauit eum. Ioan. 9.

Hinc Gelaſius in capitulo ſuprà tractato, Folio 44 quod incipit, Cõperimus, nullo modo hæreticorũ Manichæorum errori cõdeſcendere voluit: ſed eis mãdauit, vt nõ ſolùm verbis, ſed & opere cõfiterentur id quod ſciebat eorum errori eſſe cõtrariũ: facilè nimirũ intelligens, nihil omnino fructus, ſed maius eſſe damnum in condeſcenſione Catholicorum cũ hæreticis vel infidelibus: imitatus in hoc Melchiadem Papã, qui conſtituit (teſte Damaſo) ne vlla ratione die dominica aut 5. feria Ieiuniũ quis fideliũ ageret: quia eos dies Pagani quaſi ſacrũ Ieiunium celebrabát. Et Manichæi ab eodem in vrbe Roma inuenti ſunt. Sic Auguſtinus epiſtola 86. ad Caſulanũ: Nũc, inquit, poſtq̃ hæretici, maximè impijſsimi Manichæi, Ieiunia diei dominici nõ aliqua neceſsitate occurrentia peragere, ſed q̃ſi ſacra ſolẽnitate ſtatuta dogmatizare cœperũt, et inotuerũt populis Chriſtianis: profectò nec tali neceſsitate, qualẽ Apoſt. habuit, Act. 20. exiſtimo faciẽdũ eſſe quod fecit (ieiunãdum

Nullo modo cõdeſcendendum hęreticis

ſcilicet die dominico ob prædicationē verbi)ne maius malum incurratur in ſcandalo, quàm bonum percipiatur ex verbo. Sic D.
Lib.1. Regiſtri, cap.41. Gregorius Leandro Epiſcopo ſcribit: Reprehenſibile eſſe non poteſt, infantem in baptiſmo ter vel ſemel immergere, quando & in tribus merſionibus perſonarum trinitas, & in vna poteſt diuinitatis ſingularitas deſignari: ſed quia nunc hucuſque infans ab hæreticis in baptiſmate mergebatur, fiendum apud nos eſſe nō cenſeo, ne dum merſiones numerāt, diuinitatē diuidant, dumq́; quod faciebant faciunt, ſe morem noſtrū viciſſe glorientur.
Can.5. Hoc idem & Concilium Toletanum quartum ſtatuit. Ex quo patet, quòd Veteres, nec in expreſsione doctrinæ (ex qua nec vnam vocē debere auferri petentibus hæreticis, docuit eos turbatio orta ex deletione vocis Homouſion in ſynodo Ariminenſi, de qua Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos) nec in ritibus quicquam cum hæreticis voluerunt habere commune. Pulcherrimè admonet Germanus Epiſcopus Conſtantinopolitanus in ſeptima ſynodo, vbi vetabant hæretici, ne imagines in templo haberentur, dicens: Ante omnia prouidendum eſt, ne à ſententia

permu-

permuteris, ne ex hoc inimici noſtri & hoſtes crucis Chriſti ſupercilium eleuent contra fidem noſtram, dicantque: Hucuſque Chriſtiani errârunt: Niſi enim inſtitutum ſuum Idololatriam cognouiſſent, non ſanè nunc manufacta abijcerent. Quod ipſum quantum contumeliæ ſubuerſioniſque fidei in Chriſtum conciliat, quiuis agnoſcere poteſt. Nam qui ſemel errârint, eos in viam reducere difficilè eſt, vt qui à veritate alienantur.

Et certè ſancti Patres prudenter admodum in hoc egerunt, quòd ritus, qui per ſe admitti poſſunt, dum tamen hæreticorum ſuo tempore vrgentium erroribus conformes fuerunt, admittere noluerunt: edocti videlicet exemplo Pauli Apoſtoli, qui Apoſtolum Petrum reprehendit, quòd ſegregabat ſe à conſortio Gentilium eo tempore, quo Pſeudoapoſtoli docebant, legem Moyſi & circuncisionem adhuc eſſe ſeruandam. Et ipſe, qui Timotheum patre Gentili natum, ob infirmos Iudæos circunciderat, noluit Titum etiam Gentilem circuncidere, dum hęretici docerent, circũciſionem Gentibus ad iuſtificationem & ſalutem eſſe neceſſariam: neque ad breue quidem tempus

in facto quod per ſe aliqua ratione licebat, eis vel in ſpeciem cedere voluit. Et hoc propterea, quia zelo doctrinæ admodum ardebat.

Galat. 2. Sed neque Titus, inquit, qui mecum erat, cùm eſſet Gentilis, compulſus eſt circuncidi: ſed propter ſubintroductos falſos fratres (hoc eſt, ne quidem vrgentibus introductis falſis fratribus) qui ſubintroierūt explorare libertatem noſtram, quam habemus in Chriſto Ieſu, vt nos in ſeruitutem redigerent. Quibus neque ad horam ceſsimus ſubiectioni, vt veritas Euangelij permaneat apud vos. In quæ verba ita ſcribit Photius apud Oecumenium: Neque Titum, inquit, licet manifeſtum eſſet Græco natum eſſe ſemine, vllo modo compulerunt Apoſtoli circuncidi, quanquam præſentes viderent falſos fratres. Nam à communi ſenſu rurſum ſubintelligendum eſt, Sed neque: vt ſit ſenſus: Sed neque Titus compulſus fuit circuncidi, neque propter obiter ingreſſos falſos fratres. Quid ergo? Quare Timotheum circuncidit, ſi rationem non habet falſorum fratrum? Neq; illum propter ipſos circuncidit? Minimè: ſed vt illos lucrifaceret, qui infirmitate offende-

ſendebantur. Infirmis ſiquidem condeſcendere oportet in miti medela ægritudinis: his verò qui ex malo conatu prauaque mente rem inſtituunt, ne in minimo quidem cedere. Nam hi non ſolùm medelam non expetunt, cùm magis in malo firmatus ſit ipſis affectûs, quàm vt vllam admittat curam, verumetiam proximos cupiunt proprio replere morbo. Ideo ne ad horam quidem ceſsimus ipſis: Et ſententiam hanc loquitur Diuus Paulus. Hæc Photius. Sed & Dominus ipſe tale exemplum nobis reliquit. Quia enim Phariſæi putabant, in crebra lotione eſſe iuſtitiam coram Deo (vt Ioannis 2. vbi ſex hydriæ lapideæ propter purificationem Iudæorum in nuptijs appoſitæ fuiſſe dicuntur, & Marci ſeptimo patet) ſicuti contrà exiſtimabant, ſe coram Deo inquinari tactu peccatorum, vel ingreſſu domus Gentilium (vt patet ex cogitatione Simonis ſuper tactu peccatricis, Lucæ ſeptimo. Et Ioannes decimooctauo inquit: Ipſi non introierunt in prætorium, vt non cõtaminarentur, ſed vt manducarent Paſcha:) ideo dominus Ieſus voluit, etiam licitam & ciuilem manuum ante prandium lotionem prætermittere, quam

ſine vlla ſuperſtitione rectiſsimè poterat obſeruare: Vt ſcilicet facto ipſo & confutaret errorem, & occaſionem veritatem verbis explicandi haberet. Cùm loqueretur (inquit Lucas capite 11.) rogauit illum quidam Phariſæus, vt pranderet apud ſe. Ieſus autem ingreſſus, recubuit. Phariſæus autem cœpit intra ſe reputans dicere, quare non baptizatus eſſet ante prandium. Et ait Dominus ad illum: Nunc vos Phariſæi quod deforis eſt calicis & catini, mundatis: quod autem intus eſt veſtrum, plenum eſt rapina & iniquitate. Stulti: nónne qui fecit quod deforis eſt, etiam id quod deintus eſt, fecit?

Ser. 30. de verbis domini. In quæ verba Auguſtinus: Audiſtis, inquit, ſanctum Euangelium, quomodo dominus Ieſus in eo quod Phariſæis dicebat, ſuos vtiq; diſcipulos cõmonebat, ne in corporis mundatione putarēt eſſe iuſtitiã. Omni die enim Phariſæi antequã prãderent, abluebant ſe aqua; quaſi quotidiana lauatio poſsit cordis eſſe mundatio. Denique quales tales eſſent, oſtendit. Ille dicebat qui videbat: Non enim tantùm facies eorum, ſed etiam interiora cernebat. Denique vt hoc ſciatis, ille Phariſæus cui reſpondit Chriſtus,

apud

apud ſeipſum cogitauit, voce non ſonuit, & ille tamen audiuit. Apud ſe enim reprehendit dominum Chriſtum, quia ſic venit ad conuiuium eius nõ lotus. Ille cogitabat, hic audiebat: ideo reſpondebat. Quid ergo reſpondit? Nunc vos Phariſæi, quod foris eſt paropſidis lauatis, intùs autem pleni eſtis dolo & rapina. Et Cyrillus, citatus à Thoma in Cathena ſuper eundem locum Lucæ: Ipſe Chriſtus, ait, qui Phariſæorum nequitiam nouerat, diſpenſatiuè condeſcendit, ſatagens commonere eos ad ſimilitudinem optimorum medicorum, qui grauiùs infirmantibus afferunt remedia ſuæ induſtriæ. Vnde ſequitur. Et ingreſſus, recubuit. Dedit autẽ occaſionem verbis Chriſti indocibilis Phariſæus ſcandalizatus: quia cùm opinaretur eum iuſtum & prophetam, non conformabatur irrationabili eorum conſuetudini. Vnde ſubditur: Phariſæus autem cœpit intrà ſe etc.

Vide igitur, candide Lector, an contra conſuetudinem ſanctorum Patrum, Pauli Apoſtoli, & ipſius domini Saluatoris, illud Conſultoris recipiendum ſit, quòd ait:

Illud autem de periculo erroris, ne videlicet exangue corpus dari quis putet, non tantopere vrgetur: tùm quòd hoc prorſus à ſacramento extraneũ ſit, et

ſit, & in ſola hominum opinione poſitum, cui melio-re doctrina occurri poßit: Quid enim eſt tam ſan-ctum, quod impij in occaſionem erroris vertere nequeant? etc.

Fateor quidem, errorem omnem à veritate doctrinę & ſacramentorum diuinorũ extraneum eſſe, & in ſola hominum opinione poſitum, & impios omnia ſancta in occaſionem erroris vertere poſſe, melioreq; doctrina eſſe omnibus erroribus occurrendum: ſed dicimus facta etiam docere, non minùs quàm verba: quod & ex veteri & nouo teſtamento conſtat eſſe certiſsimum. Ideoque cùm de communione vtriuſque ſpeciei, tanquam vel neceſſaria ſit ad ſalutẽ, & vnica ſpecies non ſufficiat, vel quaſi ſub ſpecie panis corpus exangue porrigatur, & cruor extra corpus tradatur, error vel nunc oritur, vel antea exortus adhuc viget: fides vera & recta facto omnibus proteſtanda eſt, & oſtendendum, neque corpus exangue ſub ſpecie panis dari, neque vtriuſque ſpeciei communionem omnibus à Chriſto præcipi. Vnde patet quàm ſit vanum quod poſtea ſubdit Conſultor.

Deinde inquit, *quòd nec ij quidem, qui Eccleſiæ aduerſarij habentur, hanc cauſam vnquã adferant: ideo vi-*

ideo videlicet in vtráque ſpecie communionem fieri debere, quia in pane corpus mortuum & exangue, in calice cruor extra corpus tradatur. Quin potius in celebri quadam Confeßione apertè profitentur, ſe non negare quin totus Chriſtus, tàm pane, quàm vino Euchariſtiæ diſpenſetur. Quid ſi ab vno errore liberi ſint hodierni hęretici, & alium tamen non minùs pernicioſum foueant? Nónne ipſo facto noſtro, & antiquorum errorem & nouum deteſtari debemus, & veritatē ipſam etiam exemplo confiteri? Imò certè. Cùm igitur hodie doceāt hęretici, ſicut tēpore ſynodi Conſtantienſis docebant Huſsitę, & tempore ſynodi Baſilienſis quidam Rockazana cum ſibi ſimilibus, ex iure diuino vtriuſq; communionem omnibus eſſe neceſſariam: omnino ſeruanda eſt vnius ſpeciei cōmunio, vt ex ipſo facto omnibus in oculos incurrat hoc eſſe falſum, & à Chriſti inſtitutione alienum. Et ſanè admodum mirabile eſt huius Conſultoris iudicium. Nam illum errorem & hæreſim, quę tempore Concilij Conſtantienſis & poſtea Baſilienſis fuit, atq; in Bohemia hucuſq; durauit, & nunc à Lutheranis, Caluiniſtis, & alijs Eccleſię peſtibus, tāquā Catholica fides eſſet defendi-

Mirabile Cōſultoris iudicium.

defenditur & latè propagatur, vt communionem ſub vna ſpecie facto ipſo hæreſis eſſe oſtendatur: illum, inquam, errorem ac hæreſim non vult attẽdi: & ad vtriuſq; ſpeciei communionem introducendam, aliũ errorem, qui nondum eſt exortus, imò cuius nulla ſemina in populo extant, ſed tantùm eſt in imaginaria poſsibilitate, conſiderari & pręcaueri vult. Inſignis profectò medicus: qui nimirum grauiter laborantem crapula & ebrietate atq; faſtidio, multo cibo ac vino implendum conſulit, quia videlicet poſtea infirmus inedia laborare poterit: Quod eſt tollere remedium præſentis morbi, vt alij morbo contrario, necdum exorto ſed tantũ poſsibili, iam medearis: imò nihil eſt aliud, q̃ hominem necare, ne poſtea ægrotet.

Eſt verò (inquit folio 44.) *inter cætera, cur Dominici calicis vſus iam diu prætermiſſus, nonnullis pijs & eruditis viris, vel nũc tandẽ reſtituendus videatur. Videlicet ne longa hac conſuetudine à dominico calice populi abſtinendi in errorẽ homines abducantur, vt putent Dominici calicis vſum ad populum nihil pertinere, imò de calice* Domini *populum bibere, prorſus eſſe nefarium: Quem errorem ab ijs confirmari putant, qui Chriſti verba,* Bibite *ex hoc oẽs, ad ſolos eſſe Apoſtolos referenda, docent: nec*

nec vident hinc conſequens eſſe , vt totius huius ſacramenti inſtitutio ad Apoſtolos tantùm, & eorũ ſucceſſores ſacerdotes pertineat,& ab omni vſu huius ſacramenti Euchariſtiæ, Laici ſint alieni. Conſtat enim,quibus dictum eſt,Accipite & edite: iiſdem quoque dictum, Bibite ex hoc omnes: atque iis verbis,non conſecrandi,offerendi,atque diſtribuendi poteſtatem(quam ſacerdotum eſſe propriam, dubitandum non eſt,atque his verbis,Hoc facite,iis commendari)ſed vſum & participandi ius à Chriſto eſſe inſtitutum. Hæc Conſultor.

Vbi,prxterquam quòd odioſa voce reſtitutionis calicis vtitur,veluti calix furto vel rapina contra iuſtitiam ab aliquo Laicis ablatus eſſet,etiam propter errorem nondum exortum,ſed fortaſsis aliquando futurum, Laicis vult calicem(vt loquitur)reſtitui:interim parui faciens,quòd Catholica Concilia propter errorem pręſentem & nunc vigentem, vnius ſpeciei communionem retinere cupiunt.Quaſi videlicet ſancti Patres qui Pelagium præceſſerunt, debuerint ceſſare à defenſione fidei contra Manichæum, dicentem hominem non habere liberum arbitrium,atq; eſſe in eo animam naturâ malam,à malo Deo exortam: quia tunc fortè poſsibile erat,aliquem venturum,qui doceret,li-

ret, liberum arbitriũ ſine Chriſti gratia poſſe ſeruare omnia Dei mandata, & nullũ eſſe originale peccatum. Et quaſi Patres nõ debuerint contra Neſtorium defendere fidem vnius perſonæ Domini Chriſti, quia poſtea aliquis exoriri poterat, qui etiam vnicã naturã in Chriſtò conſtitueret: qualis fuit Eutyches. Trepidat Conſultor vbi non eſt trepidandũ, & vbi maximè trepidatione opus eſt, non trepidat. A præſenti morbo ac peſte metuendum eſt, non à morbo poſsibili tantùm, necdùm ſemina vel principia vlla habente, imò qui iam per contrarium excluditur.

In verbis Cõſultoris aliq̃d conſideratione dignum.

Habet autẽ Conſultor in verbis iã dictis aliquid cõſideratione dignũ. Dicit enĩ, pios quoſdam & eruditos viros putare, ab ijs qui verba Chriſti, Bibite ex hoc omnes, ad ſolos Apoſtolos referenda eſſe docent, confirmari errorem illum, quo creditur, populum de calice Domini bibere, prorſus eſſe nefarium: hoc eſt (vt Conſultorem intelligere puto) contra diuinum inſtitutum. Quæro ex his pijs & eruditis viris, qui præclaram hanc conſequentiam, quam dicta Conſultoris verba indicant, vident, quam ſanè Catholica Concilia antea non viderunt, vnde ſequatur

quatur: Dominus Chriſtus dixit ſolis Apoſtolis præſentibus, Bibite ex hoc omnes: ergo nefarium eſt, ſiue contra diuinum præceptum, Laicos bibere de calice: & per conſequens, totius huius ſacramenti inſtitutio ad Apoſtolos tantùm, & eorum ſucceſſores ſacerdotes pertinet, & ab omni vſu huius ſacramenti Euchariſtiæ, Laici ſunt alieni? Quis hîc quæſo locus eſt dialecticus? Quæ vis argumenti? Audi probationem.

Conſtat, inquit, *quibus dictũ eſt, Accipite & edite: ijſdem quoque dictum, Bibite ex hoc omnes: atq; ijs verbis, nõ cõſecrãdi, offerẽdi, atq; diſtribuẽdi poteſtatẽ (quã ſacerdotũ eſſe ꝓpriã, dubitãdũ nõ eſt, atq; his verbis, Hoc facite, ijs commendari) ſed vſum & participandi ius à Chriſto eſſe inſtitutum.*

Hoc cõfitemur: Solis nimirũ Apoſtolis dictũ eſſe, Edite et Bibite. Nihil enim hîc, ad futuros vel futurũ tẽpꝰ pertinẽs, dici audio. Fatemur quoq;, ijs verbis, Hoc facite, dari Apoſtolis poteſtatẽ cõſecrãdi, offerẽdi, diſtribuẽdi, et hanc ſacerdotum eſſe propriã. Pertinent enim ea verba ad Apoſtolos pro futuro tempore, & ex eorum traditione, etiam ad futuros eorum ſucceſſores pertinere intelligimus. Sed nunquid ex his ſequi-

ſequitur, Laicos ab omni vſu huius ſacramenti eſſe alienos? Minimè gentium: Addendum enim fuerat, in his verbis, Hoc facite, nihil aliud contineri, quàm poteſtatem conſecrandi, offerendi, & diſtribuendi: Quanquam nec tunc quidem conſequentia valeret, eò quòd ex diſtributione ſequeretur, corpus Dominicum etiam ad Laicos pertinere. At nos ſuprà clarè oſtẽdimus, his verbis, Hoc facite in meam commemorationem, etiam ſumptionem Dominici corporis contineri. Addit deinde Conſultor, ijs verbis, Edite & Bibite, vſum & participandi ius à Chriſto eſſe inſtitutum, ſcilicet etiam pro poſteris. Vtinã proferretur aliquis Grammaticus, qui hoc doceret: nempe his verbis, Edite & Bibite, dari ius etiam poſteris & necdum exiſtentibus, in poſterũ edẽdi & bibendi. Etſi enim in ſcriptura verba pręſentibus dicta ſubinde etiam extẽdamus ad poſteros, ob ſimilitudinem cauſę & rationis: hoc tamen ex alijs ſcripturis faciẽdum colligimus. Vt, exempli cauſa, illud Ioannis 6, Niſi ederitis carnem filij hominis etc. quo Chriſtus commendat fidem Incarnationis ſuę, tunc præſentibus tãtùm dictũ, ad omnes, etiam poſteros pertinere colligimus

Tractatu primo in ſolutiõe 4. argumenti.

gimus ex alia ſcriptura,dicente,Qui nõ credid erit,condemnabitur. Oſtendat autem nobis aliquis ſcripturam,dicentem illud præceptum eſſe,& ad omnes poſteros pertinere,Bibite ex hoc omnes:aut ibi dari tale ius participandi de ſacro calice,vt Eccleſia non poſsit ſtatuere communionem vnius ſpeciei,& manum dabimus. Sed hos pios & eruditos obſecro per Dominum Chriſtum, vt opere ſe tales oſtendant,quales eſſe dicũtur,hoc eſt pios & eruditos, memerintq; prius videre ſuam cœcitatem, & cauere ne præſenti errori fomentum præbeant, antequam alios non videre,errorіq; pernicioſo necdum exorto fomentũ prębere reputent. Dictũ eſt enim à Chriſto:Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum.Nunc verò dicitis,quia videmus.Peccatũ ergo veſtrum manet. Mar. vlt. Ioan. 9.

Porrò quòd Conſultor folio 31,peculiariter meminit periculi erroris peculiaris,quod ex cõmunione ſub vtraq; ſpecie oriebatur, nẽpe ne exangue corpus dari putetur,atque oſtendit hodiernos quoſdã hęreticos eo errore iã non laborare,quodq; fol.42.nec Ioannem Hus, nec Ioannem de Rockazana, nec Bohemos hos ſequentes, hoc errore laborare dicit:nihil ad rẽ facit. Nam ſynodus

Conſtātienſis & Baſiliēſis nō dicūt hos, cō-
tra quos antiquā vnius ſpeciei cōmunionē
cōfirmabant,hoc errore laborare.Neq; nos
dicimus eos nūc hoc errore laborare:ſed tā-
tū dicimus,ſicuti dictæ ſynodi dicūt,etiā ob
hoc,vt hic error refelleretur,prçter alias cau
ſas,introductā eſſe vnius ſpeciei cōmunio-
nē.Huius autē erroris meminit Petrus Co-
meſtor in Eccleſiaſtica ſua hiſt.cap. 151, vbi
tractat hiſtoriā Euāgelij.Buccellā,inquit,in-
tinctā porrexit Iudç.Inde eſt quòd Eucha-
riſtia nō datur intincta. Et etiā ꝓ hæreſi tol
lēda,quç dogmatizabat totū Chriſtū eſſe ſub
vtraq; ſimul,et ſub neutra tātū forma.Neſto
riani quoq; à multis ſcriptoribus hoc ſenſiſſe
dicūtur.Et Gabriel Biel lectione 84. in ca-
nonē Miſſæ,etiā rationē qua hoc Neſtorius
docuit,adiūgit.Alia cauſa,ait, ceſſationis ab
huiuſmodi ritu(cōmunicandi ſub vtraque
ſpecie)fuit,vt tollerētur errores,qui ex cō-
munione ſub vtraq; ſpecie orti fuerunt, &
oriri poterunt. Credere enim poterat cō-
munis populus ex tali communione, Chri-
ſtum non eſſe totum, verum & perfectum
hominem ſub vna ſpecie, nec tantum eſſe
ſub vna ſpecie, quantum ſub duabus: ſi-
cut multi hæreticorum de facto aſtruxe-

runt.

runt. Neſtorius enim ſub ſpecie panis, tantùm corpus Chriſti eſſe dogmatizabat ſine ſanguine, & ſub ſpeciebus vini, ſanguinem tantùm ſine corpore: pro eo quòd in Paraſceue corpus fuit ſeparatum à ſanguine. Hoc autem Gabriel, vel illi ex quibus ſumpſit, videntur ſenſiſſe ex quodam verbo Neſtorij, quod Actione prima Synodi Calcedonenſis ex Synodo Epheſina prima citatur. Non Deitas (inquit Neſtorius) fratrem Iacobum habuit, nec Dei verbi mortem annuntiamus, cũ dominico corpore & ſanguine paſcimur. Aut vidẽtur hoc ſenſiſſe ſimpliciter ex illo Neſtorij dogmate, quo tradebat filiũ Mariæ eſſe merũ hominẽ, nec coniunctás eſſe duas naturas, diuinã & húmanã in vnam perſonam. Igitur cùm Neſtorius doceret, nos tantùm meri hominis carnem & ſanguinẽ in Euchariſtia ſumere, & homo merus nec per naturam poſsit eſſe in diuerſis locis, nec per diuinam potentiam ſoleat in diuerſis locis eſſe ſimul, ſicuti etiam homini mero nunquam, per diuinam potentiam penetrare clauſa, conceſſum eſſe in ſcripturis legitur: quod tamen vtrumque Domini Chriſti corpori donatum eſt: putârunt eum per conſequens docere, ſub ſpecie

panis ſumi tantùm corpus,& ſub ſpecie vi-
ni,tantùm ſanguinem.Hæc inquirendæ hiſtoriæ cauſa dixerim. Fortè enim antiqui ſcriptores aliquid manifeſtius habuerunt, quod excidit,aut ſaltem nos latet, propter quod hunc errorem Neſtorio tribuerũt.Potuit enim ſic vſquã fuiſſe argumentatus: In Euchariſtia eodem honore,& corpus Chriſti afficimus & ſanguinem,cùm tamẽ ea ſeparata ſint & ſeiuncta:igitur filiũ Mariæ, & filium Dei eodem honore afficimus, quanquam diuerſæ ſint hypoſtaſes & perſonæ. Multa ſiquidem in hæreſis ſuæ defenſionem ſcripſit. Sed & Lutherum, noſtri temporis hæreſiarcham eodem errore laboraſſe, teſtatur Ioannes Eckius, Homilia 32.de Sacramentis.Scribit,inquit, Lutherus aduerſus quoddam Epiſcopi Miſnenſis mãdatum, & affirmat ſub alterutra ſpecie ſacramenti, alteram tantùm eſſe partem Chriſti,puta ſub ſpecie panis ſolùm corpus, & ſub ſpecie vini ſolùm Chriſti ſanguinem.

Ex his igitur quæ iam dicta ſunt, nempe neceſſarium eſſe, vt non tantùm verbis, verumetiam re ipſa & facto fidẽ proteſtemur, quodq; Concilia,Conſtantienſe,& Baſiliẽſe

ob erro-

ob errorem eorum qui vtriuſq; ſpeciei cō-munionem ad ſalutem omnibus neceſſariā arbitrantur, confirmârunt antiquam cōſuetudinem vnius ſpeciei ſumēdę, & ſtatuerūt eam eſſe retinendam: clarum ac manifeſtū euadit, recedi à mente Conciliorum, ſi vſus vtriuſque ſpeciei reuocetur, errore illo adhuc durante, & apud plurimos vigente. Vbi enim antiqui ſtatuti & benè conditi eadem ratio eademque neceſsitas permanet, etiam lex immutata manere debet. Vnde nequaquam recipimus quod ait Conſultor folio 37. *Hîc* (nempe in introductione communionis ſub vtraque ſpecie) *nihil aduerſus Conciliorum mentem admittetur. Neque enim Cōcilijs, Conſtantienſi & Baſilienſi, propoſitum fuit, inſtitutionem Chriſti, & Apoſtolicam ac vetuſtam Eccleſiæ cōſuetudinem penitus abrogare, & calicis communionem populo in perpetuū prohibere, et Eccleſiæ poteſtati, ne in poſterum eam reuocare poßit, præiudicare: ſed pro tempore tantùm, quod in rem eſſe Eccleſiæ cenſebant, ſtatuere.*

Fatemur nullam Synodū legibus ſuis Eccleſiæ in poſterum derogare: Sed dicimus, leges Eccleſię benè cōſtitutas, eadē perſeuerāte vtilitate, poſsibilitate, neceſsitate, nō poſſe à poſteris immutari. Vnde ait Gelaſius papa: Vbi

Vide Bernardū in lib. de pręcepto & diſpēſatiōe.

nis foueatur) aut contemptus Eccleſiaſticæ autoritatis exiſtat,& ne irreuerentia & abuſus aliquis erga digniſsimum ſacramentum hinc immineat.Neq; verba D.Lindani Reuerendiſsimi Ruremundenſis aliud habent quàm,ſi ratio quæ mouebat Patres Concilij Conſtantienſis ad extinguendum errorem Huſsitarum, & quæ mouerat eos qui ante Concilium vnius ſpeciei cõſuetudinem induxerunt,ceſſet, poſſe Eccleſiam omnibus vtramq; ſpeciem concedere.Eadem quoq; fuit mens Concilij Baſilienſis,dum vtramq; ſpeciem conceſsit Bohemis omnibus, qui in omnibus reciperent Catholicã fidẽ, & proteſtarẽtur ſe credere,nõ eſſe omnibus vtriuſq; ſpeciei cõmunionẽ ad ſalutẽ ex Chriſti pręcepto vel inſtitutione neceſſariam: item ſe credere,æquè multũ fructus accipere eos qui ſub vna ſpecie,atq; qui ſub duabus cõmunicarent.Hãc enim proteſtationẽ à Cõcilio Baſilienſi eis pręſcriptã eſſe,ſcribit Ioannes Slechta Bohemus in epiſtola ad Eraſmũ.Concilium,inquit, Baſilienſe conceſsit Bohemis vſum & conſuetudinẽ cõmunionis ſub vtraq; ſpecie ; his tamẽ cõditionibus vt ſacerdotes illorũ p̃ſentes & futuri Euchariſtiã populo cõmuni,ad hoc diſpoſito ſub

Lib.14. epiſtolarũ Eraſ.

vna vel ſub vtraque ſpecie,prout quiſq; ex fide cuperet exhiberent, hac proteſtatione vtriſq; facta. Vos qui ſub vna ſpecie communicaturi eſtis,nō minus vos accipere credatis quàm ſub vtraque ſpecie: & qui ſub vtraque ſpecie communicaturi eſſent, non magis eos accipere quàm eos qui ſub vna ſpecie. Et poſtea: Reprehendunt,inquit,hodierni Huſsitæ in hoc vehementer maiores ſuos,qui ad illud Concilium miſsi fuerant, quòd tam ſtulti & temerarij fuiſſent, vt tam falſis & iniquis conditionibus à Concilio oblatis aſſentire voluerint, cùm apud Doctores veteres,Græcos et Latinos,apertiſsimè inueniatur,aliam gratiam dari accipientibus corpus Chriſti,& aliam ſumentibus ſanguinem ipſius: & cùm ibi donentur differentes gratiæ, quomodo hęc vera eſſe poſſunt, vt percipientes ſacramentum illud ſub vna ſpecie, non minus gratiarum accipiant,quàm qui ſub vtraque, neq; qui ſub vtraque ſumunt,plus ſumant,quám qui ſub vna? Similia narrat Æneas Syluius in hiſtoria Bohemica capite 52. quanquam non tàm fructus mentionem faciat, quàm totius & integri Chriſti, ſub vtráuis ſpecie exiſtentis.

Ecce igitur, Concilium Baſilienſe non mutauit decreta ſua, niſi ſimul mutaretur & ratio decreti. Et, vt verum fatear, dum nimis hæreticis indulſerunt, nihil aliud vtile fecerunt, quàm quòd omnibus oſtenderunt, nihil concedendum eſſe hæreticis, nec ad eorum petitionem ritus Eccleſiæ mutandos, niſi penitus abiecta hæreſi. Vnde in appendice Concilij Baſilienſis, in qua ponitur reſponſio, facta Ambaſiatoribus Do. Imperatoris ſuper facto Bohemorum, in generali congregatione die ſabbati, 29. Octobris, anno 1435. inquiunt ſancti Patres: Hæc ſancta Synodus, optans regnum Bohemię & Marchionatum Morauiæ reducere ad pacis trãquillitatem & eccleſiaſticam vnitatem, imperialis etiam Serenitatis precibus, quæ per VVilhelmum Ducẽ Bauariæ, & alios Oratores pluribus vicibus eandem Synodũ deprecata eſt, quatenus propter effectus prædictos, quantum ſalua fide & Eccleſiæ honeſtate fieri poſſet, hæc ſancta Synodus benignè condeſcendere dignaretur, cum multa benignitate & materna pietate condeſcendit ad hoc, quòd ipſi Bohemis & Morauis, ſuſcipientibus eccleſiaſticam vnitatem & pacem, realiter & cum effectu tam in omnibus

Fol. 243. in 3. tomo Cõciliorũ.

omnibus alijs quàm in vſu communionis vtriuſq; ſpeciei, fidei & ritui vniuerſalis Eccleſiæ conformibus, illi & illę qui talẽ habẽt, cõmmunicarent ſub vtraq; ſpecie etc prout in capitulis, ſuper pace et vnitate inter huius ſacræ Synodi legatos & generalẽ congregationem dictorum Regni & Marchionatus cõcordatis & formatis, latiùs cõtinetur. Per quæ quidem capitula ſic concordata & formata ſperabatur, aſsiſtẽte diuina gratia, perfici pax & eccleſiaſtica vnitas, ſi ipſa capitula fuiſſent ad debitã executionẽ deducta etc. Sed nunc nouiſsimè in diœta Brunnæ habita, Bohemi etiam ab Imperiali Serenitate petierunt, quòd ſua Serenitas perſonaliter cum eis in perceptione communionis ſub vtraque ſpecie conueniret, ac Capellanos haberet, qui ſic populo miniſtrarent. Et quòd nullus eſſet in Concilio eiuſdem & negotijs dicti regni, qui non ſic communicaret. Et ſic indultum communionis ſub vtraque ſpecie, in coactionem conuertunt. Hæc in dicta appendice Concilij Baſilienſis: quibus clarè oſtenditur, quàm difficilè hæreticis aliquid concedendum ſit.

Et hæc appẽdix verior eſt, quàm id quod in odiũ Romani Põtificis Slechta Bohemus

narrat

narrat Eraſmo:nempe,Bohemos propterea receſsiſſe à cõcordatis,quòd Eugenius facta Concilij Baſilienſis nollet confirmare: cùm ipſi antea ſponte ex antiqua hæreſi à pactis receſſerint . Imò Eugenius Papa multùm congratulatus Sigiſmũdo Imperatori, quòd Bohemos ad fidem Catholicam duceret, auream roſam ei lætitiæ ſuæ indicem miſit: vti loco paulo antè citato teſtatur Æneas Syluius.vbi etiam deſcribit,quòd Rockazana obedientiam Romanæ Eccleſiæ ſe præſtiturum profeſſus ſit,& ſtatim tamẽ ſe nihil minùs curare oſtenderit. Vnde etiã Eraſmus dictæ epiſtolæ Ioannis Slechtę reſpondens, multùm de narratione eius dubitat. Atq; vtinam,inquit,hic Eugenius maluiſſet indulgere concordiæ publicę,quàm ſuis priuatis affectibus, ſi tamen vera ſunt quæ refert epiſtola tua.

Quid Cõſultor de quarto dicto,ſiue quarta ratione Concilij Conſtantienſis tradat.

Sed occaſione periculi erroris, quod ex vtriuſque ſpeciei communione oritur, vel fouetur, longius diuagati ſumus. Videamus nunc quid Conſultor de eo tradat, quòd Concilium Conſtantienſe diligenter inculcat,in vtralibet ſpecie integrũ Chriſtũ contineri.Sic igitur habet fol. 39. *Rurſum dicęs nullam eſſe cauſam, cur alteram illam ſpeciem*

Laici

Laici tantopere expetant, cùm in vna quam accipiunt ſpecie, perfectus et integer contineatur & exhibeatur Chriſtus. Rectè ſanè, ſi Chriſti ſubſtãtiam ſpectes, quæ ſeparari & diuelli non poteſt: quæ vbicunque ſit (eſt autem verè in vtraq; ſpecie poſt myſticam benedictionem) eam integram & perfectam eſſe neceſſe eſt. At hîc de ſacramento agitur: cuius perfectio & integritas duplici hac ſpecie conſtat. Nam alterâ Corpus tãtum, alterâ Sanguis tantùm continetur. Hîc videtur Conſultor ponere differentiam inter ſubſtãtiam Chriſti prout eſt in ſe ſine ſpeciebus ſacramentalibus, & inter eandem ſubſtantiam, prout eſt velata ſpeciebus panis & vini, quæ in eam trãſſubſtantiata ſunt (Sic enim verba Conſultoris interpretor, ne aliquis ea rapiat in Caluini vel Lutheri ſentẽtiam.) Et fatetur quidem, ſemper eam ſubſtantiam eſſe integram, ſed per vnam ſpeciem non ſignificari integram, ſed tantùm vnam partem. Rurſum, vi conſecrationis panis non eſſe ibi ſanguinem dominicum, ſed tantùm corpus domini. Vnde ſi in triduo illo, cùm Chriſtus ſecundùm humanam naturam erat mortuus, panis conſecratus fuiſſet, tãtùm Chriſti corpus exangue ibi fuiſſet, non ſanguis dominicus. Atq; hæc vera eſſe confitemur: Sed vidẽdum eſt,

quorſum

quorſum hæc huc allegētur. Videntur enim ad hoc allegari, quòd aliud quærant Laici communicantes quàm ipſum Chriſtũ: nempe, vel expreſsiorem eius ſignificationem, vel pleniorem effectum gratię Chriſti: aut vt in altera tantùm ſpecie nihil cogitent de cōcomitantia vnius partis Chriſti ad aliam, ſed tantùm de his quæ primò ſignificantur.

Expreſsiorem autem ſignificationē non credo eos optare, niſi propter pleniorem effectum, vel vitationem ſubtilium cogitationum de concomitantia, quę eis fortaſsis difficilis eſt, aut propter maioris deuotionis excitationem. Quod ſi expreſsiorem ſignificationem propter ſe quærant, docendi ſunt, non in ſignis hærendum eſſe, ſed per ſigna ad res ſignatas mentem erigendam: atque Chriſtianorum eſſe, non tam ſignis, quàm rebus delectari. An autē plenior vel maior gratiæ Chriſti fructus per cōmunionem vtriuſque ſpeciei, quàm per eam quæ ſub vnica fit, detur, inferiùs tractabitur. In tertio tractatu.

Hîc verò oſtendendum eſt, quòd communicantes ex iure diuino ad vtramlibet ſpeciem de cōcomitantia vnius partis Chriſti ad aliã cogitare debeant, etiam ſi vtramq; ſpeciem ſumant. In primis igitur debent cogitare

gitare ad corpus domini ſub ſpecie panis, de concomitantia diuinitatis. Debent enim diiudicare corpus Domini, et certa fide credere, ſe ſumere corpus vnigeniti Dei, adeoque ipſum vnigenitum Dei: iuxta quod ipſe dicit, Hoc eſt corpus meum. Attende & expēde Meum, quod ſecundū Grāmaticos eſt pronomen primæ perſonæ. Et quæ perſona hoc dicit? Naturalis filius Dei, et verus deus. Atq; ipſe Chriſtus panis conſecrationem & corporis Sui ſumptionē, ab hominibus fieri mādat in Sui cōmemorationē. Hoc, inquit, facite in Mei cōmemorationē. Vnde etiam Synodus vniuerſalis Epheſina prima dicit, nos ſumere carnē & ſanguinē Domini, non vt hominis cuiuſlibet vel viri ſanctificati, ſed vt verè viuificatricem & Verbi propriam. Cùm enim vitā non præſtet, niſi per diuini-
Ioan. 6. tatem, iuxta illud: Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam: & non niſi ſpe fructus ſpiritalis dominica caro ſumi debeat: clarè conſequitur, communicantem cogitare debere de Chriſti diuinitate.

Sed fortaſſe fateberis, nos debere ipſum corpus ſumere (ſiue ſequatur communio calicis, ſiue nō) cum cogitatione concomitantiæ diuinitatis, ſicut vtrámuis ſpeciē de-

bemus

bemus adorare, ratione diuinitatis in eadem perſona coniunctæ:at dices, nondũ eſt oſtẽſum,cõmunicãtes debere ſub ſpecie ſolius panis cogitare ex Chriſti inſtitutione, de ſanguine Chriſti,vel ibi eſſe corpus Chriſti viuum. Imò ex eiſdem ſcripturis hocipſum ſequitur. Debemus enim, iuxta Pauli interpretationẽ, ex Chriſti pręcepto mortẽ Domini,etiã in ſumptione corporis ſub ſpecie panis cõmemorare. Mortẽ vtiq;,nõ cuiuſlibet hominis, vel viri ſanctificati,ſed eã, quã Chriſtus Deo Patri cõſubſtãtialis filius, & victor mortis ſubijt.Mortẽ,inquã,domini.Quid eſt mors domini,niſi mors eius qui mortẽ vicit? Vnde ex traditione ſanctorum Patrũ, ſemper cum Chriſti morte ſimul & reſurrectionẽ & aſcẽſionẽ eius cõmemoramus,vt ſuprà oſtẽdimus.Debẽt igitur Chriſtiani,etiam circa corporis Chriſti ſub ſpecie panis ſumptionẽ cogitare,ſe percipere corp⁹ viuũ & glorioſum, quondã mortuũ,& per cõſequẽs totũ Chriſtũ. Vnde nõ licet eis ob hoc poſtulare Chriſti ſanguinẽ ſub ſpecie vini,quia naturalẽ cõcomitantiã ſanguinis cũ Chriſti iam viui corpore ſub ſpecie panis expẽdere nolunt. Et æqualis deuotio excitabitur eis, ſi eãdem meditationẽ,quã vtriq; ſpeciei

1.Cor.11.

In quarto argumento primi tractatus, paulo ante mediũ

ſpeciei adhibent, vni quoque ſpeciei adhibeant: præſertim cùm excitatio deuotionis per ſigna, communis ſit, & Pſalmis & alijs orationibus, cum ſacramentis, & id quod per ſigna ſacramenti non fit, per verba & alia ſigna æquè fiat. Vnde ſtat inuicta ratio Concilij Conſtantienſis, ideo laudātis vnius ſpeciei communionem, quia Chriſtus integrè eſt ſub vna ſpecie.

Fol. 39. Ad verba autem ex Alberto citata reſpondeo, Albertum loco à Conſultore citato iſta verba obijcere, ad probādum Euchariſtiam ſub vtraq; ſpecie non eſſe vnum ſacramentum, ſed plura: quia videlicet ſignata plura ſunt, nempe Chriſtus; & corpus eius myſticum, ſiue Eccleſia. Deindè dicit, Eccleſiam non eſſe propriè vnum, niſi aggregatione multorum, & ſecundùm quid.

Et poſtea reſpondet, duplicem eſſe perfectionem & vnitatem huius ſacramenti, ex parte eorum, quę per hoc ſacramentum ſignantur. Signatur enim in primis ipſe Chriſtus. Et quia hic perfectè vnus eſt, ideo eſt vnicum & perfectum ſacramentū ex parte ſignati, ſiue vnam ſpeciem ſiue duas conſideres. Deinde ſignatur corpus Chriſti myſticum, quod vtitur hoc ſacramento. Et hac

conſide-

conſideratione ex parte ſignati non eſt ipſum vnum & perfectum ſacramentum,niſi ſub duplici ſpecie. Signatum enim, nempe Eccleſia,habet multa membra: & deinde in multis mẽbris varios habet effectus. Quoſdam enim omnino perfectos facit,quoſdam bonos,ſed non perfectos. Niſi igitur eſſent duæ ſpecies, non deſignaretur vnitas corporis myſtici,quod reuera ex multis,& non vno tantùm conſtat: nec deſignarentur varij effectus,quos in fidelibus hoc Sacramentum facit.Hęc eſt philoſophia Alberti Magni,quæ nihil contra nos facit.

Verba autem Domini Ruardi, quæ folio 40.citat,ſuis tamen verbis mutata, dum dicit:*Et alibi,diſputans de verbis Chriſti,Ioan.6.Niſi manducaueritis etc. ita ſcripſit. Quò perfectiùs manducamus & bibimus,eò conſummatior eſt huius cibi atque potus operatio:ſumi autem hæc perfectiſſimè,quando fide per dilectionem operante,vera & reali præſentia corporis & ſanguinis, ſacra ſuſcipitur Euchariſtia. Addit autem Veteres verba Chriſti accommodaſſe ad manducationem & potionem ſacramentalem:quia ſpectabant plenam & perfectam carnis domini manducationem, & ſanguinis potum:* Hæc, inquam, omnia libẽter admittimus,Dicimus enim, quod certiſſi-

mum eſt,eum qui ſub vna ſpecie ſacramēti Chriſtū ſumit, ſumere perfectè eius corpus & ſanguinem realiter præſentia:& hūc modum ſumendi præſtare maiorē fructū,quàm ſi tantùm fide,ſine vlla ſacramenti ſpecie ſumeretur Chriſtus. Vt autem hoc meliùs intelligas,audi ipſa domini Ruardi verba, in 2.tomo, folio 396. conciliantis ſententiam Epiſcopi Roffenſis & Caietani,ne in fide diſſentire putentur,ſicut reuera non diſſentiūt. Sancti,inquit,quos citat Epiſcopus Roffenſis,interpretando accommodant verba Saluatoris ad eſum & potum ſacramentalem, maximè quia in eorū Eccleſijs mos obtinebat,quòd ſub vtraq; ſpecie toti populo ſacramentū miniſtraretur:& quia perfectiſsimus eſt hic modus manducandi carnem & bibendi ſanguinem ſubſtantialiter ſub Sacramento pręſentem,& verba Saluatoris in ſacramentali manducatione pleniùs & perfectiùs implentur,atq; cum fructu maiore. Frequēs eſt, quod in homilijs ſcripturas accōmodēt Doctores pro captu & ędificatione auditorū. Nam quod dicit Dominus, Panis quē ego dabo,caro mea eſt:quam,inquā, dabo in cibum,illa eſt eadē mea caro, quā in cruce dabo pro mūdi vita. Dat autem hanc

Ioan.6.

carnem

carnem in cibum & refectionem, edendam atq; maſticandam fide & charitate. Attenta namq; meditatio carnis pro nobis paſſæ & mortuę, cor hominis plurimùm confirmat, magis tamen ſi realiter edatur in ſacraméto. Quod verò dicit Caietanus, hęreſim ſequi, ſi intelligatur de ſacramento, verum dicit, ſi generalis eſſet intelligétia, comprehendens omnes Chriſtianos etiam infantes, & intelligeretur de manducando & bibendo ſub proprijs ſpeciebus. Sed hoc modo non intelligit Roffenſis Epiſcopus. Hæc ſunt Do. Ruardi verba, in quibus nihil dicitur pro neceſsitate vtriuſq; ſpeciei, vel quod communionem ſub vtraque ſpecie vrget.

Similiter nihil vrget, quod apud Conſultorem ſubditur: *Non ſatis autem prudenter vir quidam alioqui prudentiſsimus ſcriptum reliquit: non habere Laicos quòd querantur ob ademptam alteram ſpeciem, cùm panis & vinum poſt conſecrationem nihil aliud ſint, quàm ſpecies ſacramentales, & accidentia ſine ſubiecto. Certè Chriſtus, Apoſtolus, & eos ſecuti priſci Patres, longè honorificentiùs cùm de vtraq;, tùm de hac vini ſpecie loquuntur: quam Chriſtus appellatione ſui ſanguinis honoranit, imò ſanguinem eſſe ſuum confeſſus eſt: Apoſtolus communionem ſanguinis appellat:*

alij ſanguinem redemptionis, ſanguinem qui populum redemit, poculum ſanguinis precioſi, atq; adeo ſimpliciter domini ſanguinē appellant. Longè quoq; aliter de his ſpeciebus loquitur Auguſtinus in libro ſententiarum Proſperi. Nec ſimiliter, inquit, comprehendimus has duas ſpecies, quemadmodum ante conſecrationem comprehendebamus: cùm fideliter fateamur, ante conſecrationem panem eſſe & vinum, quod natura formauit: poſt conſecrationem verò corpus Chriſti & ſanguinem, quod benedictio conſecrauit. Non rectè itaque dicitur, vinum poſt conſecrationem nihil eſſe aliud, quàm ſpeciem ſacramentalem, & accidens ſine ſubiecto: Cùm etiamſi in ſe conſideretur, auguſtiſſimum ſit ſacramentum, adiunctum habens verum ſanguinē Chriſti: quem ex inſtitutione ſignificat, ex ſimilitudine repræſentat, ex ſanctificatione continet, & piè ſumentibus, in viuificum & cæleſtem potum exhibet. Quare non indignandum eſt pijs Laicis, ſi hanc ſpeciem obnixiùs petant: Cùm eam non (vt ille inquit) pro accidēte ſine ſubiecto tantummodo, ſed vt Paulus loquitur, pro cōmunione ſanguinis Chriſti ducāt.

Hæc omnia (inquā) nihil vrgēt. In primis enim vir ille qui hoc ſcripſit, non ſenſit, id quod poſt conſecrationem videtur eſſe panis vel vinum, eſſe tantùm accidēs ſine ſubiecto (ſciuit enim eſſe corpus & ſanguinem Domi-

Domini:) ſed hoc tantummodo ſenſit, quòd præter Chriſtum Dominum, qui totus ſub vna ſpecie habetur, non ſit aliquid amplius in alterutra ſpecie quàm accidēs ſine ſubiecto: id quod ex Concilio Conſtantienſi & Baſilienſi, & his priore Lateranenſi, ſub Innocentio tertio celebrato, conſtat. Cùm enim ſub vtralibet ſpecie ſit totus Chriſtus, & ſubſtantia panis non remanſerit, ſed conuerſa ſit in dominicum corpus: cōſequitur, pręter Chriſtū nihil aliud in Sacramēto eſſe, quàm accidēs ſine ſubiecto. Aliter autem Veteres vocant ſpeciem, ipſum cōſecratum vinum vel panē, aliter quando dicunt Chriſtum eſſe ſub ſpecie panis. Hîc enim accidētia, quæ panis prioris & iam mutati fuērūt, vocant ſpeciem, illic ipſam ſubſtantiam viſibilem, ſiue per propria, ſiue per aliena accidentia. Reliqua quæ Conſultor ſubijcit, pertinēt ad docendū, maiorē eſſe ſpiritalem fructum ex communione ſub vtraq; ſpecie, quàm ſub altera: quod deinceps, Chriſto domino adiuuante, ſtatuimus refellere, ſi prius audiantur verba Cōſultoris, quibus videtur dicere, definitionem Concilij Conſtantienſis, approbantis cōſuetudinem, qua populus publicè & paſsim ſub vna ſpecie cōmunicat,

apud pios in dubium reuocari poſſe, & rixarum atque ſciſmatum eſſe occaſionem. Sic igitur habet folio 48. *His omnibus perpenſis, hoc vno certè hæc integra communio præſtat: nempe ea ſi decenter & reuerenter, priſco more in vnitate Eccleſiæ adminiſtretur, quin recta & legitima ſit, quæri & dubitari non poteſt: & ad conſcientias piorum tranquillandas, & pacem ac vnionem Eccleſiæ conſeruandam aptiſſima eſt. Ea verò communio, quæ in vna tantùm ſpecie fit, etiamſi in loco et tempore vſurpari poſſit: tamen multarum quæſtionũ & diſceptationum materiã præbet, quibus & piorum animi nonnunquam commoueantur, & vnde facilè rixæ, odia, & ſchiſmata oriantur.*

Non eſſe plus ſpiritalis fructus ex vtriuſq; ſpeciei cõmunione, quàm ex cõmunione alterius.

TRACTATVS TERTIVS.

VT igitur nunc diuini numinis auxilio oſtẽdamus, nõ eſſe plus fructus ſpiritalis ex cõmunione ſub vtraq; ſpecie, quàm ex communione ſub ſpecie panis tantùm: diligenter pro huius rei intellectu aduertẽdum eſt, in ſumptione huius Sacramenti ſub vna ſpecie panis, eſſe rem quæ ſumitur,

mitur, nempe dominicum corpus, ſanguini & animæ Chriſti atq; diuinitati in vna perſona coniunctũ: eſſe ſpeciem panis (ſub qua cõtinetur atque velatur ſubſtantia corporis filij Dei) quæ ſignat, Chriſti corpus verè pro nobis eſſe mortuum, & eſſe ſpiritalẽ cibum, & quæ ſignat corpus Chriſti myſticum, ſibi concordia fidei & charitatis vnitũ: eſſe modum quo ſumitur, nẽpe eſum dominici corporis: eſſe finem ob quẽ ſumitur, nẽpe vt homo Chriſto & mẽbris Chriſti myſticis vniatur, atq; ei vnitus, Spiritũ ſanctum, vitã, veniam, & reliquos fructus ſpirituales ab eo accipiat: eſſe deniq; memoriã paſsionis Chriſti, cuius merito hæc omnia à Deo obtinentur. Quantum itaq; ad rem ſumptã, nulla eſt diuerſitas inter cõmunionẽ vtriuſq; ſpeciei, & inter communionem alterius tantùm. Nã quod ſub ſpecie panis vi Sacramẽti ſolum corpus eſſe dicitur, & reliqua, vtpote ſanguis & anima & diuinitas Chriſti, tãtùm concomitanter: ſimiliter ſub ſpecie vini, vi Sacramenti ſolus ſanguis, & alia concomitanter: diuerſitatem quidem inter tranſſubſtantiationẽ panis, & trãſſubſtãtiationẽ vini oſtendit (Nam panis non traſſubſtantiatur in ſanguinem, animã, & diuinitatẽ Chriſti,

 ſed tan-

ſed tãtùm in corpus Chriſti,inſeparabile nũc à ſanguine & anima, & perpetuò inſeparabile ab æterna perſona atque natura diuina filij Dei: Similiter vinum non tranſſubſtãtiatur in corpus & diuinitatem Chriſti, ſed tantùm in ſanguinem, nunc à corpore, & perpetuò à diuinitate inſeparabilem:) ſed nullam oſtendit diuerſitatem in re ſumpta per communionem, ſiue ſub vtraque ſiue ſub altera ſpecie. Nulla enim diuerſitas eſt reubarbari ſumpti, ſiue edendo & bibendo, ſiue tantùm edendo ſumas, modò æquè multùm ſumas.

Hæc autem res ſumpta propriè operatur ſpiritalem fructum Sacramenti. Diuinitas enim eſt principale efficiens: Viuum autem Chriſti corpus diuinitati iunctum, eſt ipſius diuinitatis inſtrumentum: vt ait Cyrillus lib.4.in Ioannem, cap.14. Quoniam, inquit, Saluatoris caro Verbo Dei, quod naturaliter vita eſt, coniuncta, viuifica effecta eſt: quando eam comedimus, tunc vitam habemus in nobis, illi coniuncti, quæ via effecta eſt. Hac de cauſa in excitandis mortuis non ſolummodo verbo atque imperio vt Deus vtebatur, verumetiam carnem ſuam, quaſi cooperatricẽ nõnunquam

Elegans doctrina Cyrilli.

adhibe-

adhibebat:vt reipſa oſtenderet,carnē quoq; ſuam,quoniam ſibi coniuncta eſt, viuificam eſſe:atq; doceret fideles, ſuum non alterius corpus eſſe.Nā quando Synagogę Principis filiolam ſuſcitabat,manus eius apprehendit, vt ſcribitur,& erexit dicens: Puella, ſurge: Matt.9. ita vt Deus & verbo & carnis ſuę tactu eam excitauit,vnam ab vno ſe Chriſto, Deo videlicet atque homine, operationem producens.Quando etiam in ciuitatem Naim vocatam ingrediebatur, & offerebatur vnigenitus matris filius iam mortuus, tetigit corpus eius dicens:Adoleſcens,tibi dico,Surge.Non ergo verbo ſolùm ſemper (vt diximus) verumetiā tactu mortuos excitabat, vt oſtenderet corpus quoq; ſuum viuificare poſſe.Quod ſi ſolo tactu ſuo corrupta redintegrantur, quomodo non viuemus qui carnem illam & guſtamus & māducamus? Reformabit enim omnino ad immortalitatem ſuam participes ſui. Nec velis Iudaicè Quomodo quærere:ſed recordare,quamuis naturaliter aqua frigidior ſit,aduentu tamē ignis,frigiditatis ſuæ oblita æſtuat.Hoc ſanè modo etiam nos,quamuis propter naturam carnis corruptibiles ſimus, participatione tamen vitæ ab imbecillitate noſtra reuocati, ad pro-

Lucæ 7.

ad proprietatem illius ad vitam reformamur. Oportuit enim certè, vt non ſolùm anima per ſpiritum ſanctum in beatam vitã aſcenderet, verumetiã vt rude atq; terreſtre hoc corpus cognato ſibi, guſtu, tactu, & cibo ad immortalitatem reduceretur. Hæc Cyrillus. Aduerte etiam, quòd nullus effectus ſpiritalis eſt in nobis ex mortuo corpore, quin idem ſit ex fuſo ſanguine: nec contrà aliquis eſt ex fuſo ſanguine, quin idẽ ſit ex mortuo corpore: item nullus eſt ex vtroq;, corpore ſcilicet mortuo, et ſanguine

Nota. fuſo, quin idẽ ſit ex corpore mortuo. Chriſt⁹

1. Pet. 2. Eſa. 53. enim peccata noſtra tulit in corpore ſuo ſu-

Ioan. 12. per lignũ, & liuore corporis eius ſanati ſu-

Ioan. 3. mus. Corpus Chriſti in cruce ſuſpenſum, &

Num. 21. à terra exaltatũ, omnia ad ſe trahit: In corpo

Eſa 53. re Chriſtus exaltatus eſt, vt omnibus credẽ-

Rom. 4. 1. Cor. 15 tibus daret vitam æternam: ſicut olim læſi à ſerpentibus, aſpectu ænei ſerpentis in pertica exaltati, ſanabantur: In corpore Chriſtus vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Secundũ corpus Chriſtus traditus eſt propter delicta noſtra, & in corpore reſurrexit propter iuſtificationem noſtram: Item in corpore mortuus eſt pro peccatis noſtris. Et innumeræ

ſunt

ſunt alię ſcripturę, quę totū effectū ſpiritalē, qui tribuitur ſanguini fuſo,& corpori ſimul, etiā corpori Chriſti,vel Chriſto ſecūdū corpus tribuunt. Similiter in fine per cōmunionē quæſito,qui eſt,vnum eſſe cum Chriſto & eius membris, item in memoria paſſionis dominicę,cuius merito finis cōmunionis quæritur,nulla eſt diuerſitas, ſiue ſub vna ſiue ſub vtraq; ſpecie communices.Per vtramuis enim ſpeciem Chriſtus ſui commemorationem fieri dicit, & per vtramuis ſpeciem Apoſtolus nos vnū fieri aſſerit.

Quantum verò ad modum ſumendi, eſt diuerſitas aliqua inter eſum & potum, & inter eſum ſolum, atque eſum & potum ſimul. Nam per eſum adducitur res ſumpta per modum cibi, per calicem per modum potus. Sed hæc differentia nullam facit diuerſitatem in re ſumpta, eò quòd per eſum & potum ſimul,non adducitur plus ſpiritalis alimenti, quàm per alterum tantùm. Similiter in ſignificatione ſpecierum eſt aliqua diuerſitas. Nam ſpecies panis ſignat Chriſti corpus pro nobis eſſe mortuum:ſpecies vini autem, Chriſti ſanguinem pro nobis effuſum. Sed, ſiue dicatur homo ſe tradidiſſe in mortem ab alijs illatam, ſiuę ſan-

ſiue ſanguinem violentia aliorum fudiſſe,ſiue vtrumque coniungas,eadem ſemper res ſignatur.Species item panis ſignat, Chriſti ſanguinem eſſe ſpiritualem potum : Sed in ſpiritualibus non differunt cibus & potus, odoratus,tactus,viſus, auditus. Diuerſitas enim ſignificationum,ex analogia rerũ corporalium diuerſarum,non facit in re diuerſitatem. Multis parabolis deſcribit Chriſtus incrementum Eccleſię,& per granũ ſinapis,& per fermentum mulieris: & tamen res non eſt diuerſa. Apoſtolus Paulus ſuam prædicationem nunc cibum,nunc potũ,nũc odorem,nunc fulgorem vocat:eandẽ vtiq; rem ſignificans. Et Sapiens ſapientiam nũc aquæ comparat,nunc pani. Cibabit, inquit, illum pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum. Et Matthæi quinto,Chriſtus iuſtitiam vocat cibum & potum. Beati,inquit,qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. Et Ioan.6. Qui venit ad me,non eſuriet:& qui credit in me,nõ ſitiet vnquã. In quæ verba ſic habet Auguſtinus,tract.25 ſuper Ioannem. Qui venit ad me, hoc eſt quod ait,& qui credit in me: Et quod dixit non eſuriet,hoc intelligendum eſt, & nõ ſitiet vnquam. Vtroque illa ſignificatur ęterna ſatie-

Matt. 13.

Eccle. 15.

na ſatietas, vbi nulla eſt egeſtas. Species quoque panis (vt animaduerterunt pij Patres) ſignat myſticũ Chriſti corpus ex multis fieri vnum, ſicut ex multis granis conflatur vnus panis: & ſpecies vini, myſticũ Chriſti corpus vnum fieri, ſicut ex multis racemis vinum confluit. Sed ſiue dicas, Eccleſiam congregari in vnum, inſtar granorum in vnum panem, & racemorum in vnum vinum, ſiue alteram tantùm ſimilitudinem addas, eandem vtique rem ſignas.

Cùm igitur in vtraque ſpecie ſumpta, & eadẽ res, vnde ſpiritalis fructus prouenit, ſumatur, et eadem res, cuius merito fructus efficitur, commemoretur, idemque fructus ſignificetur in communione ſub vna ſpecie, qui in communione ſub vtraque: clarũ eſt, tantummodo diuerſitatem eſſe in ſignificatione: inter duas quidem ſpecies, quia ex diuerſis rebus corporalibus ad eandem rem ſpiritalem ſignandam ſumitur comparatio: inter alteram verò ſpeciem & vtramq;, quia in hac perfectior eſt vnius rei ſignificatio & expreſsio, quàm in illa. Et ergo cũ in Sacramento eodem non ſit plenior effectus, ſiue fiat perfectiori ſigno, ſiue imperfectiori, modò

modò ipſum Sacramentum ſeruetur(vt Baptiſmus non habet pleniorem effectum in eo qui toto corpore ſubmergitur, atque integrè tertiò lauatur in flumine, quàm in eo qui vna tantùm parte corporis ſemel aliqua aqua aſpergitur:) conſequitur, ex perfectiori vel imperfectiori ſignificatione Sacramenti Euchariſtiæ, ſub vna vel duabus ſpeciebus, nullam oriri effectus varietatem.

Deinde cùm communio corporis Domini ad Sacrificium referatur, cuius homo per communionem particeps eſſe oſtenditur:æquè ſignatur totius Sacrificij particeps eſſe,qui partem ſumit, atque is qui totum.
1.Cor.10 Sicut abſolutè ait Apoſtolus: Qui edunt hoſtias,participes ſunt altaris. Vnde ſacra ſcriptura totum effectum, quem tribuit vni ſpeciei,tribuit & alteri: imò nihil vtrique tribuit,quin tribuat vni.D.Paulus, cùm dicit,
1.Cor.10 Vnus panis & vnum corpus multi ſumus, omnes qui de vno pane participamus (ita enim habent Græca) ſoli panis ſumptioni plenum effectum tribuit,& planè ſignificat, à calicis ſumptione non pendere effectum manducationis ſacrati panis. Sic & alio loco ſoli calici plenum effectum attribuit, dicens:

cens: Omnes in vno ſpiritu, vel (vt habent Græca) in vnum ſpiritum potati ſumus. Hoc eſt, omnes potu ſacro vnus ſpiritus effecti ſumus, et vno pane ſacro omnes vnum corpus effecti. Quòd ſi vnum corpus, ergo & vnus ſpiritus: & ſi vnus ſpiritus, ergo & vnum corpus. 1. Cor. 12.

Similiter Synodus Tridentina, Seßione 21. capite 1. doctè oſtendit, ex vnitate effectus, qui Ioannis ſexto tribuitur nunc ſoli carni Domini, nunc carni & ſanguini, conſequi, non eſſe vtramque ſpeciem Sacramenti ex Chriſti præcepto neceſſariam, etiam ſi quis illud caput de ſacramento Euchariſtiæ interpretetur. Quia videlicet idem eſt effectus corporis domini, & idem corporis & ſanguinis ſimul, quæ ſub vna ſpecie ambo ſunt: & dum ea ſpecies ſumitur, caro Domini editur, & ſanguis bibitur. Neque ex ſermone illo (inquiunt Patres dicti Concilij) apud Ioannem capite ſexto rectè colligitur, vtriuſque ſpeciei communionem à Domino præceptam eſſe, vtcunque iuxta varias ſanctorum Patrum & Doctorum interpretationes intelligatur. Namque qui dixit, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis

eius

eius ſanguinem,non habebitis vitā in vobis: dixit quoque, Si quis manducauerit ex hoc pane,viuet in æternum. Et qui dixit, Qui manducat meam carnem,& bibit meū ſanguinem,habet vitam æternam: dixit etiam, Panis quem ego dabo,caro mea eſt,pro mūdi vita.Et denique qui dixit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in illo: dixit nihilominus,Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

Ex eo autē imaginantur aliqui,plus fructus eſſe ex communione ſub duabus ſpeciebus,quàm cōmunione ſub vna,quia plus ſigna quàm res Sacramentorum attendunt. Et quia apud plurimos hæretica ſententia obtinuit,Sacramenta non aliter iuſtificare, quàm Euangelij prędicationem,nempe excitando fidem,quæ iuſtificat: ideo arbitrantur Sacramenta expreſsiùs ſignantia habere maiorem effectum.Quia quanto expreſsiùs ſignant,tanto fidē,more prædicationis verbi,magis excitant. Vnde & vernacula lingua Sacramenta celebrari & adminiſtrari volunt, vt ſuſcipientium fides excitetur. At Catholici, qui ſciunt Sacramenta operari, etiam ſi ſuſcipientes non attendāt verba,nec

ba,nec excitetur amplius per ea fides,quàm ante Sacramenti ſuſceptionem erat excitata (Baptizamus enim cum fructu infantes , in quibus fides non excitatur:cùm fructu etiã in Baptiſmo inuocamus Trinitatem , quam rudes vix cogitare poſſunt : abſoluimus quoq; cum fructu verbis Latinis homines, qui Latinè non intelligunt : Sicut Chriſtus Dominus mortuos excitauit , & manibus impoſitis infantibus benedixit,& per ſacerdotis in Sãcta Sanctorum ingreſsi preces & ſacrificium,quæ populus non videbat, populo propicius fuit) magis rem intuentur quàm ſigna : nec per excitationem tantùm fidei,ſacramenta iuſtificare putant, ſed quia Chriſtus ijs tanquam inſtrumentis vtitur. In Euchariſtiæ quidem ſacramento humanitas inſtrumentum eſt diuinitatis(ſicut tactu carnis Chriſtus in hac vita infirmos curauit, & mortuos ſuſcitauit)neq; in hoc ſacramẽto,cũ per ſeipſum corporaliter pręſentem Chriſtus operetur,alio inſtrumẽto opus eſt:in reliquis verò,cũ non ſit ſecũdũ humanam naturam præſens,etiã alio inſtrumento vtitur:Sicuti verbo ſolo in hac vita remiſit peccata,& ſanauit infirmos . Vnde etiam non perſuadẽt ſibi Catholici, in ſacramento

Z Eucha-

Euchariſtię ex perfectiori ſignificatione oriri maiorẽ fructũ ſacramẽti. Sed dicent aduerſarij: Saltẽ excitatur fides ꝑ ſigna ſacramẽti: Cũ igitur vbi expreſsior eſt Sacramẽti ſignificatio, etiã maior ſit fidei excitatio: cõſequitur, vtiliorẽ eſſe cõmunionẽ ſub vtraq; ſpecie, maiorẽq; ſacamẽti fructũ ex hac ꝓuenire, q̃ ex illa, quæ ſub altera tantùm ſpecie fit. Reſpõdeo, quòd ſi talẽ excitationem quærimus, quæ per clariora ſigna fiat, ea magis verbis quàm ſacramentis, potiùs in veteris legis figuris intellectis, quàm nouæ legis ſacramentis, in quibus effectus potiſsimũ atq; res ſignata ſpectatur, inuenietur. Sanè ſi quis fructus excitationis fidei ipſis ſignis tribui debet, eundem populus, ſi non cõmunicando, tamen ſacrũ audiendo, & cum ſacerdote offerendo omnino percipit.

In manna huius rei non obſcura figura præceſsit. Nam quemadmodum qui plus aut minus collegit de manna, non plus aut minus accepit alio: Ita & in noſtra Sacramento, nec plus nec minus accipit, qui plures aut maiores, vel qui pauciores aut minores ſpecies ſuſcipit: ſed quantum illi, tã-
Exod. 16. tum iſti, vt fiat æqualitas: ſicut ſcriptum eſt:
2. Cor. 8. Qui multùm, non abundauit: & qui mo-

dicum

dicũ,non minorauit.Ibi eadẽ menſura Gomor omnibus ſuffecit,tã fortioribus q̃ infirmioribus.Et noſtrũ Sacramẽtũ nõ â perfeſectis tantũ,ſed & ab imperfectis ſuſcipi poteſt,vtroſq; pro ſua nutriens capacitate.

Ad horum confirmationem hoc adijcimus,Concilium Conſtantienſe nunquã approbaturũ fuiſſe,neq; etiam ſanctos Patres ante iſtud Conciliũ vnquam introducturos fuiſſe cõſuetudinem paſsim cõmunicãdi ſub vnica ſpecie,ſi aliquid fructus ſpiritualis,etiã nõ omnino neceſſarij ad ſalutem,ex Chriſti inſtitutione perciperetur in vtriuſq; ſpeciei communione,quod nõ perciperetur ex cõmunione ſub altera.Neq; enim in manu totius Eccleſię,aut generalis Concilij,aut ſanctorũ Patrũ eſt,vel admittere vel tanquam laudabilẽ approbare conſuetudinem pigrorũ & negligentiũ Chriſtianorũ, qui ſacramẽtũ Cõfirmationis aut Extremæ vnctionis,q; haud dubiè fructũ ſpiritalẽ adfert,oĩno negligũt:multo minùs eã cõmunicãdi cõſue tudinẽ introducere,aut tãq̃ legẽ ſancire. Abſit,vt laudabilis ea cõſuetudo iudicetur, qua ſacramẽtorũ Chriſti faciliũ & omnibus apprimè vtilium maior fructus,etſi non abſolutè ad ſalutem neceſſarius,negligatur.

Obiectio. Obijcias fortè, Concilium Tridentinum ambiguũ reliquiſſe,an plus fructus cõferatur ſumptione vtriuſq; ſpeciei , quàm alterius tantũ,dum 21.ſeſsione,cap.3.dicit,quod ad fructum attinet,nulla gratia ad ſalutẽ neceſſaria defraudari eos,qui vnam ſpeciem ſolam accipiunt:ſubindicans à contrario ſenſu,eos qui ſub vtraque ſpecie communicãt, plus fructus habere, aut ſaltem hoc ambiguum eſſe.Dum enim ſolius gratiæ ad ſalutẽ neceſſariæ meminit,& tali eos qui ſub altera duntaxat ſpecie communicant,nõ fraudari dicit: aliam gratiam ad ſalutem non neceſſariam excipere,aut ſaltem ſub dubio relinquere videtur.

Reſpõſio. Sed reſpondendum eſt, Synodum Tridentinam ſolicitam fuiſſe contra hæreticos hodiernos,qui ex Chriſti præcepto & inſtitutione tradunt neceſſe eſſe , ſaltem extra caſum neceſsitatis ; vt ſub vtraque ſpecie omnes communicent: ideoque hoc Caput præcipuè poſuiſſe.Quanquam igitur Patres ibi apertis verbis non definiant , non plus fructus eſſe ex communione ſub vtraque ſpecie, quàm ex altera, non ob hoc tamen contrarium ſenſerunt, aut inter ambigua illud reponendum eſſe duxerunt. Nunquid

quia

quia Nicœna ſynodus nihil dixit de Spiritus ſancti diuinitate, nihil dixit de Chriſti anima, quod vtrumq; negabat Arrius, ideo ſenſiſſe putanda eſt, Spiritum ſanctum non fuiſſe Deum, aut Chriſtum non habuiſſe animam? Satis fuit iſtius Synodi Patribus, damnare dogma Arrij præcipuum, quod maximè innotuerat, vt per eam damnationem ſcirent Catholici, Arrium eſſe aduerſarium fidei Chriſtianæ: ideoque nullius momenti atque autoritatis eſſe, quicquid etiam circa alia comminiſceretur. Si autem diligentiùs perſpiciatur, quid Synodus Tridentina iam citato capite dicat, inuenietur, ex eodem argumento quo probat nullâ gratiâ ad ſalutem neceſſariâ defraudari, qui ſub vnica ſpecie communicant, etiam conſequi, quòd nullâ gratiâ abſolutè, quâ vtraque ſpecie communicãtes gaudẽt, vnica ſpecie cõmunicantes defraudantur. Fatendũ eſt, inquiunt Patres, etiã ſub altera tãtùm ſpecie, totum atq; integrũ Chriſtum verumque ſacramentum ſumi. Ac propterea, quod ad fructum attinet, nulla gratia neceſſaria ad ſalutem eos defraudari, qui vnam ſpeciem ſolam accipiunt. Nonne ęquè ſequitur, quòd nullâ gratiâ fraudentur vna

ſpecie communicantes? Si propterea non carent neceſſariâ gratiâ vna ſpecie communicantes, quia totum Chriſtum accipiunt, nõne ob eandem cauſam nulla omnino gratia, quam ſub vtraq; ſpecie communicantes percipiunt, defraudantur? Quemadmodum enim qui ſub vtraq; ſpecie communicant, nihil aliud habent quàm ipſum integrum Chriſtum: ita & qui alterius tantùm ſpeciei communione cõtenti ſunt, nihil magis aut minùs habent. Deinde poſtea in Canone 3. dicunt Patres anathema ei, qui negat totum & integrum Chriſtum, omnium gratiarum fontem & authorem ſub vna panis ſpecie ſumi. Quo vtique indicatur, quòd Chriſtus ſub vna ſpecie ſumptus, tanquam fons & plenitudo gratiarum implet capacitatem communicantis. Certè Ioannes Slechta Bohemus ſcribit Eraſmo, Huſsitas Bohemos intelligere, à ſynodo Baſilienſi ſibi præſcriptum eſſe, vt, ſi velint ſub vtraque ſpecie communicare, proteſtentur ſe credere, totum Chriſtum eſſe ſub vna ſpecie: & non plus fructus habere, qui ſub duabus, quàm qui ſub vna ſpecie communicat.

Porrò Gaſpar Caſalius Luſitanus Epiſcopus

pus Leirienſis, in libro ſecundo quem de cœna et calice domini inſcripſit, capite vigeſimoquinto arbitratur inter problemata referendũ, An plus fructus ſit ex cõmunione ſub vtraq́; ſpecie, q̃ ex ea quæ ſub altera tãtùm fit. Et pro affirmatiua parte citat Alexandrum de Ales, & Nicolaũ de Lyra in 6. caput Ioannis ſcribentem, vt margo libri an notat. Sed eo loco in Nicolao de Lyra nihil tale inuenire potui. Quia verò Alexandrũ de Ales, et rationes dicti Gaſparis reipſa etiã allegat Conſultor, ideo diluemus argumenta Conſultoris, quibus & ipſe affirmatiuam huius quæſtionis partem aſtruere conatur, & oſtendere plus eſſe fructus in cõmunione quæ ſub vtraq́; ſpecię fit, quã in ea quę ſub altera tantũ. Sic igitur in primis habet fol. 12 *Credebant Veteres, peculiarẽ quẽdam effectum & vim eſſe in ſumptione calicis, quo et expreſsior mortis Chriſti per ſanguinis effuſionem ſignificatio cõtinetur, & ſpiritalis ſitis reſtinctio potu diuini ſanguinis exhibetur, quiq́ ad redemptionem & tuitionem animæ, quæ in ſanguine eſt, propriè refertur.* Eodem modo Huſsitę de Veteribus loquũtur, vt ex Ioanne Slechta Bohemo ſuprà citauimus. Et vbi eſt quęſo quod Conſultor fo. 23. habet.

*Priuatim,*inquit,*extra celebrationem myſteriorum,in qua ſola gratia et ſanctificatio quæritur, participationem Chriſti in altera ſpecie ſufficere putabant Veteres,ſi vtriuſque ſimul conſequendæ facultas negabatur:cùm hæc gratia & ſanctificatio in altera ſpecie,quæ Chriſtum omnis gratiæ fontem continet, ſi idonea fide ſumatur, plenè impetrari & percipi queat.*Sed attende probationes quas loco antè citato adducit: *Quo,*ait,*calice expreßior mortis Chriſti per ſanguinis effuſionem ſignificatio continetur:* Quod ſuprà reiecimus,oſtẽdentes corpus dñi ſub ſpecie panis,cõgruentius eſſe ad Chriſti cõmemorationẽ faciendã,quã ſanguinẽ.Declarauimus etiã,ex expreſsiori ſignificatione nõ eſſe maiorẽ fructũ.Pergit probare Cõſultor:*Et ſpiritualis,*inquit,*ſitis reſtinctio potu diuini ſanguinis exhibetur.*At ſuprà quoq; oſtendimus, ſpiritualẽ ſitim idem eſſe quod ſpiritualem famem,& potum ſpiritualem ab eſu ſpirituali re non differre.

In quinto argumento primi tractatus.

Addit Conſultor: *Quique ad redemptionem & tuitionem animæ,quæ in ſanguine eſt, propriè refertur.* Quod etiam ſuprà oſtendimus,ex quadam accommodatione & correſpondentia dictum eſſe,non ex aliqua diuerſitate. Æquè enim corpꝰ Domini animã

noſtram

noſtram redemit & tuetur, vt ſanguis.

Subijcit. *Ad hæc* (ſcilicet credebant Veteres) *ſumptionem huius ſacroſancti ſanguinis peculiariter pertinere ad remißionem peccatorum in nouo Teſtamento Chriſti ſanguine confirmato: quomodo Chriſtus inquit: Hic calix nouum Teſtamentum eſt in meo ſanguine.* Sed ad hoc quoque ſuprà reſponſum eſt, quando oſtenſum eſt ſcripturam æquè docere, Chriſtum in corpore ſuo peccata noſtra tuliſſe ſuper lignũ, ſicuti docet Chriſti ſanguinem in remiſsionem peccatorum effuſum. Profert deinde Cõſultor ſuos Veteres. *Quô*, inquit (nẽpe quòd ſanguinis ſumptio peculiariter pertinet ad remiſsionem peccatorum) *ſpectauit Ambroſius lib 4. de ſacrament. cap. 6. Ergo quotieſcunque accipis, quid tibi dicit Apoſtolus? Quotieſcunque accipimus, mortem Domini annunciamus: Si mortem annũtiamus, annuntiamus remißionem peccatorum: Si quotieſcunque effunditur, in remiſſionem peccatorum effunditur, debeo illum ſemper accipere, vt ſemper mihi peccata dimittantur. Idem de ſacramẽt. lib. 5. cap. 3. Bibi vinum cum lacte meo: vides huiuſmodi eſſe lætitiam, quæ nullius peccati ſordibus polluatur. Quotieſcunq; enim bibis, remiſſionem accipis peccatorum, & inebriaris in ſpiritu.* Fol. 165.

Si Conſultor inſpexiſſet in vtroque loco

apud

apud Ambroſium præcedentia, inueniſſet eum eandem remiſsionem peccatorũ æquè tribuere corpori, vt ſanguini. Libro enim 4.de ſacra.cap.5:Manna (inquit) qui manducauit,mortuus eſt:qui manducauerit hoc corpus,fiet ei remiſsio peccatorum, & non morietur in æternum. Et immediatè ante alia verba citata,cap.3.libri 5. præcedũt iſta. Mãducaui panem meum cum melle meo. Vides, inquit, quòd in hoc pane nulla ſit amaritudo, ſed omnis ſit ſuauitas? Quæ poteſt eſſe ſuauitas,niſi remiſsio ſit peccatorum?Certè conſcientia peccatorum amara eſt. Deinde citat Cypriani verba ex epiſtola 2.libri 1. vbi D. Cyprianus nihil aliud dicit,quàm quòd futuri martyres, ob correſpondentiam ſanguinis noſtri cum ſanguine Chriſti, vt ſuum ſanguinem fortiter fundant, ſanguine Chriſti munire debeant: Quod & de corpore Chriſti verum eſſe ſu-
Fol.61. prà oſtendimus. Sed non habet Cyprianus, quod ait Conſultor, nempe eos acriùs reſiſtere Aduerſario per ſanguinem Chriſti, & ad fundendum ſanguinem ſuum alacriùs inflammari: ſi intelligas comparationem fieri inter corpus Chriſti & ſanguinem, quaſi ſanguine & corpore domini ſumpto magis

magis inflámentur ad alacriùs moriendum, quàm ſolo corpore:ſed ſentit Cyprianus eos magis muniri vt fortiter reſiſtant,ſi ſanguinem domini bibant,quàm ſi ab Euchariſtia penitus excludantur. Ab his autem Veteribus,quos à parte Cõſultoris nõ ſtare oſtẽdimus, declinat ad Doctores Scholaſticos. *Quamuis*(inquit fol.25.)*hodie non minorem alteri,quàm vtriq́ ſpeciei efficaciam ineſſe doceatur: antiquiores tamen maiorem eſſe efficaciam & gratiam in vtriuſque ſpeciei ſumptione tradiderunt. In quibus Alexander ab Hales: Sumpto, inquit, hoc Sacramento dignè in vtraq́ ſpecie, maior eſt effectus vnionis corporis myſtici cum capite,quàm ſumpto ſub altera*. Et *alibi:Licet illa ſumptio, quæ eſt in accipiendo ſub vna ſpecie ſufficiat,illa tamẽ quæ eſt ſub duabus,eſt maioris meriti:tum ratione augmentationis deuotionis, tùm ratione fidei dilatationis actualis, tùm ratione ſumptionis completioris*. Et *paulò poſt*. *Sumptio, inquit, ſub vtráque ſpecie, quem modum ſumendi tradidit Dominus, eſt maioris efficaciæ & complementi.*

Queſt.32. memb.1. art.2.

Quæſt.53 memb.1.

Hîc fatetur Conſultor, ſicut veriſsimum eſt,hodie doceri, non eſſe maiorem efficaciam vtriuſque ſpeciei quàm alterius: quod etiam ex maioris authoritatis Scholaſticis, quàm eſt Alexander de Hales,

nempe

Fol.110. nempe Thoma & Bonauẽtura ſuprà oſtendimus. Et rationes Alexãdri facilè ſolui poſſunt. Nam augmentatio deuotionis, & dilatatio fidei actualis, quæ concurrit in ſumptione vtriuſque ſpeciei, non eſt propria ſacramento: ſed per alia ſigna verborum & precũ, et per pias meditationes æquè cõcurrit in communione vnius ſpeciei, imò etiam ſine ſacramentali communione. Vnde & magis ad deuotionem hominis, & (vt loquuntur Scholaſtici) ad opus operãtis, quàm ad fructum Sacramẽto proprium, ſiue opus operatum, vt loquuntur, pertinet. Quòd verò ait, ſumptionem eſſe completiorem in communione ſub vtraq; ſpecie, nihil arguit. Eſt enim tantùm in ſignando completior, non autem quantum ad rem ſumptam, & operantem ſpiritalem effectum. Et ſuprà oſtendimus, expreſsiori ſignificationi non eſſe maiorem fructum promiſſum: quẽadmodum non plus fructus habet qui baptizatur in flumine merſus, quàm qui aqua ſemel aſpergitur.

Fol. 164 & ſequẽtibus.

Citat quoque Conſultor Armachanum quendam, obſcurum authorem, quẽ Thomas VValdenſis contra VViclef ſcribens, ſæpè reprehendit. *Armachanus quoque* (inquit folio

ſolio eodem 25.)*contra Armenios: Non eſt,ait, negandum,ſed firmiter aſtruendum, quòd ſumptio ſacramentalis corporis & ſanguinis Saluatoris multùm prodeſt fidelibus ad vitam ſpiritualem augendam.* Non video quòd Armachanus hîc dicat,maiorem fructum eſſe ex cõmunione ſub vtraque ſpecie, quàm ſub altera. Siue enim intelligat ſumptionem ſacramentalem,quæ ſub vna ſpecie fit, in qua vtique ſumũtur corpus & ſanguis Chriſti, ſiue eam quæ fit duabus:clarum eſt quòd vtraq; prodeſt fidelibus ad vitam ſpiritualem augendam.Habet autem hæc Armachanus lib. 9. cap. 8. de quæſtionibus Armenorum: vbi oſtendit, caput ſextum Ioannis de ſpiritali manducatione & bibitione intelligi, non de ſacramentali.Ne ergo putaretur docere,inutilem eſſe ſacramentalem communionem ſub vna vel vtraque ſpecie, addit prædicta verba.

Subijcit Cõſultor: *Idem Armachanus eodem loco cuidam obijcienti dictum Chriſti,Niſi manducaueritis carnem filij hominis,et biberitis eius ſanguinem etc.reſpondet,dictum hoc Saluatoris,ſi quis omnino de ſacramentali bibitione accipiat, intelligendũ eſſe cum modificatione,ſcilicet,quod vtrumq; ſumere certo tempore,aut velle ſumere, & eſſe paratum*

ratum ad hoc,quantum in eius poteſtate eſt, neceſſarium eſt ad vitam ſpiritualem habendam: Quia niſi quis adultus Chriſtianus eſſet paratus ad hoc, quantum in ipſo eſt,contemneret ſidei ſacramẽtum, & vita careret. Dicto loco habet idem Armachanus hæc verba: Non puto illud dictum noſtri Saluatoris (ſcilicet, Niſi mãducaueritis etc.)debere aut poſſe de ſacramentali ſanguinis ſui ſumptione intelligi, quoniam non dubium quin fideles baptizati & confirmati accipiunt Spiritum ſanctum.

Verba autem à Conſultore citata ideo dicit Armachanus, quia etiam ſi Chriſtus præcepiſſet vtramque ſpeciem ſumere, præceptum illud non ligaret pro omni tempore:ſed poſſet eſſe cauſa aliqua fideli, cur hoc ſacramentum non ſumens ſub vtraque ſpecie,excuſaretur à culpa. Deinde non ſequeretur, parem eſſe neceſsitatem ſuſcipiendi Sacramenti Euchariſtiæ, cum neceſsitate ſuſcipiendi Baptiſmi. Hoc enim propriè tractat Armachanus contra Armenos, exigentes ad ſalutem paruulorum, vt communicentur ſacramento Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie. Vnde poſt verba priora à Conſultore citata, ſtatim ſubdit: Sed hoc (ſcilicet, augere vitam ſpiritualem)

tualem) non facit (ſacramentum Euchariſtiæ) niſi per fidem , ſicut ſuperiora oſtendunt. Vnde conſtat, quòd non licet communicare quoſcunque cuiuſcunque ætatis: cùm non liceat tantum ſacramentum cuiquam ſuperfluè aut ociosè conferre. Superfluè autem & ociosè confertur cuique, non habenti ſufficientiam rationis, aut ſaltem actum expreſſum fidei, per quem poteſt ex fide illud recipere. Quoniam in tali nullum fructum operatur. Vnde Paulus expreſsè hoc innuit, cùm dicit, primæ ad Corinthios vndecimo, ſicut ſuperiùs poſui: Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Vbi vult quòd vnuſquiſque qui debet ſacramentum illud ſumere, ſeipſum primò probet: Quod nullus poteſt niſi adultus, ſcilicet niſi diſcretionem competentem habuerit cognoſcendi & credendi ea, quæ fidei ſunt Chriſtianæ.

Et libro 8. capite 34. obijcit idem Armachanus contra neceſsitatem Baptiſmi: Ioannis ſexto Chriſtus dicit: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Vbi ita expreſsè, & ſub verbis ſimilibus affirma-

affirmatur neceſsitas ſumptionis ſacramenti Euchariſtiæ, ſicut in cap. 3. præcedente affirmatur neceſsitas Baptiſmi: Sed non dubium quin multi ſaluentur ſine ſumptione ſacramenti altaris: ergo pari ratione conſequitur, quòd poſſent ſine Baptiſmate ſaluari. Hæc & ſimilia videntur oſtendere, quòd ſacrum Baptiſma non ſit neceſſarium ad ſalutem. Et cap. 40. eiuſdem 8. libri ſic inducit colloquentes. (Totus enim liber Armachani Dialogus eſt Ioannis & Richardi.) *Ioannes*. Diſſolue quod ſuperiùs de neceſsitate ſacramenti altaris obieci (ſcilicet cap. 34. octaui libri.) *Richardus*. Illud eſt dictum de ſumptione ſiue manducatione ſpirituali per fidem: ſicut in quæſtione de illa materia in libro proximo oſtendetur. Et tamen ſi de corporali manducatione acciperetur, intelligendum eſſet ſub modificatione, ſicut obſeruantia aliorum præceptorum affirmatiuorum, ſic, niſi rationabilis vel legitima cauſa excuſet. Et ideo quatenus ſunt præcepta illa duo de Euchariſtia & de Baptiſmo, parē neceſsitatem habent, vt tu ſuperiùs concluſiſti. Si illud dictum de corporali ſumptione dicatur intelligi: ſed patuit ſuperiùs, quòd eſt alia neceſsitas Baptiſmi, ſcilicet ad auferendum ori-

dum originale peccatum, qualis neceſsitas non eſt in ſacramento altaris, quod in confortationem accipitur. Et ideo non potes inferre, quòd ſimpliciter ſit in illis æqualis neceſsitas ad ſalutem. Ex his apertum eſt, Armachanum hoc præcipuè agere, vt oſtẽdat, non ſic eſſe omnibus, etiam pueris neceſſarium Sacramentum Euchariſtiæ, ſiue ſub vna ſiue ſub duabus ſpeciebus, ſicut eſt Sacramentum Baptiſmi, quomodocunq; exponatur ſextum caput Ioannis: & hoc propter Armenos, vt iam dictum eſt. Hoc autem notum eſt, hunc Armachanum longo tempore præceſsiſſe Synodum Conſtantienſem, ſicuti & Alexander de Hales illam dudum præceſsit: vt ex his non liceat contra illius Concilij definitionem argumentari. Armachanus enim floruit anno milleſimo trecenteſimo quinquageſimoſexto. Synodus autem Conſtantienſis celebrata eſt anno milleſimo quadringenteſimo decimooctauo, vel circiter. Alexander verò de Hales ſcripſiſſe dicitur circa annum milleſimum ducenteſimum quadrageſimum.

Producit Conſultor poſtea argumenta domini Ruardi, quæ contra propriam ſen-

tentiam in ſecundo tomo circa articulum de communione ſub vtraque ſpecie ſibi proponit, veluti ex parte aduerſariorum. *Decanus item Louanienſis*, inquit, *in defenſione ſuorum Articulorũ, affirmat, nõ eſſe ſine difficultate, an fructuoſior ſit, & plus gratiæ afferat ſacramentalis communicatio ſub vtráque ſpecie, quàm ſub altera tantùm : idq́; multis de cauſis : Primò, quòd ſit alius effectus cibi, & alius potus: nam ſitim potus, famem cibus ſedat: Secundò, quòd ſub vtraq́; ſpecie ſacra Euchariſtia verè ſacramentum eſt: nec minùs efficax eſt Chriſtus in ſanguine ſuo ſub vini ſpecie, quàm in corpore ſuo ſub ſpecie panis. Nec inutilis eſſe poteſt ſanguinis Chriſti potus ſacramentális, ſi dignè & legitimè ſumatur: Et quia ſacramentum eſt ſpecies vini, ſacramenta autem omnia iuxta regulam communem, ex opere operato gratiam conferunt: potus ſanguinis propriũ habet effectum ſpiritualem, ſitim ſedãdo ſpiritualem, vel augendo aut cõfirmãdo gratiã acceptam in communione corporis. Nec ſufficiens eſt reſponſio, ſi dicatur ſub vtraq́; ſpecie totus eſſe Chriſtus, & ideo eundem operari effectum: quia in hoc ſacramento ſolùm per concomitantiã, nõ ex virtute cõſecrationis totus eſt Chriſtus: et ideo ſecundariò, et quaſi per accidens. Et quanuis ſub vtraq́; ſpecie totus ſit, operatur tamen ſecundùm earum ſignificationem: et vtitur ſub*

 vna,

vna, corpore tanquam inſtrumēto, ſub altera, ſanguine. Et cùm ſacramenta conferāt gratiā quā ſignificant: quando completior et perfectior eſt ſignificatio, pleniorem oportet eſſe effectum.

Sic Conſultor ex Domino Ruardo. Nos ad primum argumentum ex diuerſitate cibi & potus ſumptum, reſpondemus cum Domino Ruardo, ſicut & antè diximus, in ſpiritualibus idem eſſe, ſedari famem & ſedari ſitim: ſicuti eadem res eſt cibus & potus animæ. Ex ratione igitur cibi & potus nulla oritur diuerſitas alia, quàm ex diuerſis rebus corporalibus ad eandem ſpiritalem rem explicandam, diuerſæ analogiæ & ſimilitudines, ſiue diuerſitas ſignorum ſacramentalium.

Secundum argumentum eſt iſtud: Chriſtus, prout eſt ſub vtralibet ſpecie, eſt ſacramentum, ſiue vtraque ſpecies eſt ſacramentum: quodlibet autem ſacramentum ex opere operato peculiarem confert gratiam: igitur & corpus Chriſti ſub ſpecie panis peculiarem gratiam confert, & ſanguis ſub ſpecie vini. Et confirmatur iſtud: quia alioqui ſacerdos inutiliter ſumeret ſanguinem. Sed eodem argumento probabis, duo eſſe ſacrrmenta, corpus ſub ſpecie

panis,& ſanguinem ſub ſpecie vini.

Qui vtriuſq; ſpeciei cõmuniõe introducere conantur ſibi non conſtãt.

Aduerte autem hîc diligenter, quomodo illi qui vtriuſque ſpeciei communionem introducere conantur, ſibi non conſtent. Nunc enim docent vnum eſſe ſacramentum corpus Domini ſub ſpecie panis, & ſanguinem Domini ſub ſpecie vini (vnde & mutilam ac mutili Sacramenti communionem vocant, quæ ſub vna ſpecie fit) nunc verò, volentes docere fructuoſiorem eſſe communionem quæ ſub duabus ſpeciebus fit, quàm quæ ſub vna, aiunt duo eſſe ſacraméta, quorum vtrumque peculiarem habet effectum: ſicuti Baptiſmus & Confirmatio, quorum hæc Baptiſmi effectum corroborat. Nec ſatisfacit ſolutio Conſultoris, quam poſtea folio quadrageſimoſecundo dat.

Porrò, inquit, *quamuis ex duplici hac ſpecie vnum conſtat plenum & integrum ſacramentum, ratione extremi finis, qui ex duabus rebus perficitur: tamen vtraque hac ſpecies per ſe propriè & verè ſacramentum eſt, cùm propriam materiam, ſignificationem, & virtutem obtineat. Quapropter à Veteribus ſæpe multitudinis numero ſacramenta vocantur, & vt duo ſacramenta ſeorſim commemorantur.* Hæc, inquam, ſolutio non

tio non ſatisfacit: Quia ſi dicuntur vnum ſacramentum, tantùm ratione finis extremi, qui eſt perfecta ſpiritualis refectio, vel perfecta vnio cum Chriſto: dicentur eadem ratione Baptiſmus, Confirmatio, & Euchariſtia vnum Sacramentum, eò quòd in extremo fine conueniunt. Omnia enim ſacramenta ordinantur ad finem Euchariſtiæ, qui eſt vnio cum Deo: vt teſtatur Dionyſius Areopagita in libro de eccleſiaſtica hierarchia. Vnde & Euchariſtia nomen habet Communionis, ſiue Synaxis: quia omnium ſacramentorum effectus perficit. Vocatur hinc etiam Sacramentum ſacramentorum. A Veteribus autem ſacramenta vocatur ob diuerſas ſpecies. Nos autem dicimus, vnum eſſe ſacramentum Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie, quia vnicam refectionem ſpiritalem ſignat & facit: ſicuti vnum eſt ſacrificium, quia vtraque ſpecie vnum Chriſtum in cruce oblatum refert, & Chriſtus tanquam vnum contentum ſub ambabus ſpeciebus offertur: ſed tamen perfectioris eſſe ſignificationis ſub vtraque ſpecie, quàm ſub vna: Sicuti vnum eſt ſacramentum Baptiſmi, dum trina merſione confertur, ſed tamen perfectioris ſignifica-

Euchariſtia variè à Veteribus appellatur.

nificationis, quàm ſi vnica aſperſione conferatur. Similiter vnum & idem eſt Sacramentum Euchariſtia ſub vnica ſpecie, atque perfectum, quia vnam & eandem ſpiritualem refectionem ſignat & facit: quamuis non tam perfectæ ſignificationis ſit ſub vnica ſpecie, quàm ſub vtraque: Sicut perfectum eſt Baptiſma, dum vna aſperſione confertur: ſed non tam expreſſæ ſignificationis, quàm ſi trina merſione conferatur. Ideoque in eo qui vtraque ſpecie communicat, non abſoluitur conuiuij ſignificatio, nec effectus ſpiritualis obtinetur, donec perfectum ſit conuiuium & ſignificatio Sacramenti: Sicuti qui baptizat ter immergendo, prima immerſione non confert Sacramentum, nec prima immerſio operatur effectum (alioqui enim ſecundò immergendo miniſter rebaptizaret) ſed trina immerſio Baptiſmus eſt, & regenerat. At qui vnica ſpecie communicat, abſoluit conuiuium ſuum ſpirituale, & obtinet effectum, vnica ſpecie ſumpta: Quemadmodum qui vnica aſperſione baptizatur, regeneratur cùm primùm aſpergitur.

Eodem modo Chriſtus reſuſcitauit Lazarum

zarum ſolo verbo, & duodecim annorum puellam tactu & verbo: & tamen propterea non minus vitæ habuit Lazarus, quàm puella, quia ille vnico, hęc autẽ duobus ſignis ſuſcitata eſt.

Hinc igitur patet etiam ſolutio eius, quod aliquis mouere poſſet hoc modo: Sub vtraque ſpecie bis ſumitur Chriſtus, ſub altera tantùm ſemel: igitur plus fructus eſt ex vtraque, quàm ex altera ſpecie. Nam vtrobique ſumitur tãquam vnica refectio ſpiritualis. *Solutio obiectionis, quã aliquis mouere poſſet.*

Ex dictis, etiam manifeſtum eſt, quòd ſacerdos non inutiliter ſumat de calice, etiamſi vnica ſpecie quis communicans, eundem effectum habeat. Nam non eſt inutile, perfectiùs ſignare fructum Euchariſtiæ. (Dico autem perfectiùs ſignari effectum communionis Euchariſtiæ, participatione vtriuſque ſpeciei, quàm participatione vnius, comparando inter ſe ſigna. Nam ſi rem ſignatam ſpectes, multùm per omnem modum excedit ipſa ſignificationem vtriuſque ſpeciei: ſicuti omnia ſpiritualia in infinitum ſui ſigna corporalia excedunt.) Quemadmodum non eſt inutile nec fruſtraneum, ſi aliquis trina merſione ba-

ne baptizet: etſi vnica aſperſione eundem effectum regenerationis poſsit acquirere.

Alia argumentatio à Domino Ruardo obiecta, veluti pro aduerſarijs, eſt hæc, vt noſtris verbis eam proponamus. In ſacramentis non ſunt ſpectandâ ea, quæ per accidens concurrunt atque operantur, ſed ea quæ ſui gratiâ operantur: Sed ſub ſpecie panis propriè tantùm eſt corpus Domini, non ſanguis, qui eſt ibi tantùm per concomitantiam, & ita quaſi ſecundariò & per accidens, & diuinitas vtitur ibi corpore tanquam inſtrumento, & ſic propriè per corpus tantùm operatur.

Quòd verò tantùm ſit ibi ſanguis & operetur per accidens, ex eo patet: quia ſi in triduo mortis Chriſti facta fuiſſet conſecratio, ſub ſpecie panis fuiſſet tantùm corpus, non ſanguis: eandem tamen contuliſſet gratiam, quam nunc confert, corpus exangue ſub ſpecie panis. Quæ enim per concomitantiam ſunt in Sacramento, ſicut non variant eius ſignificationem, ita nec virtutem, efficaciam, aut fructum. (Idem quoque dici poteſt de corpore Chriſti, prout eſt ſub ſpecie vini.)

Non igitur alia eſt ſub his ſpeciebus operatio

ratio ſacramenti, quia Chriſtus ibi eſt totus, quàm ſi ſolus eſſet ſanguis ſub ſpeciebus vini, vel corpus ſub ſpeciebus panis. Cùm igitur ſub diuerſis ſpeciebus Chriſtus totus varijs vtatur inſtrumentis, & varia ſignificatione, alius vnius ſpeciei, alius alterius videtur effectus.

Ad hanc argumentationē reſpondemus, in operatione alicuius principalis agentis nihil ad rem facere, ſiue diuerſis inſtrumētis et ſignis vtatur, ſiue vnico inſtrumento & ſigno, ſi principale agens tale ſit; vt idem operetur vnico inſtrumento & ſigno, quod pluribus: Sicut iam ſuprà diximus, Chriſtum idem præſtitiſſe ſolo verbo in Lazaro, quod tactu & verbo præſtitit filiæ Iairi. Itaq; cum principale agens ſit filius Dei æternus, ſiue inſtrumento vno, nempe ſola carne ſua exangui, ſiue ſanguine extra venas effuſo, ſiue vtroque ſimul vtatur, idem operatur. Similiter, ſiue vno ſigno ſpecie panis, ſiue vtroque ſpecie panis & vini vtatur, idem operatur, nempe refectionem ſpiritus: præcipuè quia duobus ſignis vtitur, tanquam vno ſicut et vno ſigno ſolo vtitur: ſimiliter duobus inſtrumentis carne & ſanguine vtitur, tanquam pertinentibus ad eundem, &

ad ſuam

ad ſuam vnam perſonã. Et vnica carne ſua vtitur ſimiliter:quia ſcilicet ꝑtinet ad ſuam perſonam.

Vnde etiam Veteres tribuunt corpori Chriſti mortuo effectus diuinitatis. Ambroſius libro tertio de fide,capite tertio.Heliſæus ſuſcitauit configuratus mortuo, ſuſcitauit etiam ipſius mortui corporis tactus, vt eſſet typus venturum eum,qui miſſus in ſimilitudine carnis humanæ, etiam ſepultus mortuos ſuſcitaret.Et in Pſal. 40. Vulneratus latere dominus Ieſus vitam produxit è vulnere, euacuauit omne peccatum, deiecit aduerſarium cui mortem latronis eripuit: & in illa morte, in illa corporis ſui ſepultura cùm exiſtimaretur oppreſſus, eliſus ſua ſe virtute verſauit, cecidit aduerſarius, dominus reſurrexit. Et in caput vigeſimumtertium Lucę. Ex illo autem incorrupto licèt corpore, ſed defuncto, omnium vita manabat. Et Athanaſius in epiſtola ad Epictetũ Corinthiorum Epiſcopum,quem citat Epiphaniꝰ in hæreſi Dimœritarum, quæ eſt ſeptuageſimaſeptima.Ipſum inquit,corpus naturam habens mortalem, ſupra ſuam naturàm reſurrexit, propter verbum in ipſo. Et Auguſtinns

tractatu

tractatu decimo in Ioan: Caro, inquit, ponit animam, & iterum ſumit eam: non tamen ſua poteſtate caro, ſed poteſtate inhabitantis carnem.

At dices: Si diuinitas cum ſola carne idem operatur, quod ſimul cũ carne & ſanguine: quorſum opus eſt populo inculcare, quòd totus Chriſtus eſt ſub altera ſpecie: et hoc pręcipuè ad oſtendendum, tantum ſpiritualis fructus eſſe ex vna ſpecie, quantũ ex duabus?

Duabus de cauſis populũ doceℯ oportet, quòd tot' Chriſtus eſt ſub altera ſpecie

Reſpondemus, duplici de cauſa neceſſe eſſe, vt populus doceatur, totum Chriſtum eſſe ſub vnica & vtralibet ſpecie ſacramenti Euchariſtiæ: Prior eſt, vt rectam fidem de corpore & ſanguine Chriſti teneat. Certa enim fide tenendum eſt, corpus domini eſſe immortale, nec poſſe mori. Vnde non poteſt eſſe exangue: Iuxta illud Chriſti: Filij reſurrectionis vltrà mori non poterunt. Lucę 20. Et eadem ratione conſequitur, ſanguinem Chriſti nunc non poſſe eſſe extra venas, nec corpus & ſanguinem poſſe eſſe ſeiuncta ab anima, vt in Chriſti morte fuerunt: quã-uis abſque diuinitate, ſiue extra perſonã ſeu hypoſtaſim filij Dei nunquam ſeparata fuerunt: vt clarè conuincitur ex eo, quòd Chriſtus

ſtus Dei filius ſepultus fuiſſe in ſcriptura Apoſtolica traditur.

Altera cauſa eſt, vt populus intelligat, per vnam ſpeciem ſe plenũ corporis & ſanguinis Chriſti accipere effectum. Quia etſi diuinitas, vt iam declaratum eſt, etiam per mortuum corpus operata ſit diuinos effectus, & poſsit quoque nunc ſic operari: tamen quando Chriſti corpus per mortem ſeparatum erat ab anima non eodem modo cõcurrebat corporis Chriſti operatio, ad obtinendũ diuinitatis effectũ, ſicuti dum Chriſtus vixit, ſiue ante paſsionem, ſiue poſt reſurrectionem.

Nam eſt quidem, & mortuum & viuum Chriſti corpus diuinitatis inſtrumentum, nec in hac re eſt differentia: ſed tamen vltra rationem inſtrumenti, quam ſolam mortuum corpus habet, viuo corpori aliqua alia ratio diuinitati cooperandi adeſt. Nam Chriſtus viuus etiam cooperatur diuinitati, interpellando pro his qui corporis eius participes fiunt: & in hoc conſummat ſiue ad effectum perducit ſacrificium crucis: dum ſcilicet ſua interpellatione impetrat vt fructus paſsionis ſuæ per diuinitatem communicetur atque applicetur ijs, qui

qui corpus eius aliáve ſacramenta percipiunt: Vnde Apoſtolus, cùm doceat decimo capite ad Hebræos, Chriſtum ſacerdotio functum, offerendo ſe in cruce, eiuſque oblationis virtute conſummari omnes electos: nihilominus etiam hoc docet, eum ſempiternum habere ſacerdotium, eiuſque ratione in perpetuum ſaluare poſſe ſemper viuentem ad interpellandum pro nobis: Rurſum Chriſtum in cœlum ingreſſum veluti in Sancta Sanctorum, per proprium corpus & ſanguinem, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis: ſicuti quondam ſummus ſacerdos inchoatum extra Sancta ſanctorum ſacrificium vituli & hirci, debebat conſummare in Sancta Sanctorum inferendo horum ſanguinem, & ſepties aſpergendo contra propitiatorium. Vnde de vitulo & hirco dicit ſcriptura, Leuitici decimoſexto: Quorum ſanguis illatus eſt in ſanctuarium, vt expiatio compleretur. Heb.7. Heb.9.

Quia igitur diuinitatis operatio (quam vtique tàm per mortuum Chriſti corpus, quàm per viuum operatur diuinitas) quæ eſt animæ noſtræ refectio ſpiritualis, ab hominibus ex Chriſti paſſione tanquam merito, &

rito, & per Chriſti ad patrem orationem & interpellationem, qua nunc pro nobis interpellat, quæritur: interpellatio autem non eſt propriè niſi viuentis anima rationali: ideo multum in acquirendo effectum corporis Chriſti ad rem facit, an Chriſti tantùm pars ſumatur, nempe corpus ſine ſanguine, aut corpus & ſanguis ſine anima. Si enim noſtra oratio per Chriſtum oblata ad ſalutem noſtram, multum momenti habet ad impetrandum DEI gratiam & miſericordiam: quanto magis ipſa oratio Mediatoris?

Vnde Paulus ad Romanos octauo, vt erigat ſpem noſtram in Deum, quòd per Chriſtum omnia obtinebimus, præter Chriſti mortem allegat & Chriſti reſurrectionem, & ſeſsionem ad dexteram patris, & interpellationem pro nobis.

Si igitur fideles non acciperent Chriſti corpus viuum, & totum Chriſtum prout reſurrexit, ſedet ad dexteram DEI interpellans pro nobis, non acciperent Chriſtum, prout conſummauit officium Mediatoris, ſed tantùm prout morte ſua illud inchoauit. Hoc autem procul eſt à mente omnium fidelium.

Hæc

185

Hæc igitur cauſa eſt, cur oporteat populum docere, quòd plenum effectum Euchariſtiæ ſub vna ſpecie accipiunt: quia totum Chriſtum accipiunt, prout quondam crucifixus eſt, & nunc ſedet ad dexteram Dei, & interpellat pro nobis. Imò niſi hocipſum doceant, qui vtramq; ſpeciem ſumi exigũt, nõ docent populum participem fieri Domini Chriſti, provt inchoauit & conſummat ſalutem noſtram. Nam prętermittunt Chriſtum regnantem, & in cœlo ſacerdotio pro nobis fungentem.

Nulla verò ratione admittimus, quòd in propoſitione dictæ argumentationis adducitur, ea quæ per cõcomitantiam ſunt in hoc ſacramento, eſſe veluti ſecundariò & per accidens. Diuinitas enim dicitur ſub ſpecie panis eſſe per concomitantiam, quia panis non vertitur in diuinitatem, ſed in Chriſti corpus. Nunquid propterea ibi eſt ſecundariò & per accidens? Abſit. Perſona enim increata filij Dei corpus ſibi vniuit, non ſicut accidens, nõ veluti ſua diuinitas ſit vnita corpori ſecundariò, ſed tã inſeparabiliter, vt ipſe increatus ſit eſſentialiter corporeus. Subſiſtẽtia enim quæ naturã aliquã ſuſtẽtat, nõ habet eam accidentaliter, nec contrà natura aſſumpta

Ea quæ per cõcomitantiã ſunt in ſacramento Euchariſtiæ, non ſunt in eo ſecundariò & per accidens.

pta habet ſubſiſtentiam accidentaliter: cùm ipſa perſona ſiue ſubſiſtentia eſſentialiter nominetur ab omni natura quam ſuſtentat. Eſſentialiter enim filius Dei eſt homo, eſt corporeus, eſt repletus ſanguine, eſt animatus. Similiter multùm variant & ſignificationem & effectum ſacramenti ea, quæ concomitanter ſunt ſub ſpecie panis & vini. Nam cum ibi concomitanter ſit diuinitas, an non eſt alia ſignificatio ſacramenti quod ſibi finxit Neſtorius, dum putat Chriſtum, qui cœnauit cum duodecim Apoſtolis, & eſt crucifixus, non Deum eſſe, ſed merum hominem, & alia ſignificatio ſacramenti, quod agnoſcunt Catholici, dum Chriſtum verum Deum & hominem confitentur? Sanè aliud ſignat merũ corpus dum Deus loquitur, & aliud dum merus homo. Ipſum ſacramentum ſignat idem quod verba ſacramentalia. Igitur diuinitas, quæ concomitanter eſt ſub ſpecie panis, mutat ſacramenti ſignificationem. Et eadem ratio eſt de effectu. Caro enim non prodeſt quicquã: diuinitas eſt quæ viuificat: iuxta Dominum Ioannis 6. Vnde corpus Chriſti, quod Neſtorius imaginatur, non viuificat. Eadem quoque ratio eſt de ſanguine & anima, quæ concomitantur corpus ſub ſpecie panis, & de corpore & ani-

anima, quæ concomitantur ſanguinem ſub ſpecie vini. Nullo enim modo corpus humanum accidentaliter habet ſanguinē vel animam: ſed habet ea, tanquam quę ſecum cõcurrunt ad cõſtituendam vnam ſpecie ſubſtantiam. Anima etiam rationalis coniuncta ſanguini & corpori ſibi proportionato, conſtituit humanam naturã. Corpus verò & ſanguis non iunguntur ſibi vt accidentia, ſed tanquã partes conſtituentes vnum integrũ: quomodo etiam pedes & crura non adhęrēt ſibi accidentaliter, ſed tanquã partes (vt loquuntur) integrãtes vnũ totũ. Nec vnũ alteri ſecũdariò adhęret, ſed quodlibet in ſuo genere eſt primariũ: Neq; de his verum eſt, quòd ſignificationē ſacramēti non mutant. Aliud enim ſignatur, cùm dicitur, Hoc corpus pro vobis tradetur in mortē, hic ſanguis fundetur in remiſsionē peccatorũ: aliud cũ dicitur, Hoc corp⁹ eſt iã mortuũ, & ſanguis effluxit. In priori enim deſignatur corp⁹ adhuc viuũ, ſed moriturũ, & ſanguis adhuc viuēs, intra venas cõcluſus: in poſteriori autem ſignatur corpus exangue atq; cadauer, & cruor extra venas & corpus à viuēte ſeiunctus. Sic nunc ſacramētũ noſtrũ ſignat corp⁹ Chriſti quõdã mortui, nũc viuētis: ideoq; ſignat corpus cũ aĩa & ſanguine. Et idē de ſãguine dicēdũ eſt.

Effectus quoque variatur, ſicuti diximus: quia ſecūdùm mortuum & exangue corpus nō poteſt filius Dei pro nobis orare, quemadmodum viuens in humana natura pro nobis orat & patrem interpellat.

Deinde probatio allegata ad confirmandum, per accidens tantùm eſſe ſanguinē ſub ſpecie panis, nullius eſt momenti. Non fuiſſet, inquiūt, ſanguis ſub ſpecie panis, ſi hic in triduo mortis Chriſti conſecratus fuiſſet. Quid tum poſtea? Non omnia quæ ſeparari poſſunt, ſunt accidentaliter coniuncta. Pes enim poteſt homini viuo ſalua vita amputari, & tamen propterea non eſt accidentaliter in homine: Anima & corpus per mortem ſeparantur, & tamen nō coniunguntur ſibi accidentaliter. Iam certè per gloriam reſurrectionis corpus Chriſti, & anima, & ſanguis ſeparari nequeunt. Vnde nullam apparentiam habet, ſanguinem Chriſti per accidens nunc corpori coniungi. Sed an verum

Nota. ſit, quòd Apoſtoli potuerunt in triduo mortis Chriſti conſécrare, non facilè dixerim. Lego enim eis tantùm poteſtatem à Chriſto datam in ſui memoriam ſacrificandi: quod Apoſtolus 1. Corint. 11. de commemoratione mortis Chriſti interpretatur: non vtiq; præſentis, ſed præteritæ. Commemoratio enim pro-

propriè præteritorum eſt. Chriſtus autẽ corpus & ſanguinem ſuum obtulit in cœna, in gratiarum actionem mortis iamiam futuræ pro redemptione humani generis: qualẽ poteſtatem nulli dedit.

Poſtremum argumentum eſt: Sacramenta omnia conferunt gratiam, quam ſignant: igitur quanto completior & perfectior eſt ſignificatio, tanto pleniorem oportet eſſe effectum. Sed conſequentiã hanc nihil valere, ſuprà oſtenſum eſt ex æquali effectu baptiſmi, qui confertur vnica aſperſione, & eius qui trina merſione confertur. Et ratio huius eſt, quia gratia Dei non eſt propriè ex ſignificatione ſacramenti, (Nam alioqui omnia ſigna, ſiue verba ſiue alia, eandem conferrẽt gratiam quam ſacramenta: quod hodie docent hæretici, qui ſoli fidei omnia tribuunt:) ſed confertur per ſacra ſigna, quia Chriſtus ſic inſtituit, & veluti cum homine pepigit. Quia igitur Chriſtus ſacramentum inſtituẽs & gratiã ſumenti promittens, non plus promiſit ei qui ſacramentum completiùs ſignãs accipit, quàm qui idem minùs expreſſè & completè ſignans ſumit: ideo non eſt maior fructus, vbi eſt expreſsior ſignificatio. Quẽadmodũ ſi Princeps aliquis ordinet, vt quiſquis nummum æreum, characterem eius ha

 bentem,

bentem, attulerit, accipiat eleemoſynam: nō minus accipiet, qui nummum non ita expreſſè inſigne Principis habentem attulerit, quàm qui expreſsiſſimè illud inſigne habentem nummum apportauerit.

Fol. 26. Subdit poſtea Conſultor. *Idem* (ſcilicet, Decanus Louanienſis) *cōcedit, conſiderando virtutem corporis & ſanguinis ſub propriis ſpeciebus, plus gratiæ ſpiritualis ſub vtráque conferri, quàm ſub altera tantùm ſpecie. Quod autem poſtremò ad hæc omnia reſpondet: ea tantū concludere ſecundùm quid vtilius eſſe vtraq; ſpecie communicare populum, habito ſcilicet reſpectu ad efficaciam & virtutem ſacramenti ſub vtráque ſpecie: quæ verò in contrarium adferuntur, ſimpliciter concludere, non eſſe id populo Chriſtiano vtilius, propter eius indeuotionem, quæ faceret ſine fructu potare de calice Domini, &c, quàm rectè hæc dicantur, piis & æquis hominibus conſiderandum relinquo. Videbitur enim fortaſsis aliquibus, ea quæ à propria virtute & efficacia ſacramenti ducuntur, magis ſimpliciter concludere: quæ verò de periculo irreuerentiæ & indeuotionis populi dicuntur, potius eſſe accidentia, & concludere ſecundùm quid, hoc eſt, habita ratione indeuotionis, quæ planè impertinens eſt ſacramento, & omnibus modis à populo, tàm in corporis, quàm in ſanguinis ſumptione remouenda.* Hæc Conſultor. Sed non aduertit. Do. Ruardum duplicē ponere ſolutionem:

tionem:

tionem: Vnam veram, eamq; ex propria ſen tentia: alteram ex ſententia aliorũ, more col lectorũ & cõmentariorum. Vnde vera ſolutione prætermiſſa, arripit Cõſultor alteram, quam nos non probamus, atq; à mente Ruardi alienam eſſe oſtendemus. Citat autem Do. Ruardus in ea aliena ſententia, quicquid ex Alexandro de Hales antè adduxit Conſultor: atq; idipſum partim probat, nempe quòd conſiderando virtutẽ corporis & ſanguinis ſub proprijs ſpeciebus, plus gratię ſpiritualis ſub vtráq; cõferatur, quàm ſub altera tantũ ſpecie: partim reprehendit, nimirũ illud, quòd ait hæc argumenta tantũ ſecundũ quid cõcludere, vtilius eſſe vtraq; ſpecie cõmunicare populũ, &c. Nos verò oſtendamus quid dicat Do. Ruardus, dum ſuã atque verã ſententiam recitat. Præmiſsis itaq; argumentis, quę aliquibus videri poterãt oſtẽdere, plus fructus eſſe ex duabus quàm vna ſpecie ſumpta, His (inquit) tamen non obſtantibus, cùm idem ſit effectus cibi ſpiritualis & potus, carnis & ſanguinis Domini in ſacramento (Vtrumque enim ſuſtentat, reparat, auget, & delectat. Nam potus hic eſt, vt Medici loquuntur, cibalis) neceſſarium eſt, quòd eadem ſit gratia, quæ ſub vtraq; ſpecię cõfertur, ſicut idẽ eſt quod Foli. 364 2. to.

 eſuri-

nificationis, quàm ſi vnica aſperſione conferatur. Similiter vnum & idem eſt Sacramentum Euchariſtia ſub vnica ſpecie, atque perfectum, quia vnam & eandem ſpiritualem refectionem ſignat & facit: quamuis non tam perfectæ ſignificationis ſit ſub vnica ſpecie, quàm ſub vtraque: Sicut perfectum eſt Baptiſma, dum vna aſperſione confertur: ſed non tam expreſſæ ſignificationis, quàm ſi trina merſione conferatur. Ideoque in eo qui vtraque ſpecie communicat, non abſoluitur conuiuij ſignificatio, nec effectus ſpiritualis obtinetur, donec perfectum ſit conuiuium & ſignificatio Sacramenti: Sicuti qui baptizat ter immergendo, prima immerſione non confert Sacramentum, nec prima immerſio operatur effectum (alioqui enim ſecundò immergendo miniſter rebaptizaret) ſed trina immerſio Baptiſmus eſt, & regenerat. At qui vnica ſpecie communicat, abſoluit conuiuium ſuum ſpirituale, & obtinet effectum, vnica ſpecie ſumpta: Quemadmodum qui vnica aſperſione baptizatur, regeneratur cùm primùm aſpergitur.

Eodem modo Chriſtus reſuſcitauit Lazarum

zarum ſolo verbo, & duodecim annorum puellam tactu & verbo: & tamen propterea non minus vitæ habuit Lazarus, quàm puella, quia ille vnico, hęc autẽ duobus ſignis ſuſcitata eſt.

Hinc igitur patet etiam ſolutio eius, quod aliquis mouere poſſet hoc modo: Sub vtraque ſpecie bis ſumitur Chriſtus, ſub altera tantùm ſemel: igitur plus fructus eſt ex vtraque, quàm ex altera ſpecie. Nam vtrobique ſumitur tãquam vnica refectio ſpiritualis. *Solutio obiectionis, quã aliquis mouere poſſet.*

Ex dictis, etiam manifeſtum eſt, quòd ſacerdos non inutiliter ſumat de calice, etiamſi vnica ſpecie quis communicans, eundem effectum habeat. Nam non eſt inutile, perfectiùs ſignare fructum Euchariſtiæ. (Dico autem perfectiùs ſignari effectum communionis Euchariſtiæ, participatione vtriuſque ſpeciei, quàm participatione vnius, comparando inter ſe ſigna. Nam ſi rem ſignatam ſpectes, multùm per omnem modum excedit ipſa ſignificationem vtriuſque ſpeciei: ſicuti omnia ſpiritualia in infinitum ſui ſigna corporalia excedunt.) Quemadmodum non eſt inutile nec fruſtraneum, ſi aliquis trina merſio-

ne baptizet: etſi vnica aſperſione eundem effectum regenerationis poſsit acquirere.

Alia argumentatio à Domino Ruardo obiecta, veluti pro aduerſarijs, eſt hæc, vt noſtris verbis eam proponamus. In ſacramentis non ſunt ſpectanda ea, quæ per accidens concurrunt atque operantur, ſed ea quæ ſui gratiâ operantur: Sed ſub ſpecie panis propriè tantùm eſt corpus Domini, non ſanguis, qui eſt ibi tantùm per concomitantiam, & ita quaſi ſecundariò & per accidens, & diuinitas vtitur ibi corpore tanquam inſtrumento, & ſic propriè per corpus tantùm operatur.

Quòd verò tantùm ſit ibi ſanguis & operetur per accidens, ex eo patet: quia ſi in triduo mortis Chriſti facta fuiſſet conſecratio, ſub ſpecie panis fuiſſet tantùm corpus, non ſanguis: eandem tamen contuliſſet gratiam, quam nunc confert, corpus exangue ſub ſpecie panis. Quæ enim per concomitantiam ſunt in Sacramento, ſicut non variant eius ſignificationem, ita nec virtutem, efficaciam, aut fructum. (Idem quoque dici poteſt de corpore Chriſti, prout eſt ſub ſpecie vini.)

Non igitur alia eſt ſub his ſpeciebus operatio

ratio ſacramenti, quia Chriſtus ibi eſt totus, quàm ſi ſolus eſſet ſanguis ſub ſpeciebus vini, vel corpus ſub ſpeciebus panis. Cùm igitur ſub diuerſis ſpeciebus Chriſtus totus varijs vtatur inſtrumentis, & varia ſignificatione, alius vnius ſpeciei, alius alterius videtur effectus.

Ad hanc argumentationẽ reſpondemus, in operatione alicuius principalis agentis nihil ad rem facere, ſiue diuerſis inſtrumẽtis et ſignis vtatur, ſiue vnico inſtrumento & ſigno, ſi principale agens tale ſit; vt idem operetur vnico inſtrumento & ſigno, quod pluribus: Sicut iam ſuprà diximus, Chriſtum idem præſtitiſſe ſolo verbo in Lazaro, quod tactu & verbo præſtitit filiæ Iairi. Itaq; cum principale agens ſit filius Dei æternus, ſiue inſtrumento vno, nempe ſola carne ſua exangui, ſiue ſanguine extra venas effuſo, ſiue vtroque ſimul vtatur, idem operatur. Similiter, ſiue vno ſigno ſpecie panis, ſiue vtroque ſpecie panis & vini vtatur, idem operatur, nempe refectionem ſpiritus: præcipuè quia duobus ſignis vtitur, tanquam vno ſicut et vno ſigno ſolo vtitur: ſimiliter duobus inſtrumentis carne & ſanguine vtitur, tanquam pertinentibus ad eundem, &

ad ſuam

ad ſuam vnam perſoná. Et vnica carne ſua vtitur ſimiliter:quia ſcilicet ꝑtinet ad ſuam perſonam.

Vnde etiam Veteres tribuunt corpori Chriſti mortuo effectus diuinitatis. Ambroſius libro tertio de fide,capite tertio.Heliſæus ſuſcitauit configuratus mortuo, ſuſcitauit etiam ipſius mortui corporis tactus, vt eſſet typus venturum eum,qui miſſus in ſimilitudine carnis humanæ, etiam ſepultus mortuos ſuſcitaret.Et in Pſal. 40. Vulneratus latere dominus Ieſus vitam produxit è vulnere, euacuauit omne peccatum, deiecit aduerſarium cui mortem latronis eripuit: & in illa morte, in illa corporis ſui ſepultura cùm exiſtimaretur oppreſſus, eliſus ſua ſe virtute verſauit, cecidit aduerſarius, dominus reſurrexit. Et in caput vigeſimumtertium Lucę. Ex illo autem incorrupto licèt corpore, ſed defuncto, omnium vita manabat. Et Athanaſius in epiſtola ad Epictetũ Corinthiorum Epiſcopum,quem citat Epiphani⁹ in hæreſi Dimœritarum, quæ eſt ſeptuageſimaſeptima.Ipſum inquit,corpus naturam habens mortalem, ſupra ſuam naturam reſurrexit, propter verbum in ipſo. Et Auguſtinns

tractatu

tractatu decimo in Ioan: Caro, inquit, ponit animam, & iterum ſumit eam: non tamen ſua poteſtate caro, ſed poteſtate inhabitantis carnem.

At dices: Si diuinitas cum ſola carne idem operatur, quod ſimul cũ carne & ſanguine: quorſum opus eſt populo inculcare, quòd totus Chriſtus eſt ſub altera ſpecie: et hoc pręcipuè ad oſtendendum, tantum ſpiritualis fructus eſſe ex vna ſpecie, quantũ ex duabus?

Duabus de cauſis populũ doceſre oportet, quòd tot' Chriſtus eſt ſub altera ſpecie

Reſpondemus, duplici de cauſa neceſſe eſſe, vt populus doceatur, totum Chriſtum eſſe ſub vnica & vtralibet ſpecie ſacramenti Euchariſtiæ: Prior eſt, vt rectam fidem de corpore & ſanguine Chriſti teneat. Certa enim fide tenendum eſt, corpus domini eſſe immortale, nec poſſe mori. Vnde non poteſt eſſe exangue: Iuxta illud Chriſti: Filij reſurrectionis vltrà mori non poterunt. Et eadem ratione conſequitur, ſanguinem Chriſti nunc non poſſe eſſe extra venas, nec corpus & ſanguinem poſſe eſſe ſeiuncta ab anima, vt in Chriſti morte fuerunt: quãuis abſque diuinitate, ſiue extra perſonã ſeu hypoſtaſim filij Dei nunquam ſeparata fuerunt: vt clarè conuincitur ex eo, quòd Chri

Lucę 20.

ſtus

ſtus Dei filius ſepultus fuiſſe in ſcriptura Apoſtolica traditur.

Altera cauſa eſt, vt populus intelligat, per vnam ſpeciem ſe plenũ corporis & ſanguinis Chriſti accipere effectum. Quia etſi diuinitas, vt iam declaratum eſt, etiam per mortuum corpus operata ſit diuinos effectus, & poſsit quoque nunc ſic operari: tamen quando Chriſti corpus per mortem ſeparatum erat ab anima non eodem modo cõcurrebat corporis Chriſti operatio, ad obtinendũ diuinitatis effectũ, ſicuti dum Chriſtus vixit, ſiue antę paſsionem, ſiue poſt reſurrectionem.

Nam eſt quidem, & mortuum & viuum Chriſti corpus diuinitatis inſtrumentum, nec in hac re eſt differentia: ſed tamen vltra rationem inſtrumenti, quam ſolam mortuum corpus habet, viuo corpori aliqua alia ratio diuinitati cooperandi adeſt. Nam Chriſtus viuus etiam cooperatur diuinitati, interpellando pro his qui corporis eius participes fiunt: & in hoc conſummat ſiue ad effectum perducit ſacrificium crucis: dum ſcilicet ſua interpellatione impetrat vt fructus paſsionis ſuæ per diuinitatem communicetur atque applicetur ijs, qui

qui corpus eius aliáve ſacramenta percipiunt: Vnde Apoſtolus, cùm doceat decimo capite ad Hebræos, Chriſtum ſacerdotio functum, offerendo ſe in cruce, eiuſque oblationis virtute conſummari omnes electos: nihilominus etiam hoc docet, eum ſempiternum habere ſacerdotium, eiuſque ratione in perpetuum ſaluare poſſe ſemper viuentem ad interpellandum pro nobis: Rurſum Chriſtum in cœlum ingreſſum veluti in Sancta Sanctorum, per proprium corpus & ſanguinem, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis: ſicuti quondam ſummus ſacerdos inchoatum extra Sancta ſanctorum ſacrificium vituli & hirci, debebat conſummare in Sancta Sanctorum inferendo horum ſanguinem, & ſepties aſpergendo contra propitiatorium. Vnde de vitulo & hirco dicit ſcriptura, Leuitici decimoſexto: Quorum ſanguis illatus eſt in ſanctuarium, vt expiatio compleretur.

Heb.7.
Heb.9.

Quia igitur diuinitatis operatio (quam vtique tàm per mortuum Chriſti corpus, quàm per viuum operatur diuinitas) quæ eſt animæ noſtræ refectio ſpiritualis, ab hominibus ex Chriſti paſsione tanquam merito, &

Hæc igitur cauſa eſt, cur oporteat populum docere, quòd plenum effectum Euchariſtiæ ſub vna ſpecie accipiunt: quia totum Chriſtum accipiunt, prout quondam crucifixus eſt, & nunc ſedet ad dexteram Dei, & interpellat pro nobis. Imò niſi hocipſum doceant, qui vtramq; ſpeciem ſumi exigũt, nõ docent populum participem fieri Domini Chriſti, provt inchoauit & conſummat ſalutem noſtram. Nam prętermittunt Chriſtum regnantem, & in cœlo ſacerdotio pro nobis fungentem.

Nulla verò ratione admittimus, quòd in propoſitione dictæ argumentationis adducitur, ea quæ per cõcomitantiam ſunt in hoc ſacramento, eſſe veluti ſecundariò & per accidens. Diuinitas enim dicitur ſub ſpecie panis eſſe per concomitantiam, quia panis non vertitur in diuinitatem, ſed in Chriſti corpus. Nunquid propterea ibi eſt ſecundariò & per accidens? Abſit. Perſona enim increata filij Dei corpus ſibi vniuit, non ſicut accidens, nõ veluti ſua diuinitas ſit vnita corpori ſecundariò, ſed tã inſeparabiliter, vt ipſe increatus ſit eſſentialiter corporeus. Subſiſtẽtia enim quæ naturã aliquã ſuſtẽtat, nõ habet eam accidentaliter, nec contrà natura aſſumpta

Ea quæ per cócomitantiã ſunt in ſacramento Euchariſtiæ, non ſunt in eo ſecundariò & per accidens.

pta habet ſubſiſtentiam accidentaliter: cùm ipſa perſona ſiue ſubſiſtentia eſſentialiter nominetur ab omni natura quam ſuſtentat. Eſſentialiter enim filius Dei eſt homo, eſt corporeus, eſt repletus ſanguine, eſt animatus. Similiter multùm variant & ſignificationem & effectum ſacramenti ea, quæ concomitanter ſunt ſub ſpecie panis & vini. Nam cum ibi concomitanter ſit diuinitas, an non eſt alia ſignificatio ſacramenti quod ſibi finxit Neſtorius, dum putat Chriſtum, qui cœnauit cum duodecim Apoſtolis, & eſt crucifixus, non Deum eſſe, ſed merum hominem, & alia ſignificatio ſacramenti, quod agnoſcunt Catholici, dum Chriſtum verum Deum & hominem confitentur? Sanè aliud ſignat merũ corpus dum Deus loquitur, & aliud dum merus homo. Ipſum ſacramentum ſignat idem quod verba ſacramentalia. Igitur diuinitas, quæ concomitanter eſt ſub ſpecie panis, mutat ſacramenti ſignificationem. Et eadem ratio eſt de effectu. Caro enim non prodeſt quicquã: diuinitas eſt quæ viuificat: iuxta Dominum Ioannis 6. Vnde corpus Chriſti, quod Neſtorius imaginatur, non viuificat. Eadem quoque ratio eſt de ſanguine & anima, quæ concomitantur corpus ſub ſpecie panis, & de corpore & ani-

anima, quæ concomitantur ſanguinem ſub ſpecie vini. Nullo enim modo corpus humanum accidentaliter habet ſanguinẽ vel animam : ſed habet ea, tanquam quę ſecum cõcurrunt ad cõſtituendam vnam ſpecie ſubſtantiam. Anima etiam rationalis coniuncta ſanguini & corpori ſibi proportionato, conſtituit humanam naturã. Corpus verò & ſanguis non iunguntur ſibi vt accidentia, ſed tanquã partes conſtituentes vnum integrũ: quomodo etiam pedes & crura non adhęrẽt ſibi accidentaliter, ſed tanquã partes (vt loquuntur) integrãtes vnũ totũ. Nec vnũ alteri ſecũdariò adhęret, ſed quodlibet in ſuo genere eſt primariũ: Neq; de his verum eſt, quòd ſignificationẽ ſacramẽti non mutant. Aliud enim ſignatur, cùm dicitur, Hoc corpus pro vobis tradetur in mortẽ, hic ſanguis fundetur in remiſsionẽ peccatorũ: aliud cũ dicitur, Hoc corp9 eſt iã mortuũ, & ſanguis effluxit. In priori enim deſignatur corp9 adhuc viuũ, ſed moriturũ, & ſanguis adhuc viuẽs, intra venas cõcluſus: in poſteriori autem ſignatur corpus exangue atq; cadauer, & cruor extra venas & corpus à viuẽte ſeiunctus. Sic nunc ſacramẽtũ noſtrũ ſignat corp9 Chriſti quõdã mortui, nũc viuẽtis: ideoq; ſignat corpus cũ aĩa & ſanguine. Et idẽ de ſãguine dicẽdũ eſt.

Effectus quoque variatur, ſicuti diximus: quia ſecũdùm mortuum & exangue corpus nõ poteſt filius Dei pro nobis orare, quemadmodum viuens in humana natura pro nobis orat & patrem interpellat.

Deinde probatio allegata ad confirmandum, per accidens tantùm eſſe ſanguinẽ ſub ſpecie panis, nullius eſt momenti. Non fuiſſet, inquiũt, ſanguis ſub ſpecie panis, ſi hic in triduo mortis Chriſti conſecratus fuiſſet. Quid tum poſtea? Non omnia quæ ſeparari poſſunt, ſunt accidentaliter coniuncta. Pes enim poteſt homini viuo ſalua vita amputari, & tamen propterea non eſt accidentaliter in homine: Anima & corpus per mortem ſeparantur, & tamen nõ coniunguntur ſibi accidentaliter. Iam certè per gloriam reſurrectionis corpus Chriſti, & anima, & ſanguis ſeparari nequeunt. Vnde nullam apparentiam habet, ſanguinem Chriſti per accidens nunc corpori coniungi. Sed an verum

Nota. ſit, quòd Apoſtoli potuerunt in triduo mortis Chriſti conſecrare, non facilè dixerim. Lego enim eis tantùm poteſtatem à Chriſto datam in ſui memoriam ſacrificandi: quod Apoſtolus 1. Corint. 11. de commemoratione mortis Chriſti interpretatur: non vtiq; præſentis, ſed præteritæ. Commemoratio enim pro-

propriè præteritorum eſt. Chriſtus autẽ corpus & ſanguinem ſuum obtulit in cœna, in gratiarum actionem mortis iamiam futuræ pro redemptione humani generis: qualẽ poteſtatem nulli dedit.

Poſtremum argumentum eſt: Sacramenta omnia conferunt gratiam, quam ſignant: igitur quanto completior & perfectior eſt ſignificatio, tanto pleniorem oportet eſſe effectum. Sed conſequentiã hanc nihil valere, ſuprà oſtenſum eſt ex æquali effectu baptiſmi, qui confertur vnica aſperſione, & eius qui trina merſione confertur. Et ratio huius eſt, quia gratia Dei non eſt propriè ex ſignificatione ſacramenti, (Nam alioqui omnia ſigna, ſiue verba ſiue alia, eandem conferrẽt gratiam quam ſacramenta: quod hodie docent hæretici, qui ſoli fidei omnia tribuunt:) ſed confertur per ſacra ſigna, quia Chriſtus ſic inſtituit, & veluti cum homine pepigit. Quia igitur Chriſtus ſacramentum inſtituẽs & gratiã ſumenti promittens, non plus promiſit ei qui ſacramentum completiùs ſignãs accipit, quàm qui idem minùs expreſſè & completè ſignans ſumit: ideo non eſt maior fructus, vbi eſt expreſsior ſignificatio. Quẽadmodũ ſi Princeps aliquis ordinet, vt quiſquis nummum æreum, characterem eius ha-

bentem, attulerit, accipiat eleemoſynam: nō minus accipiet, qui nummum non ita expreſſè inſigne Principis habentem attulerit, quàm qui expreſsiſſimè illud inſigne habentem nummum apportauerit.

Fol. 26. Subdit poſtea Conſultor. *Idem* (ſcilicet, Decanus Louanienſis) *cōcedit, conſiderando virtutem corporis & ſanguinis ſub propriis ſpeciebus, plus gratiæ ſpiritualis ſub vtráque conferri, quàm ſub altera tantùm ſpecie. Quod autem poſtremò ad hæc omnia reſpondet: ea tantū concludere ſecundùm quid vtilius eſſe vtraq; ſpecie communicare populum, habito ſcilicet reſpectu ad efficaciam & virtutem ſacramenti ſub vtráque ſpecie: quæ verò in contrarium adferuntur, ſimpliciter concludere, non eſſe id populo Chriſtiano vtilius, propter eius indeuotionem, quæ faceret ſine fructu potare de calice Domini, &c, quàm rectè hæc dicantur, piis & æquis hominibus conſiderandum relinquo. Videbitur enim fortaßis aliquibus, ea quæ à propria virtute & efficacia ſacramenti ducuntur, magis ſimpliciter concludere: quæ verò de periculo irreuerentiæ & indeuotionis populi dicuntur, potius eſſe accidentia, & concludere ſecundùm quid, hoc eſt, habita ratione indeuotionis, quæ planè impertinens eſt ſacramento, & omnibus modis à populo, tàm in corporis, quàm in ſanguinis ſumptione remouenda.* Hæc Conſultor. Sed non aduertit. Do. Ruardum duplicē ponere ſolutionem:

tionem: Vnam veram,eamq; ex propria ſen tentia:alteram ex ſententia aliorũ,more col lectorũ & cõmentariorum. Vnde vera ſolutione prætermiſſa,arripit Cõſultor alteram, quam nos non probamus,atq; à mente Ruardi alienam eſſe oſtendemus. Citat autem Do. Ruardus in ea aliena ſententia, quicquid ex Alexandro de Hales antè adduxit Conſultor:atq; idipſum partim probat, nempe quòd conſiderando virtutẽ corporis & ſanguinis ſub proprijs ſpeciebus,plus gratię ſpiritualis ſub vtráq; cõferatur,quàm ſub altera tantũ ſpecie:partim reprehendit, nimirũ illud,quòd ait hæc argumenta tantũ ſecundũ quid cõcludere, vtilius eſſe vtráq; ſpecie cõmunicare populũ,&c. Nos verò oſtendamus quid dicat Do. Ruardus,dum ſuã atque verã ſententiam recitat. Præmiſsis itaq; argumentis,quę aliquibus videri poterãt oſtẽdere,plus fructus eſſe ex duabus quàm vna ſpecie ſumpta, His (inquit) tamen non ob- Foli. 364
ſtantibus, cùm idem ſit effectus cibi ſpi- 2.to.
ritualis & potus, carnis & ſanguinis Domini in ſacramento (Vtrumque enim ſuſtentat, reparat, auget, & delectat. Nam potus hic eſt, vt Medici loquuntur, cibalis) neceſſarium eſt,quòd eadem ſit gratia, quæ ſub vtraq; ſpecię cõfertur, ſicut idẽ eſt quod

 eſuri-

eſurimus & ſitimus, vt diximus ſuperiùs, & clariſsimè teſtatur B. Auguſtinus. Panis iſte viſibilis (inquit) ſtomachum confirmat, ventrem confirmat: Eſt alius panis qui cor confirmat, quia panis eſt cordis: & ſpirituale vinum eſt, quod lætificat cor hominis. Ergo ſic de pane accipe, quomodo accipis de vi-
Matt. 5. no: Intùs eſuri, intùs ſiti. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quia ipſi ſaturabuntur. Panis ille iuſtitia eſt, vinum illud iuſtitia eſt,
Ioan. 6. veritas eſt, veritas Chriſtus eſt: Ego ſum, inquit, panis viuus qui de cœlo deſcēdi, & ego ſum vitis, vos ſarmenta: & panis cor hominis confirmat. Hanc eſſe D. Ruardi ſententiam, ex multis aliis locis patet. Nam folio 360. eiuſdem tomi dicit, populo ex omiſſione calicis nullam prouenire iacturam: Et folio 362. dicit, tertiam cōditionem, ſub qua Bohemis vtraque ſpecies conceſſa fuit, eſſe, quòd credant, & doceant non plus ſumi ſub duabus ſpeciebus, quàm ſub vna: quartam, quòd ſub vna ſpecie ſumatur totus Chriſtus, id eſt, tàm corpus eius, quàm ſanguis. Folio 368. dicit erroneum eſſe, arbitrari quòd alius ſit corporis, alius ſanguinis effectus. Et folio 380. inquit: Nec ſpecies ambę ſimul effectum vllum amplius habent, quàm altera: quamuis repræſentatio non ſit plena & perfecta

ſecta. Item folio 389. Explicetur (inquit) populo, quòd nihil patiatur detrimenti, imò plus commodi & ſalutis percipiat, ſi ſub altera tantùm ſpecie communicet, & quòd ſacramēti reuerētia hoc requirat. Et folio 392. Libenter confitemur, quòd communicātes ſub vna ſpecie tantùm, non plenū accipiunt ſacramentum, quod ex duabus conſtat partibus: perfectam tamen & plenam accipiūt rem ſub ſacramento contentam, Chriſtum videlicet totum, vt habet ipſa confeſsio (ſcilicet Vuirtenbergenſis. Contra hanc enim ibi diſputat) plenam etiam ſacramenti efficaciam & effectum. Ex his omnibus ſatis innoteſcit, quæ ſit ſententia domini Ruardi.

Pergit Conſultor folio 27. *Huc quoque accedere videtur regula illa de ſacramentis, quæ aliquoties extat apud Albertum Magnum: ſacramentum Eccleſiæ nihil in gratia cauſat, quod non ex ſimilitudine ſignificat: ſiue Sacramentum nouæ legis nullius cauſa exiſtit, niſi cuius imaginem ſenſibilem gerit. Cùm igitur manducatio corporis in panis ſpecie nullam imaginem & ſimilitudinem gerat potus ſpiritualis de ſanguine Chriſti, neq; ſanè gratiam hanc ſpiritualis potionis ex vi quidem ſacramēti conferet. Plus igitur gratiæ ſpiritualis conferet digna manducatio & potio ſacramentalis, quia plus ex ſimilitudine repræſentat, atque ſignificat. Nam, vt inquit Innocen-*

nocentius tertius: Quamuis ſub ſpecie panis ſanguis ſumatur cum corpore, & ſub ſpecie vini corpus ſumatur cum ſanguine: tamen nec ſanguis ſub ſpecie panis, nec corpus ſub ſpecie vini bibitur, & comeditur. Quia ſicut nec ſanguis comeditur, nec corpus bibitur, ita neutrum ſub ſpecie panis bibitur, aut ſub ſpecie vini comeditur. Sic Conſultor. At horum omnium ſolutio ex præcedentibus eſt manifeſta. Dictũ eſt enim, quòd in ſpiritualibus idẽ eſt cibus & potus: ideoq; cũ eã rẽ vnica ſpecies ſignet, nihil obeſt quo minus ex vi ſacramenti eã cõferat. Nec plus ſignat vtraq; ſpecies, licet expreſsiùs & pluribus ſimilitudinibus, vt iam ſæpiùs dictũ eſt, quàm altera. Vnde verum eſt, quòd ſub ſpecie panis nihil corporaliter bibitur, & ſub ſpecie vini nihil editur, & quòd nec ſanguis editur, nec corpus bibitur, vt dicit Innocẽtius. Hæc enim

Nota.

omnia corpori & ſanguini Domini ſecundũ ſpecies ineffabiliter eis vnitas cõueniũnt. Nã corpus Domini ſecundũ ſe, vt ſeiunctum eſt à ſpeciebus, nullo modo edi poteſt, nec frangi, nec diuidi. Species aũt diuerſæ, vt diximꝰ, effectũ nõ variant. Nobis ſufficit, quòd Innocentius in verbis citatis dicat, ſumi ſanguinẽ dum editur corpus. Et vt verba Innocentij exactiùs diſcutiantur, ſi Edere vocetur, aliquid eſibile in alimentũ qualitercũq; ſumere,

dicemus

dicemus ſub ſpecie vini corpus edi: & ſi Bibere vocetur, potũ ſiue liquorẽ ſumere, quo ſitis extinguatur, dicemus etiã ſub ſpecie panis ſanguinẽ bibi. Si autẽ Edere vocetur, ſicum alimentum ſicco modo ſumere, & Bibere, frigidum & humidum alimentum humido modo ſumere: iam nec ſanguis ſub ſpecie panis bibitur, nec corpus ſub ſpecie vini editur, & nec corpus bibitur, nec ſanguis editur. Et hoc poſteriori modo iſtas voces accepit Innocentius. Cur autem non diſtinguamus ſignificationem vocis Edere & Bibere, cùm ſcriptura & communis loquendi modus eam diſtinguat? Dicimur enim & cochleari edere panem vino mixtum, & panem comminutum ſimul cum vino bibere. Et ſcriptura Euangelica teſtatur, Chriſto à Iudęis vinum cum felle mixtum potum oblatum: cùm Propheta dicat, Chriſto datum eſſe fel in eſcam: nimirũ quia fel ita craſſum erat, ſicut cibus, & tamen per vinum ita etiã temperatũ, vt per modũ potus ſumi poſſet.

Matt. 27.
Pſal. 68.

Ex his illius quoq; ſolutio patet, quod adfert Conſultor folio 41. *Quamuis* (inquit) *vt ait Auguſtinus, dubitandũ nõ ſit, vnumquẽq; fideliũ corporis et ſanguinis Domini tũc eſſe participẽ, quando in baptiſmate mẽbrũ corporis Chriſti efficitur, nec alienari ab illius panis caliciſq; conſortio, nec priuari*

ſacra-

ſacramenti illius participatione & beneficio, etiamſi antequam panem illum comedat, & calicem bibat, in vnitate corporis Chriſti conſtitutus, de hoc ſeculo migrauerit: hæc inquam, quamuis ita ſe habeant, non tamen fruſtrà corporis & ſanguinis Chriſti participatio in ſacramento Euchariſtiæ poſt Baptiſmum ſuſcipitur. Quemadmodum itaque poſt Baptiſmum, in quo regenerati toto Chriſto fruuntur, eius membra effecti, & eius corpori ſociati: tamen poſtea ſacramentum Euchariſtiæ expetunt, in quo perfectum quoq; Chriſtum in cibum & potum ſpiritualem percipiunt: ita qui in ſacramento corporis Chriſti, perfectum Chriſtum in cibum ſpiritualem ſumpſerunt, non temerè eundem illum perfectum Chriſtum in potum ſpiritualem in ſacramento ſacroſancti ſanguinis accipere contendunt: cùm idem Chriſtus in diuerſis ſacramentis, diuerſo quoque modo ſe exhibeat.

Fatemur baptizatum participem effici Euchariſtiæ, eò quòd rei per Euchariſtiam ſignificatæ iam habeat initium, nempe vnitatis cum Chriſto & Eccleſia, idque per eas res, quæ in Euchariſtia propriè ſignantur & conſiſtunt, hoc eſt, per corpus & ſanguinem Chriſti, oblata in cruce: ſicuti vna caro cum muliere effectus rectiſsimè dicitur, qui eam duxit vxorem: iure ſcilicet, etſi non facto. Fatemur quoque regeneratos toto Chriſto frui, non ſecundùm propriam Chriſti perſonam,

nam, ſed ad certum effectum obtinendum, nempe regenerationem: ideoque eos poſtea valdè vtiliter totum Chriſtum ſumere in Eucharistia, vt ei corporaliter in propria perſona iungantur, & vnionem cum eo in Baptiſmo inchoatam perficiant, atque ex eo noua vita eorum in Baptiſmo incepta nutriatur & creſcat. At ex his non conſequitur quod Conſultor putat, nempe fideles ſimiliter debere, ſumpto Chriſto ſub ſpecie panis, quærere eundem ſumere ſub ſpecie vini: quaſi alium aliquem effectum eſſent habituri ex Chriſto ſub ſpecie vini ſumpto, quem non acciperent ſub ſola ſpecie panis. Oſtendat nobis Conſultor ſi poteſt, ſic eſſe diuerſos effectus duarum ſpecierum, vel Chriſti ſub duabus ſpeciebus ſumpti, ſicuti ſatis clarum eſt, alium eſſe effectum Chriſti in Baptiſmo, alium in Euchariſtia: & omnia cõcedemus. Sed nunquam (ſat ſcio) hoc oſtendere poterit: Quia definitionem Concilii Conſtantienſis, & doctrinam Eccleſiæ non poterit euertere. Et hactenus quidẽ putamus nos ſatis clarè oſtendiſſe, neque Chriſtum mandaſſe vt omnes communicare cupientes, ſub vtraque ſpecie communicent, etiam dum nulla neceſsitas abſtinẽdi à calice, vel aliqua ratio neceſsitatis pondus habens, eis adeſt: neque

neque inſtituiſſe, vt plus fructus habeāt ſub vtráq; ſpecie cōmunicantes, q̄ habent cōmunicantes ſub altera ſola. Credimus etiá, argumenta tùm hęreticorũ, tùm Cōſultoris, quæ pro cōtraria parte producta ſunt, Catholico ac diligenti lectori ſufficienter eſſe diſſoluta.

Quòd non liceat ſuperioribus, ijs qui ex errore calicis vſum poſtulant, annuere: & an calix Catholicis ſit concedendũs.

TRACTATVS QVARTVS.

NVNC de eo aliquid dicendum reſtat, quod poſtremò loco nos oſtēſuros ab initio promiſimus: nempe non licere cuiquam ſuperiori, annuere calicem ijs, qui ex hęretica opinione aut erronea illum petunt: videlicet, aut quia credũt, à Chriſto vtramq; ſpeciem, tanquam ab omnibus neceſſariò ſumendam, præceptá, aut quia falſò opinãtur, vtriuſq; ſpéciei cōmunionem ex Chriſti inſtitutiōe eſſe maioris fruct⁹ ſpiritualis, quàm eſt cōmunio ſub vna ſpecie. Agimus aũt hîc, non de permiſsione, qua tolerantur minora mala, etiã mortalia peccata, ob vitandũ maius malum: ſicuti olim Iudæis permiſſus fuit libellus repudij, & hodie leges ciuiles permittũt fornicationes & vſuras: ſed de ea permiſſione, qua nō ſolũ ſimpliciter aliquid permittitur,

titur, verumetiã approbatur tanquã licitũ, & ad ſalutẽ proficiens: Quemadmodũ Gręcis à concilio Florẽtino cõceditur, vt in fermẽtato pane conſecrẽt, & his verbis baptizẽt: Baptizetur, vel Baptizatur Ioannes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Ratio igitur noſtræ ſentẽtiæ eſt iſta. Hæretici petentes cõmunionem ſub vtraque ſpecie, nulla ad id ratione mouẽtur, niſi quòd pertinaciter ſentiũt, Chriſti pręceptũ eſſe, vt calice oẽs vtantur: & vt aliquid inueniãt, in quo Eccleſiam Romanã apud oẽs falſò traducãt, tanquã verbo Chriſti aduerſetur. Horũ itaq; petitioni annuere, nihil eſt aliud, q̃ hęreſim in Eccleſia velle tolerare, imò quaſi ſanctã ad altare introducere, ac opere ipſo eã in altari profiteri & fouere. Sicut enim obedire imperanti aliquid, quod fortè aliquo caſu licitũ eſt, ſed dũ hoc ab eo imperatur, imperatur tanquã opus infidelitatis & eius proteſtatio, eſt vere fidẽ abnegare (vt patet in Macchabęis martyrib⁹, qui licet neceſsitate famis cogẽte, carnẽ ſuillã licitè comedere potuiſſent, abnegatores tamẽ fidei fuiſſent, ſi ea veſcẽdo Antiocho obediuiſsẽt:) Ita ſimiliter cõcedere aliquid, tanq̃ licitũ, ſubſidio petẽti, quod aliqua iuſta cauſa cõcedi poſſet, dũ hoc ex infidelitate petit̃, ſiue vt qui petit, ꝑ hoc ſuã hęreſim opere oſtẽdat: eſt hæ-

eſt hæreſim in ſubdito approbare & fouere. Non enim differunt imperium & petitio, niſi quòd hæc ſit inferioris ad ſuperiorem, illud ſuperioris ad inferiorem. Quare quibuſcunque modis prætexant hæretici, pacem ſe ſeruaturos cum Eccleſia Catholica, vel obedientiam præſtituros ſedi Apoſtolicæ, ſi ſibi aliquid in practica concedatur, circa quod in fide errent: totum eis negandum eſt, donec & verbis & opere expreſſe oſtenderint, ſe hæreſim ſuam abominari. Vt, exempli cauſa, licet fortè inter intemperantes Chriſtianos concedi poſsit ob infirmitatem, vt totam Quadrageſimam non ieiunent, ſed ter hebdomadatim tantùm: nulla tamen relaxatio concedenda eſt iis, qui exigunt relaxationem ex hoc fundamento, quia dicunt ieiuniũ non eſſe maioris meriti, quàm liberá refectioné. Et licet fortè cõcedi poſsit, vt cõiugati fiãt ſacerdotes: dũ tamen hoc petitur, quia iuxta eos lex cœlibat⁹ eſt ſeruatu impoſſibilis, & cõtinentia nõ eſt maioris meriti q̃ coniugiũ, aut quaſi Deus cõtinentiâ nõ colatur: nulla ratione hoc concedi debet. Suprà exẽplo Chriſti & ſanctorũ Patrũ docuimus, fidem tũ maximè ipſo facto proteſtandam, quando ab aduerſariis oppugnatur: nec ad horam quidem hæreticis cedendum eſſe.

Sed

Sed quibuſdam videtur, quòd etiã hic error, quo creditur Chriſtus omnibus vtramq; ſpeciem præcepiſſe, ab Eccleſia tolerari poſſit, maximè cõcordiæ cauſa: & quòd propter hunc errorem nullus ab Eccleſia reiiciẽdus, vel à gratia Dei alienus iudicãdus ſit: Ac proinde putant, quòd ſine vllo peccati periculo, & tanquam id vnde non ſit æternæ ſalutis diſcrimen, huiuſmodi erroris per vtriuſque ſpeciei communionem proteſtatio permitti poſsit. Et ego quidem, ait quidã doctus & Catholicus (qui ante annos aliquot inquirẽdæ veritatis cauſa ſuper hac re mecum contulit, & Catholicè nobiſcum iudicauit) cur is error tolerãdus ſit, magnum ad imitandũ exemplum ab Apoſtolis arbitror eſſe propoſitum. Nam & grauiores illi errores in imbecillioribus tolerârunt, & tanta æquitate fuerunt, vt non ſolùm non præceperint illis cõtrarium, verumetiam propriam ſententiam, apud illos diſsimulârint, & in ſimilibus caſibus diſsimulandum eſſe docuerint. Quòd ſi fuerit (inquit Paulus) aliquis frater tam infirmus, qui eſum carnium in Chriſtiana religione interdictum putet, danda tibi potiùs eſt opera, vt per omnem vitam à carnibus abſtineas, & in eadem quoq; te eſſe ſententia, præ te feras, quàm, ſi credas eum ab errore reuo-

cari nõ poſſe tua libertate, quam ipſe peccatum arbitratur, ad Deum offendendum ſimilibus peccatis occaſionem illi præbeas. Hoc præceptum illi olim ſeruârunt in rebus longè grauioribus, ita vt magna ratione illa hyperbole vterētur, Se Iudęis factos Iudęos, ac Ethnicis Ethnicos, & breuiter, omnia omnibus, vt omnes lucrifacerent. An quæſo nõ fiebant Iudæis Iudæi, qui non modò permittebant Iudæis ad Chriſtũ conuerſis, vt vmbras ac pædagogiam veteris legis, vt infirma & egena elementa, vt ſeruitutem Moſaycã poſt Chriſtum neq; per Chriſtum euanuiſſe crederent: verumetiam ipſi circuncidebant cõuerſos, eadem ſacra atq; eaſdem cęremonias, & quidẽ cum illis qui nondũ erant cõuerſi, celebrabãt, ac Gẽtibus etiã ipſis quoſdam cibos interdicebant, ne Iudæis ſcandalum præberent? Hæc igitur & alia exempla meo iudicio nos docent, hunc errorem in fidelibus concordiæ cauſa tolerandũ eſſe. Hæc ille. Cui olim in hęc ferè verba ſcripto reſpõdimus. Si is qui iudicat nunc, iure diuino pręceptã eſſe cõmunionẽ ſub vtraq; ſpecie, poteſt tolerari tanquam fidelis, & in gratia Dei exiſtens: ergo, cùm Eccleſia non poſsit in rebus fidei quicquam immutare, nec ſua relaxatione facere, vt error qui antè erat mortale

tale peccatum, poſtea ſit veniale, talis reuerà nunc à gratia Dei alienus nõ eſt: & ergo per conſequens à gratia Dei alienus non eſt, qui iudicat totam Eccleſiam Catholicã à tẽpore Concilij Cõſtãtiẽſis erraſſe in fide, & præcepiſſe hominibus errorẽ, contrarium diuinæ ſcripturæ, & ei quod præcepit Chriſtus: atq; ita Spiritum ſanctum exulaſſe à mundo, aut aliã eſſe Chriſti Eccleſiã, quæ tenuerit quod ipſe tenet: iure ſcilicet diuino præceptũ eſſe, communicare ſub vtraq; ſpecie: aliã (inquã) ab ea, quæ Concilij Cõſtantienſis decretum ſuſcipit. Sic ſanè iſte bonus vir argumentatus eſt. Et rectè, ad oſtendendum Romanam Eccleſiam, & non Vuittembergenſem, eſſe veram Chriſti ſponſam. Rurſum, cùm hæreſis ſit error in fide pertinax, hoc eſt, quem homo tenet poſt veritatem demonſtratam atque apertam: quæ non ſolùm aperitur ſcripturis & autoritatibus Sãctorum, ſed etiam totius Eccleſiæ definitione, approbatione, atque conſenſu: hæreticus eſt, quiſquis poſt Concilij definitionem, & totius Eccleſiæ approbationẽ adhuc credit, Chriſti præceptum eſſe, vt ab omnibus cõmunicetur ſub vtraq; ſpecie. Sic ſanè Auguſtinus docet Cyprianũ non eſſe hæreticum in eo, quòd cenſebat eſſe rebaptizandũ: quia necdũ fuerat vniuerſalis

Hæreſis quid.

Lib. 2. de bap. cõtra Donatiſt. cap. 4.

Eccleſiæ & plenarij Concilij conſenſu dogma rebaptizationis reiectum. At Donatiſtę, quia conſenſui Eccleſiæ ſe oppoſuerunt, inter hęreticos meritò ſunt annumerati. Quia manifeſtum eſt (inquit Auguſtinus) ſchiſma, quod Donatiſtarum nomine nuncupatur, reſtat vt hoc de baptiſmo piè credamus, quod vniuerſa Eccleſia à ſacrilegio ſchiſmatis remota cuſtodit. In qua tamen ſi aliud alij, & aliud alij adhuc de iſta quęſtione, ſalua pace ſentirent, donec vniuerſali Concilio vnum aliquid eliquatum ſyncerumq́ue placuiſſet, humanæ infirmitatis errorem cooperiret charitas vnitatis. Et lib. de hæreſibus ad Quodvultdeum: Audent, ait, Donatiſtæ rebaptizare Catholicos, vbi ſe amplius hæreticos eſſe firmârunt, cùm Eccleſiæ Catholicæ vniuerſæ placuerit, nec in ipſis hæreticis baptiſma cõmune refringere. Notum eſt, quòd hęreſis à gratia Dei excludit, & ſubuertit hominem. Denique ſi ad Eccleſiæ antiquiſsimos ritus reſpiciamus, clarum erit, nunquam aliquem ad Eccleſiam eſſe receptum, niſi anathematizato errore, qui clarè definitioni Eccleſię contrarius eſt. Etiam ſi verè (inquit Auguſtinus) propterea vellent hæretici correcto errore venire ad Eccleſiã, quia putarent ſe baptiſmum non habere, niſi in Ca-

Lib. 1. de bap. con. Donatiſt. cap. 18.

Lib. 5. de bap. con. Donatiſt. cap. 5.

in Catholica acciperent: nec ſic deberemus eis ad iterationem baptiſmi conſentire: ſed potiùs docendi eſſent, nec integritatem baptiſmi prodeſſe peruerſitati eorum ſi corrigi nollent, nec eorum peruerſitate violatum fuiſſe integrum baptiſma, quamdiu corrigi noluerunt. Et lib. 1. de peccatorum meritis & remiſsione, cap. 34. Quid, inquit, de ipſa forma ſacramenti loquar? Vellem aliquis iſtorum qui contraria ſapiunt, mihi baptizandum paruulum afferret. Quid in illo agit exorciſmus meus, ſi in familia diaboli non tenetur? Ipſe certè mihi fuerat reſponſurus pro eodem paruulo quē geſtaret, quia ille pro ſe reſpondere non poſsit. Quomodo ergo dicturus erat eum renunciare diabolo, cuius in eo nihil eſſet? Quomodo cōuerti ad Deum, à quo non eſſet auerſus, credere inter cętera in remiſsionem peccatorū, quæ illi nulla tribueretur? Ego quidem ſi cōtra hæc eum ſentire exiſtimarem, nec ad ſacramenta cum paruulo intrare permitterē: ipſe autem in hoc qua frōte ad homines, qua mente ad Deum ſe ferret, ignoro, nec volo aliquid grauius dicere. Certè dogma de rebaptizādo, & de immunitate paruulorum à peccato, non videbatur ex ſcripturis minùs veriſimile, quàm pręceptum vtriuſq; ſpeciei

tradicit Concilio Conſtantienſi & Martino quinto, dicētibus quòd pertinaciter aſſerens, conſuetudinē cōmunicandi ſub vna ſpecie, nō eſſe laudabilē, tanq̃ hęreticus ſit arcendus & puniēdus: Cōtradicit quoq; Leoni decimo, decimoſexto loco hoc Lutheri dictū cō dēnanti: Bohemi cōmunicantes ſub vtraque ſpecie, nō ſunt hęretici. Si iudiciū iſtius boni viri, cuius ratiocinationē pro cōtraria ſentētia, antè poſuimus, ſequamur: incidimus, vt apparet, in 28. & 29. articulos Lutheri, qui ſic habent. Si Papa cū magna parte Eccleſiæ ſic vel ſic ſentiret, nec etiā erraret: adhuc nō eſſet peccatū aut hęreſis, contrariū ſentire, pręſertim in re nō neceſſaria ad ſalutē, donec fuerit per Conciliū vniuerſale alterum reprobatū, alterum approbatū. Item. Via nobis facta eſt eneruandi authoritatē Conciliorum, & liberè contradicendi eorum geſtis, & iudicādi eorū decreta, & confidenter cōfitendi quicquid verum videtur, ſiue probatū fuerit, ſiue reprobatum à quocunq; Concilio.

*Manifeſta autē eſt differentia inter infirmos, non potentes negligere præcepta legis Moyſi ante plenam Euangelij diuulgationē: & inter eos, qui nūc credunt, vtramq; ſpeciē ex Chriſti præcepto ab omnibus ſumi debere. Credunt, inquam, ſed ita vt oppoſitam

*Differentia inter infirmos, nō potentes negligere præcepta Moyſi ante plenā Euangelii diuulgationē, & inter eos qui nunc credunt vtráq; ſpeciem ex Chriſti præcepto omnibus cōmunicātibus eſſe neceſſariá

ſententiam non damnent. Nam alioqui fruſtrà adhiberetur hæc ſimilitudo. Ipſe enim Apoſtolus Paulus oſtendit ſe nõ toleraſſe eos Iudæos, qui credebant leges cæremoniales Moſi, poſt Chriſti Euangelium à ſe & aliis Apoſtolis prædicatum, Iudæos omnes obligare. Vnde & grauiter reprehendit ac redarguit infirmos Chriſtianos ex Iudæis conuerſos, qui ex propriæ conſcientiæ defectu non audebant veſci cibis à Moſe prohibitis, aut prętermittere dies feſtos à Moſe præſcriptos, ſi alios fortiores in fide iudicarent, qui leges de cibis & feſtis à Moſe præſcriptas negligere audebant. Si toleraſſet in infirmis fidem, qua certò ſtatuerent Iudæos lege Moſi adhuc eſſe obligatos: vtiq; debuiſſet tolerare iudicium, quo iudicarent Iudęos cęremonias legis negligentes, peccare. Tolerauit igitur tantùm opinionem illam, qua infirmi ita putabant ſe debere legem cæremonialem obſeruare, vt tamen non auderent oppoſitam opinionem condemnare. Vnde inter hos, quos Apoſtolus tolerabat, & eos qui opinantur vtriuſque ſpeciei communionẽ à Chriſto eſſe præceptam, ex eo eſt differentia: quia tempore Apoſtoli veritas nondum toto orbe declarata erat atque recepta: nondum plenarij Concilij autoritate definitum erat, præcepta

legis

legis Moyſi ceſſaſſe: At hi cęci ſunt, à ducibus cæcis in errorem inducti, & pertinaciter veritati à plenario Concilio declaratæ, & à tota Eccleſia receptę reſiſtentes. Horum igitur ſcandalum ſimile eſt ſcandalo Phariſæorum: & proinde cõtemnendum. Illi ſimiles erant S. Cypriano: hi ſimiles ſunt Donatiſtis. Oporteret pro ſtatuenda tolerantia horum, proferre exemplum, vbi Apoſtoli poſt hiſtoriam, quę Actuum 15. deſcribitur, & poſt Conciliũ ibidem deſcriptum, in quo nimirum definitum fuit, Gentibus non eſſe imponendam legem, toleraſſent, & ad Eccleſiam admiſiſſent aliquos, credentes Gentibus eſſe imponẽdam legem. Ipſe Apoſtolus poſt hoc Concilium mandabat Eccleſiis, vt cuſtodirẽt decreta illius Concilij, clamabat Galatis, Si circuncidamini, Chriſtus vobis nihil proderit. Et ſanè, ſicut prędicante Ioanne, dum Chriſtus inciperet cõplere legẽ ac Prophetas, cęperũt lex & Prophetę ſuo prædicãdi officio defungi: (Vnde Chriſtus ait: Lex & Prophetæ vſq; ad Ioannẽ prophetauerũt.) ita anteq̃ Euangeliũ fuit plenè promulgatũ, antequã euerſum Iudaicũ templũ, antequam ad Iudæos per gẽtes diſperſos perueniſſet Euãgelium, lex & prophetæ non fuére plenè deſtituta ſuo officio prophetandi reuelationem fidei: obligabãtur adhuc

Gal. 5.

Lucæ. 16.

mus: & (ſicut ait Baſilius) nec vnius ſyllabæ de apertis dogmatibus Eccleſiæ corruptio eſt fereda, ſed potiùs omnes mortis ſpecies amplectendæ pro quolibet dogmate. Lib. 7. hiſtoriæ tripart. c. 36

Ex his manifeſtum eſt, non fuiſſe grauiorem errorem infirmorum Iudæorum, volentium adhuc antiquo more obſeruare cęremonias, quàm eſt error iſte neceſsitatis vtriuſque ſpeciei. Hic enim hæreſis eſt, ille error infirmorum, & tolerabilis: hic animũ obfirmat aduerſus Eccleſiam Catholicam, non ille. Abſit autem, vt dicamus Paulum pręcepiſſe, ob infirmorum errores nos debere prę nobis ferre, quaſi in eodem ſimus errore. Nullam ſimulationem vel mendacium permiſit Apoſtolus: multo minus ergo in rebus religionis hoc aſſumere docuit. Sed Iudæis tanquam Iudęus dicitur factus (ſecundùm Auguſtinum epiſtola 9. ad Hieronymum) com paſsione miſericordiæ, non ſimulatione fallaciæ. Fit enim tanquam ægrotus, qui miniſtrat ægroto, non cùm ſe febres habere mentitur, ſed cùm animo condolentis cogitat, quemadmodum ſibi miniſtrari vellet, ſi ipſe ægrotaret: & ſic ipſe aliis ægrotantibus miniſtrando compatitur. Et idem ad eundem epiſtola 19: Omnibus, inquit, omnia factus eſt, vt omnes lucrifaceret: 1. Cor. 9.

non

non mentientis aſtu,ſed cõpatientis affectu, Id eſt, non omnia mala hominum fallaciter agendo, ſed aliorum omnium malis omnibus,tanquam ſi ſua eſſent, miſericordis medicinæ diligentiam procurando. Cùm itaq; illa teſtamenti veteris ſacramenta,etiam ſibi agenda minimè recuſabat,non miſericorditer fallebat,ſed omnino non fallens,atq; hoc modo à Domino Deo illa,vſq; ad certi temporis diſpenſationem iuſſa eſſe commendãs, à ſacrilegis ſacris Gentium diſtinguebat. Tunc autem non mentientis aſtu, ſed com patientis affectu, Iudæis tanquam Iudæus fiebat,quando eos ab illo errore, quo vel in Chriſtum credere nolebant, vel per vetera ſacerdotia ſua cæremoniarumque obſeruationes ſe à peccatis poſſe mundari, fieriq; ſal uos exiſtimabant,ſic liberare cupiebat,tanquam ipſe illo errore teneretur: Diligens vtique proximum tanquam ſeipſum, & hæc aliis faciés, quæ ſibi ab aliis fieri vellet,ſi hoc illi opus eſſet. Ex qua veriſsima atque certiſsima D. Auguſtini interpretatione patet, Apoſtolum Paulum Iudæis non ſolùm conuerſis,ſed etiam grauiſsimè errantibus,tanquam Iudæum factum, nõ ſolùm dum obſeruauit legalia (ad oſtendendum,ea nõ niſi à vero Deo eſſe tradita,nec more eorum quę

demo-

demones tradiderant, tanquam pro omni tempore illicita, cōdemnenda) ſed etiã dum perpetuò ex ſcripturis ſacris eorum peruerſam ſententiam refutauit, qui in Chriſtum credere nolebant, aut per veteris legis ſacramenta & non ex Chriſto iuſtitiam quærebant. Sic nunc pius concionator fit hæreticis tanquam hæreticus, dum verbis apertè confitetur, non eſſe iure diuino prohibitum calicem Laicis: & nihilominus, ne hæretici, neceſsitatem communionis ſub vtraque ſpecie docentes, confirmentur, & hæreſim ſuam latiùs ſpargant, docet melius eſſe vnica ſpecie populum communicare, vt hoc modo fideles, etiam facto fidem ſuam contra hęreticos profiteantur: & legē Concilij Conſtantienſis adhuc eſſe ſeruandam, eò quòd rationes conditæ legis etiamnum perſeuerant.

Quomodo cōcionator catholicus hæreticis tanquam hæreticus fiat.

Notandum autem, quòd non dicit Apoſtolus, ſe Iudæis Iudæum factum, aut Ethnicis Ethnicum: ſed ſe Iudæis factum tanquam Iudæum, iis qui ſine lege erant, tanquam ſine lege eſſet &c. Neque etiam permiſerunt Apoſtoli, vt Iudæi ad Chriſtum conuerſi nō crederent in fidelibus euanuiſſe ſeruitutem Moſaicam: eam, inquam, quæ propriè ſeruitus veteris teſtamenti dicitur, de qua Apoſtolus ad Galatas quarto. Exigebãt enim ab omni-

Seruitus veteris legis propria.

uulgatum erat, ideoque nondum plenè illuxerat, legem eſſe vmbram eorum, quæ in Chriſto & Chriſtianis completa erant & complebantur. Cùm igitur vmbræ nondum penitus à prædicendi officio euanuiſſent, potuerunt Apoſtoli eas & ipſi celebrare cum nondum ad Chriſtum conuerſis, ex Dei tamen inſtituto reuelationem fidei prophetantibus, & iis qui ex illo prophetico populo erant, celebrandas permittere. At quòd Gentibus quoſdam cibos prohibuerint, non facilè crediderim. Si enim Petrus ſubtrahendo ſe à conſortio Gentilium, quadam ratione cogebat Gentes iudaizare, iuxta Apoſtoli Pauli ſententiam, dum nimirum Gentes ex eius facto incipiebant dubitare, num verum dicerēt Pſeudoapoſtoli, docentes ex lege eſſe iuſtitiam: multo magis Apoſtoli Gentes Pſeudoapoſtolis fidem adhibere coëgiſſent, ſi cibos aliquos in lege prohibitos, Gentilibus ſtatuto prohibuiſſent. Galat. 2.

Neq; enim Pſeudoapoſtoli docebant, totam legem Moyſi vt quis ex ea iuſtificaretur, obſeruandam eſſe: ſed partem tantùm eius requirebant, nempe ciborum legalem abſtinentiam, & feſtorum obſeruationem, & alia quædam ſimilia. Non poterat enim, ne Iudęorum quidem per Gentes diſperſorum,

ter in anno coram Domino apparere omne maſculinum: non poterant omnes Phaſe celebrare in Ieruſalem. Vnde Apoſtolus ait:

Galat. 6. Neque enim qui circunciduntur, legem cuſtodiunt. Et alibi: Nemo vos iudicet in cibo

Coloſ. 2. aut potu, aut parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorũ: oſtendens, etiam ipſos Pſeudoapoſtolos nõ plenè ſeruare feſta legis Mōſi, cum præceptis, cæremoniis, & oblationibus: ſed partem tantùm. Hinc & ad Galatas ait: Teſtificor omni homini circuncidẽti

Cap. 5. ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ: vt fideles Galatæ, videntes ſibi impoſsibile eſſe, totam legem ſeruare, deſinerent iuxta Pſeudoapoſtolorum doctrinam ex parte legis iuſtitiam quærere. Vnde omnino videntur ipſi Apoſtoli, nec partem quidem legalis cæremoniæ Gentibus impoſuiſſe. Scio quidem quòd exponant nonnulli locum illum Actuum 15. Vt abſtineant ſe à contaminationibus ſimulacrorum, & fornicatione, & ſuffocatis, & ſanguine: tãquam Apoſtoli iis verbis Gentilibus prohibuiſſent, ne ſanguinem & ſuffocatum comederẽt (quam expoſitionem indicat, non tamen approbat Auguſtinus lib. 32. contra Fauſtum, cap. 13.) ſed ego illam expoſitionem non ſequor. Magis enim aliorum ſententia placet qui intelligunt iis

Locus obſcurus Act. 15. de ſuffocato & ſanguine exponitur.

verbis

verbis, vt abſtineant ſe à ſuffocatis & ſanguine, præceptum eſſe ne quis homicidio ſé contaminet. Quam interpretationem habet idem Auguſtinus eodem loco contra Fauſtum: & in libro quem Speculum inſcripſit, in tomo 3. Ex quo etiam conſtat, eum non legiſſe nomen ſuffocati. Sic & vetus autor Patianus in exhortatione ad pœnitentiam, & legit & interpretatur. Chryſoſtomus quoque homil. 33. in Acta Apoſtolorum legit quidem ſuffocato, ſed cœdé prohibitam interpretatur. Et ante hos D. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum, cap. 119. Graue, inquit, fuiſſe iugum legis, quòd à nobis abiectum eſt: & leue eſſe iugum Domini, quod à nobis ſuſceptum eſt. Et infrà: Item in Actis Apoſtolorum, Viſum eſt ſancto ſpiritui & nobis, nullam imponere ſarcinam, quàm iſtam quæ ex neceſsitate eſt, abſtinere vos ab idololatriis, & ſanguinis effuſione, & fornicatione. Et quæcunque vobis fieri non vultis, aliis ne feceritis. Sic & Irenæus lib. 3. cap. 12. ſub finem citat magnam partem capitis 15. Actuum, & ſic legit verba Iacobi: Præcipiendum eis, vt abſtineant à vanitatibus idolorum, & à fornicatione, & ſanguine: & quæcunque nolunt ſibi fieri, alijs ne faciant. Verba autem epiſtolæ, quam Apoſtoli eodem capité

conuerſis ex Gentibus fratribus, habitantibus in Antiochia, & Syria, & Cilicia miſiſſe deſcribuntur, ſic legit: Vt abſtineatis ab Idolothytis, & ſanguine, & fornicatione: & quęcunq; non vultis fieri vobis, aliis ne faciatis. Hos igitur veteres Doctores ſequens, puto Apoſtolos illis verbis ſummariè complexos præcepta legis naturæ, ad quę etiam ſub gratia cõſtituti obligãtur: ita vt quéadmodũ Apoſtolus Paulus cõprehendit legem naturę vita pia, iuſta, & ſobria, in epiſtola ad
Cap.2. Titũ: ſic Conciliũ Apoſtolorũ in Actis, ſummariè cõprehenderit deteſtanda per impietaté, fornicationé, homicidiũ, & quamcunq; proximi iniuriã. Alioqui cur Apoſtoli dicũt, ſe nolle vllum imponere onus, niſi iſta neceſſaria? vbi vtiq; indicant, ſe ab alia neceſsitate hæc vocare neceſſaria, quàm à ſua impoſitione, aut poſitiuo præcepto. Denique, quomodo Apoſtolus Paulus, qui tradebat fratribus decreta quę ab Apoſtolis in Ieruſalẽ ordinata erãt, poſt hoc Conciliũ ſcribit Coloſſenſibus, Nemo vos iudicet in cibo aut potu. &c. quę ſunt vmbra futurorũ: ſi Apoſtoli gẽtilibus fratribus impoſuerũt præceptũ legis de nõ edẽdo ſanguine: quod vtiq; erat, ſicut & alia cæremonialia, vmbraticũ? Hæc ideo huc attuli, quia ſecundũ aliam expoſitionem

aliquis argumentaretur concordiæ cauſa,nõ ſolùm tolerandum errorẽ, quo putatur neceſſaria cõmunio vtriuſq; ſpeciei, ſed etiam à Superioribus poſſe vel debere præcipi, vt omnes, & malè & rectè ſentiẽtes,ſub vtráq; ſpecie communicẽt. Hactenus igitur de ea obiectione dictum eſt,qua quærebatur, An illi ad Eccleſiam tutò admitti poſsint, qui vtramq; Euchariſtię ſpeciem ex Chriſti prę-cepto & inſtitutione ab omnibus cõmunicantibus ſumendam ſentiũt:Et clarè oſtenſum eſt, quòd tales nequaquam inter Catholicos recenſeri poſsint.

Gaſpar Caſalius Luſitanus,Epiſcopus Leirienſis,lib.2.de cœna & calice Domini, cap. 22.citat librum quendam Franciſci Cordubenſis Hiſpani,ordinis Minorum, cõfeſſarij reginę Bohemię,in quo conatur oſtendere, expediens eſſe vt Germanis & Bohemis vſus calicis cõcedatur. Et, vt dictus Epiſcopus ait, in eo libro aſſerit & probat, pietati Eccleſiæ congruere,vt à fidelium communione non ſeparet eos qui ſub vtraque ſpecie communicant, niſi in aliquo errent contra fidem. Atque ad hoc ſtabiliendum adducit idem Epiſcopus Euſebium lib.5.Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 24. & ex eo Irenæum cũ cæteris quibus pręerat Galliarũ Epiſcopis

admonentes Victorem Romanum Pontificem, ne eos ab vnitate Eccleſiæ abſcinderet, quos in celebratione Paſchæ à Romana Eccleſia pertinaciter diſceptare videbat. Quod propterea ex illo Epiſcopo huc adduco, quia ſi Irenęi admonitionē ſequi volumus, etiam tolerādi erūt, qui ſentiunt vtriuſq; ſpeciei cōmunionem ex Chriſti præcepto eſſe neceſſariam. Siquidem Aſiani illi pro quibus non eijciendis vel ſeparandis ab Eccleſia ad Victorē ſcripſit Irenæus, non ſolùm volebant ſemper 14. luna celebrare Paſcha, ſed etiā ſic neceſſariò celebrandum eſſe affirmabant: & docebant, à Deo per Moyſen præceptū eſſe, vt etiam nunc 14. luna Paſcha ſemper obſeruaretur. Vnde apud Euſebiū princeps Quartòdecimanorum Polycrates dicit, ſe obſeruare 14. lunā ſecundū Euāgelium, & Paſcha celebrare eo tēpore, quo fermentum Iudęorum populus aufert, ſeq; in hac re ſcripturis ſanctis intendere. Et Epiphanius aſſerit eos fabulis Iudaicis addictos, & allegare pro ſe illud legis: Maledictus qui non facit Paſcha 14. die menſis. Sciens igitur Victor Papa & martyr Chriſti, pernicioſum eſſe, poſt diuulgatum per totum orbē Euangelium, legem Moyſi vel in parte ſeruare, atque hoc ipſum pertinere ad Hebionis & Nazaræorū hęreſim:

ſim:poſtquam totus orbis declarauit, Paſcha nõ cũ Iudęis 14.luna, ſed dominico die celebrandum, Aſianos renitẽtes iuſtè ab Eccleſia abſcidit:eiuſq; prudẽs iudicium tota Eccleſia ſecuta eſt, quæ Quartodecimanos inter hæreticos annumerauit, vt patet non ſolùm apud Epiphanium & Auguſtinũ in catalogo hęreticorũ, ſed etiã apud Theodoretum, qui libro hiſtoriæ Eccleſiaſticę, cap. 10. ſcribit, Quartodecimanos in ſynodo Nicęna reuerſos ad Eccleſiã. Idẽ clarũ eſt ex canone 7. ſynodi Laodicenę, & ſimiliter ex ſynodo Epheſina prima, in qua quidam ad Eccleſiã reuerſi narrãtur, ſicuti recitat ſynodus Calcedonẽſis. Et Romani Pontifices Scotos tanq̃ de hęreſi Iudaizantiũ admonuerũt, eò quòd quidam eorũ 14.luna cũ Iudęis Paſcha celebrare docerẽt, ſicut in Eccleſiaſtica hiſtoria Anglorũ varijs locis declarat Venerabilis Beda. Ireneus igitur piiſsimus & fortiſsimus martyr nimia quadã ſimplicitate Victorẽ redarguit, nec quod malè ſentirẽt Quartodecimani, intellexit: Quemadmodũ etiã ex nimia ſimplicitate incidit in errorem Iudaizantiũ, vt diligenter annotauit Hieronymus in cap. 36. Ezechielis, & ex poſtremo eius libro contra Valẽtinũ manifeſtũ eſt: præcipuè vbi diſſerit de ſex milibus annorũ, quibus ſtabit mũdus,

Quartodecimani hæretici.

Lib. 2, ca, 19: li. 3. c. 25. & 29: & lib. 5. cap. 22.

Act.1. contra illud, Nõ eſt veſtrũ noſſe tẽpora, &c. & de Antichriſto poſt ſe venturo, tanquã in corporali tẽplo Dei Hieroſolymis extructo expectetur ſeſſurus. Ob quod eũ & ei ſimiles quęſt.11.ad Algaſiam notauit Hieronymus. Ex his igitur patet, Irenæi admonitionẽ cõtra Victorẽ Romanũ Epiſcopũ, nullũ habere momentũ, neq; ad ſtatuendũ, tolerandos eſſe in Eccleſia, qui contra Concilium Conſtantienſe ſentiunt, neq; ad docẽdũ expedire vt Laicis vſus calicis cõcedatur. Sed quia iã duo argumẽta ex primitiuę Eccleſiæ exẽplis deſumpta diluimus, operæpretiũ eſt oſtẽdere, errorẽ eorũ qui hodie vtrãq; ſpeciẽ ex primitiuę Eccleſiæ exẽplo vel iure diuino neceſſariã eſſe, vel ſaltẽ omnino reuocandã docere conantur, Iudaizãtium errori planè ſimilem eſſe. Quemadmodum igitur Hebionitæ, & Nazaræi, & Quartodecimani, & ſimiles alij admodum apparenter allegabant pro ſe ſcripturas: ita & hi. Sicuti illi exemplum & obſeruationẽ Apoſtolorũ, Ioannis & aliorum, & longam maiorũ obſeruationem proferebant: ita & hi primitiuæ Eccleſiæ exẽplum & longam obſeruationẽ producũt, nõ intelligẽtes diuerſitatem temporũ. Sicuti Iudaizantes docebant, iuſtitiã eſſe ex lege, quaſi Chriſtus aut non ſuffi-

Vide Euſebiũ li. 5 Eccleſiaſ. hiſtoriæ. ca.24.

ceret,aut in iuſtificando fideles lege indigeret: ita & hi, quãuis fateantur totũ Chriſtũ ſumi ſub vnica ſpecie, docent tamen communioné ſub vnica ſpecie aut non ſufficere cõmunicantibus,aut Chriſtũ ipſum ſub vna ſpecie ſumptum,minus prẹſtare,quàm ſi ſub duabus ſumatur. Rectè igitur eis dicimus, Diſtinguite tempora Eccleſiæ primitiuæ ab his temporibus, quibus per longã experiẽtiã multa circa agenda, à Chriſto non præcepta, innotuerunt, quæ prius latebant: & confidite in Chriſto,quia ſi ipſe etiã ſub vna ſpecie ſumptus vos paſcat,nihil vobis deerit, in loco paſcuæ,id eſt Eccleſia,collocatis.

Interroget fortaſſe nunc quiſpiam, An ne illis ſaltem concedendus ſit calix, qui quondã ex errore quidem eum ſibi vſurpârunt,ſed nunc pollicentur ſe omnia recepturos,quæ præcipit Eccleſia Catholica credẽda,etiam illud,quod tradit vtramq; ſpeciem nõ eſſe omnibus ex Chriſti inſtitutione neceſſariam. Reſpondemus, dictum eſſe à Spiritu ſancto per Salomonem,Prouerb.26. Labijs ſuis intelligitur inimicus, cùm in corde tractauerit dolos. Quando ſubmiſerit vocem ſuam, ne credideris ei, quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius. Imò ipſa ratio dictat, & quotidiana

Alia quæſtio.

Reſpõſio.

Similitudo inter cõcubinã & hæreſim, ex Prouerb. Salomonis.

experientia docet,promiſsis hæreticorũ nequaquam eſſe credendum.Cum enim,iuxta Paulum, attendant hæretici doctrinis dęmoniorum,qui mendaces ſunt, & reſiſtentes veritati captiui teneãtur diaboli laqueis ad ipſi⁹ voluntatem: cũ etiã,iuxta Ioãnem tales non ſint ex Deo, ſed ex mundo atq; diabolo, & Antichriſti ſint:quomodo confidendum eſt eorum promiſsis & pulchris verbis? Nonne in Ariminenſi ſynodo experientia docuit, hæreticis non eſſe credendum, etiã dum pacẽ Eccleſiæ prætexunt, & inuentoribus prauorum dogmatum ſe non cõſentire dicunt, imò verba eorum anathematizant? Accipe nobile exemplum,quod ex Hieronymo cõtra Luciferianos ſcribente, hîc recitabo.Sub rege Conſtãtio,inquit,Euſebio & Hypatio Conſulibus, nomine vnitatis & fidei infidelitas ſcripta eſt, & nunc agnoſcitur.Nam illo tempore,nihil tam pium, nihil tam conueniens ſeruo Dei videbatur, quàm vnitatem ſequi, & à totius mundi communione non ſcindi:præſertim cùm ſuperficies expoſitionis nihil iã ſacrilegum præferret. Credimus, aiebant, (ſcilicet, ab Arrianis venientes ad Eccleſiam) in vnum verum Deum patrem omnipotentem.Hoc etiam nos confitemur. Credimus in vnigenitum Dei filiũ, qui ante omnia

2.Tim.2. 1.Ioan. 2.

Declaratio per exempla, quod hæreticorum promiſsis non ſit fidendum.

omnia ſecula, & ante omne principium natus eſt ex Deo. Natũ autem vnigenitum ſolum ex ſolo patre, Deum ex Deo: ſimilem genitori ſuo patri ſecundùm ſcripturas: cuius natiuitatem nullus nouit, niſi qui ſolus eum genuit pater. Nunquid hîc inſertum eſt, Erat tempus quando nõ erat? vel, de nullis extantibus, creatura eſt filius Dei? Perfecta fides eſt, Deum de Deo credere. Et natum aiebant vnigenitum ſolum, ex ſolo patre. Quid eſt, natum? Certè non factum. Natiuitas ſuſpicionem auferebat creaturæ. Addebant præterea: Qui de cœlo deſcendit, cõceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine, crucifixus à Pontio Pilato, tertia die reſurrexit, ſedet ad dexteram Dei patris, venturus iudicare viuos & mortuos. Sonabant verba pietatem, & inter tanta illa præconia, nemo venenum inſertum putabat. De vſiæ verò nomine abijciendo veriſimilis ratio præbebatur. Quia in ſcripturis, aiebant, non inuenitur, & multos ſimpliciores nouitate ſua ſcãdalizat. Placuit auferri. Non erat curæ Epiſcopis de vocabulo, cùm ſenſus eſſet in tuto. Denique ipſo in tempore, cùm fraudem in expoſitione rumor populi ventilaret, Valens Murſenſis Epiſcopus, qui eam conſcripſerat, præſente
Tauro

Tauro prætorij præfecto, qui ex iuſſu regis ſynodo aderat, profeſſus eſt ſe Arrianum non eſſe, & penitus ab eorum blaſphemiis abhorrere. Res ſecretè geſta, opinionem vulgi non extinxerat. Itaque alia die in Eccleſia quæ eſt apud Ariminum, & Epiſcoporum ſimul & Laicorum turbis concurrentibus, Muſonius Epiſcopus prouinciæ Byzantinæ, cui propter ætatem primæ ab omnibus deferebantur, ita locutus eſt: Ea quæ ſunt iactata per publicum, & ad nos vſque perlata, aliquem è nobis ſanctitati veſtræ legere præcipimus: vt quæ ſunt mala, & ab auribus, & à corde noſtro abhorrere debent, omnium vna voce damnentur. Reſponſum eſt ab vniuerſis Epiſcopis, Placet. Itaque cùm Claudius Epiſcopus prouinciæ Piceni, ex præcepto omnium, blaſphemias quæ Valentis ferebantur, legere cœpiſſet: Valens ſuas eſſe negans, exclamauit, & dixit: Si quis negat Chriſtum Deum Dei filium ante ſecula ex patre genitum, anathema ſit. Ab vniuerſis conſonatum eſt: Anathema ſit. Si quis negat filium ſimi-[illegible]m patri ſecundùm ſcripturas, anathema ſit,

ma ſit. Omnes reſponderunt, Anathema ſit. Si quis filium Dei non dixerit æternum cum patre, anathema ſit. Ab vniuerſis conclamatum eſt, Anathema ſit. Si quis dixerit creaturam filium Dei, vt ſunt cæteræ creaturæ, Anathema ſit. Similiter dictum eſt, Anathema ſit. Si quis dixerit de nullis extantibus filium, & non de patre, anathema ſit. Omnes conclamauerunt, Anathema ſit. Si quis dixerit, erat tempus quando non erat filius, anathema ſit. In hoc cuncti Epiſcopi, & tota ſimul Eccleſia plauſu quodam & tripudio Valentis vocem exceperunt. Quod ſi quis à nobis fictum putat, ſcrinia publica ſcrutetur. Plenæ ſunt certè Eccleſiarum arcæ, & recens adhuc memoria eſt. Superſunt homines, qui illi ſynodo interfuerunt: & quod veritatem firmat, ipſi Arriani hæc ita vt diximus geſta non denegant.

Cùm ergo cuncti Valentem ad cœlum laudibus tollerent, & ſuam in eum ſuſpicionem cum pœnitentia damnarent: idem Claudius, qui ſuprà legere cœperat, ait: Adhuc ſunt aliqua, quæ ſubterfugerunt dominum & fratrem

meum

meum Valentem: quæ ſi vobis videtur, ne quis ſcrupulus maneat, in commune damnemus. Si quis dixerit, filium Dei eſſe quidem ante omnia ſecula, ſed non ante omne omnino tempus, vt ei aliquid anteferat, anathema ſit. Dixerunt cuncti, Anathema ſit. Multaque alia quæ ſuſpicioſa videbantur, ad pronunciationem Claudij Valens condemnauit. Quæ ſi quis pleniùs diſcere cupit, in Ariminenſis ſynodi actis reperiet, vnde & nos iſta libauimus. His itaque geſtis, Cōcilium ſoluitur. Læti omnes ad prouincias reuertuntur. Idem enim Regi & bonis omnibus curæ fuerat, vt Oriens atque Occidens communionis ſibi vinculo nectentur. Sed diu ſcelera non latent, & cicatrix malè obducta, incocto pure dirūpitur. Cœperunt poſtea Valens & Vrſacius, cæteriq; nequitiæ eorum ſocij, egregii videlicet Chriſti ſacerdotes, palmas ſuas iactitare: dicentes ſe filium non creaturam negaſſe, ſed ſimilem cæteris creaturis. Tunc vſiæ nomen abolitum eſt, tunc Nicenæ fidei damnatio cōclamata eſt. Ingemuit totus orbis, & Arrianum ſe eſſe miratus eſt. Hæc latè proſequitur Hieronymus.

Ironia.

Aliud exemplum quo hære

Accipe aliud exemplum, quod ſæpè recitat D. Auguſtinus; ſed vnum & alterum locum

cum hic tantùm citabo. Epiſtola 105. ad Sixtum presbyterum, loquens de hæreſiarcha Pelagio: Pelagius, inquit, in eccleſiaſtico iudicio Palæſtino (non enim aliter inde impunitus exiſſet) anathematizauit eos, qui dicũt gratiam Dei ſecundùm merita dari. Sed nihil aliud in eorum etiam poſterioribus diſputationibus inuenitur, quàm meritis dari etiã gratiam. Et infrà: Sed cùm ab iſtis quæritur, quam gratiam Pelagius cogitaret ſine vllis præcedentibus meritis dari, quando anathematizabat eos, qui dicunt gratiam Dei ſecundùm merita noſtra dari: reſpondent ſine vllis præcedentibus meritis gratiam, ipſam humanam eſſe naturam, in qua conditi ſumus. Neq; enim antequam eſſemus, mereri aliquid poteramus vt eſſemus. Abijciatur à Chriſtianorum cordibus iſta fallacia: Nam omnino non iſtam gratiam commendat Apoſtolus, qua creati ſumus vt homines eſſemus, ſed qua iuſtificati ſumus vt homines iuſti eſſemus. Iſta eſt enim gratia per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Et poſtea, circa finem epiſtolæ: Illud quod excogitauerunt, cùm veritatis pondere premerentur: quia fidelis Dominus in verbis ſuis, & propterea eius Eccleſia nullo modo fallaciter paruulos in remiſsionem peccatorum baptizat:

ticorũ calliditas in promiſsis aperitur.

ptizat: ſed vt fide agatur quod agitur, vtiq; ſit quod dicitur: Quod ergo excogitauerunt, cùm hæc eos apertiſsima moles veritatis vrgeret, quis non Chriſtianus irrideat, quamlibet verſutiſsimum cernat? Dicunt enim, veraciter quidem reſpondere paruulos per ora geſtantium, in remiſsionem ſe credere peccatorum, non tamen quia ſibi remittũtur, ſed quia credant quòd in Eccleſia vel in baptiſmo remittantur in quibus inueniuntur, non in quibus nulla ſunt. Ac per hoc nolunt eos ita baptizari in remiſsionem peccatorum, tanquam in eis fiat ipſa remiſsio, quos contendunt nullum habere peccatum. Sed quoniam licèt ſine peccato, in eo tamen baptiſmate baptizantur, quo fit in quibuſque peccatoribus remiſsio peccatorum, fieri quidem poteſt vt hæc verſipellis aſtutia ſubtiliùs & acutiùs ex ocio refellatur, verùm tamen ſecundùm iſtam ſuam calliditatem non inueniunt quid ad hoc reſpondeant, quòd exorcizantur & exufflantur infantes: Hoc enim proculdubio fallaciter fit, ſi diabolus eis non dominatur.

Item libro ſecundo de peccato originali, cap. 13. Anathematizauit, inquit, Pelagius, qui tenent aut aliquando tenuerunt, in eo ſtatu eſſe recentes ab ortu paruulos, in quo

Adam

Adam fuit ante præuaricationem , id eſt, ſine vllo malo, ſine vllo vitio, id ſolum habentes, quod Deus condidit. Vt quid ergo & hoc damnauit Pelagius, niſi vt Catholica ſynodus falleretur, ne nouus hæreticus damnaretur? Et cap. 15. de eodem Pelagio interrogat: Quid enim ad rem, de qua nunc agimus, pertinet, quod diſcipulis ſuis reſpondet: Ideo ſe illa obiecta damnaſſe, quia & ipſe dicit non tantùm primo homini, ſed etiam humano generi primum illud obfuiſſe peccatum, non propagine, ſed exemplo: id eſt, non quòd ex illo traxerint aliquod vitium, qui ex illo propagati ſunt, ſed quòd eum primum peccantem imitati ſunt omnes, qui poſtea peccauerunt? Aut quia dicit, ideo infantes non in eo ſtatu eſſe, in quo fuit Adam ante præuaricationem, quia iſti præceptum capere nondum poſſunt, ille autem potuit, nondumque vtuntur rationalis voluntatis arbitrio, quo ille niſi vteretur, non ei pręceptum daretur? Quid hoc ad rē pertinet, quia verba ſibi obiecta ſic exponēdo rectè ſe putat damnaſſe, quòd dicitur peccatū Adæ ipſi ſoli obfuiſſe & nō generi humano, & infantes qui naſcuntur, in eo ſtatu eſſe in quo Adam fuit ante peccatum: & tamen his damnatis, non

men-

mendaciter tenere, quod in eius poſtea conſcriptis opuſculis inuenitur, ſine vllo malo, ſine vllo vitio paruulos naſci, & hoc ſolùm in eis eſſe, quod Deus condidit, non vulnus quod inimicus inflixit? Pergit conſequenter cap. 16. Nunquid hæc dicendo, verba propter aliud obiecta aliter exponendo, id agit, vt ſe iudices non fefelliſſe demonſtret? Prorſus non id efficit. Tantò enim iudices fefellit occultiùs, quanto exponit iſta verſutiùs. Ex his igitur omnibus manifeſtum euadit, hæreticis non eſſe adhibendam fidē, etiam ſi dicant verbis, ſe non conſentire hæreſiarchis, & verbis etiam Catholicorum vtantur. Valens enim, inſignis ille Arrianus dicebat (vt auditum eſt) ſe Arrianū non eſſe, imò anathematizabat eos, qui Chriſtū Deū eſſe negarent, qui dicerent eum eſſe ex nihilo, qui dicerent fuiſſe tempus quando non erat filius, qui non dicerent eum ante ſecula genitum: Pelagiani dicebāt, paruulos in remiſsionem peccatorum baptizari: & Pelagius anathematizabat eos, qui dicerent gratiam Dei ſecundùm merita noſtra dari: anathematizabat eos, qui dicerent Adæ peccatum ipſi ſoli obfuiſſe, & infantes in eo eſſe ſtatu, in quo erat Adam ante peccatū: & tamen hæreſim ſuam diſſeminare nō ceſſabāt.

Atq;

Atq; eodem modo egerunt Bohemi in re de qua hîc agimus, vt ſuprà ex appẽdice Cõcilij Baſilienſis oſtendimus. Quod idem etiã narrat Æneas Syluius, cap.52. hiſtoriæ Bohemicæ. His (inquit) ſic conſtitutis, Rochezana cũ aliis quatuor presbyteris, nomine totius cleri ſibi adhærentis, ſedente Sigiſmũdo pro tribunali in foro ciuitatis erecto, aſsiſtẽte Alberto genero, magnaque procerum & oratorum circumſtãte corona, obedientiam Romanæ Eccleſiæ ſeſe præſtare profeſſus eſt. Sequenti verò die, haud abſimili ſolennitate abſoluti ſunt ab anathemate cęteriſq; cẽſuris hæretici, & in Eccleſiam per Cõcilij legatos introducti. Vbi cùm diuina celebrarẽtur, Rochezana perfidiæ ſuæ non immemor, altare accedẽs, diuina re peracta, vni quem iuſſerat ex Laicis adeſſe, ſacramentũ ex calice dedit. Et quamuis Ioannes Polomor, alter ex Concilio legatus in aliena Eccleſia id ſibi non licere aſſereret, eumq; prohiberet, in propoſito perſtitit. Ob quã rem penè in irritũ cõuenta ceciderũt. Cõpoſita tamen lis eſt, ex eo cõuentionis capite, quo ſancitũ erat, ne paucis pacta violantibus, cõmunis concordia rũperetur. Et infrà: Philibertus Epiſcopus Conſtantienſis, natione Gallus, & collegæ ſui ex Baſilæa miſsi, eccleſiaſticos introducere rit⁹,

Infinitiuus pro præterito imperfecto indicatiui ponitur.

ſacerdotes inſtituere, ex Miſſarũ ſolennibus vulgaria verba cãtilenaſq; detrahere, ſanctorum imagines reducere, aquã benedictam in ædibus ſacris reponere, baptiſmatis fontes ſacrare, altaria ornare, ſpurcitias oẽs abolere. Paruére cõplurimi, quibus mens ſanior fuit. Rochezanæ cõplices reſiſtere, obloqui, blaſphemare, plebem modis omnibus auertere. Ipſe quoq; inuentor malorũ ex parochia ſanctæ Mariæ ante Lœtã Curiã, quã propria temeritate inuaſerat, amoueri minimè potuit: neq; laniare ſermonibus ſuis inter prædicandum Romanã Eccleſiã prætermiſit, legatiſq; ſæpè necem per inſidias machinatus eſt. Et pauló poſt: Sigiſmundus Rochezanam hortari, Romanæ Eccleſiæ ſe ſubijceret, ſic poſſe pontificatũ ſibi cõmitti: ſuperbiẽti, & aliena de fide ſapienti, aſcẽſum deſperandũ eſſe, qui vel conſecratus Epiſcopus eijci deberet. Ille mente ſuperba & opinione ſua inflatus, dietim peior, dietim venenoſior effici, monachorũ reditũ ægerrimè ferre: quorũ ſermones nõ minùs quàm ſuos acceptũ iri verebatur. Ob quã rem occurrẽte inter prædicandũ ſermone de monachis, venerũt (inquit) noui dietim ad nos dæmones, quos monachos vocãt. His ſtudiũ eſt eijcere nos de veritate: at ſi viri fuerimus, priùs ſanguinẽ effuderimus.

Hæc

Hæc Æneas Syluius. Atq; vt magis pateat, promiſsionẽ hæreticorũ, qua promittunt ſe futuros Catholicos, ſi hoc vel illud, quod ad fomentũ hæreſis eorũ aliqua ratione facere videtur, eis permittatur, eſſe mendacẽ ac fallacem: aſſcribã huc quoq;, quod mihi à viro Catholico & fide digno relatum eſt. Hæreticus quidã, cùm argueretur à Catholico, cur circa Veritatẽ Dominici corporis in Euchariſtia, Fidei iuſtificationẽ, & Inuocationẽ Sãctorũ errare eligeret, cũ alioqui hæretici plurimi hæc tria ſolùm petãt, Coniugiũ ſacerdotũ, Linguã vernaculam in officio diuino, & Vtrãq; ſpeciẽ: reſpondit, nõ eo animo hæreticos hęc petere, veluti ſint his obtẽtis ceſſaturi: ſed vt vno gradu facto, in quo iuſtificẽtur præ Catholicis, ad maiora ſuæ fidei (hoc eſt, perfidię) myſteria petẽda, tanq̃ licita, aſcẽdãt. Nunquam igitur hæretici contenti erũt: ſed vtraq; ſpecie obtẽta, petent ex tẽplis aboleri imagines, feſtũ venerabilis Sacramenti, vtpote quibus aliquãdo caruit Eccleſia, & oĩa illa quibus exteriùs proteſtamur nos eorũ hæreſim deteſtari. Nónne omnibus clarũ eſt, hæreticos diu petiuiſſe generale Conciliũ, veluti illi prorſus acquieturi eſſent? & tamẽ dũ hoc congregatũ eſt, ipſum contempſerunt. Legimus Priſcillianiſtas, vt ſuas turpitudines et Nota.

ſceleſtas contaminationes occultarent, docuiſſe, mentiendum eſſe, imò peierandum apud pios & fortes Chriſtianos, vt ab eis tanquam Catholici habiti, infirmis magis imponerent. Ita & hodierni hæretici, vt plures ab Eccleſia ſegregare, ipſamq́; Eccleſiam penitus euertere poſsint, eius Primoribus, tanquã Catholici futuri ſint, mẽdaciis imponere conantur, quò aliquid obtineãt, quod eorũ hęreſi fomentum præbeat: vtq; hoc modo eorum contagioſa vulnera tecta, latiùs ſerpant & profundiùs putreſcant: & vt eorum contagiũ alios inficere non ceſſet. Nónne dæmones multis Platonicis & aliis Gẽtilibus falſò perſuaſerunt, ſe eſſe mediatores inter Deũ & homines, vt homines purgarẽtur: idq; ideo, vt homines ipſis ſacrificãdo, impuriſsimi fierẽt? Nõne ipſe diabolus Chriſto ipſi & hominibus maximã promiſit excellentiam, vt eos viliſsimos ſui adoratores faceret? Quid igitur mirũ, ſimile facere hæreticos, diaboli filios, quibus hoc ipſum naturale eſt, ideoq́; in eis ſemper deprehenditur? Et quid quæſo quærunt hæretici in omnibus quæ ſibi concedi volunt, niſi vt Catholici in aliqua parte doctrinę victi videantur, & ipſi hæretici rectiùs ſenſiſſe quàm Catholici exiſtimentur? vt dum rudi plebi perſuaſum fuerit, Catholicos

Matth. 4.

licos in vno dogmate praué ſenſiſſe, totā plebem à tota doctrina Catholica auellant, atq; ita totam ſuam falſam doctrinā, tanquam catholicam tradant? Quid quærunt in mutatione rituum eccleſiaſticorū, niſi vt ſe morem Catholicorum viciſſe glorientur? vt ſuperiùs ex Gregorio oſtendimus. Vtramque Euchariſtiæ ſpeciem exigunt, vt doceant, lōgum apud Catholicos fuiſſe abuſum in traditione vnius duntaxat ſpeciei: vt doceāt, oēs Rectores & Doctores Eccleſiæ in hac re hactenus erraſſe, & ſcripturas deprauaſſe: vt doceant, communicātes iure diuino debere vtramq; ſpeciem ſumere. Idem enim hodierni hæretici quærunt, quod patres eorū Bohemi olim hæretici quæſiuerūt: De quibus ſic ſcribit idem Æneas Syluius, quem antè citauimus, cap. 35. hiſtoriæ Bohemicæ. Attulit (inquit) nouā peſtem Petrus Dreſenſis (id oppidum Miſnæ ſuperſitum) qui cū aliis Teutonibus paulo antè Bohemiam reliquerat. Cognitus inter ſuos, quia Vualdēſi lepra infectus eſſet, patria pulſus, velut hęreticorum aſylum Pragam repetiit: puerorūq; docēdorum curā accepit. Apud Eccleſiam S. Michaelis per id tēporis populū prædicando inſtruebat Iacobellus Miſnenſis, literarū doctrina & morū præſtantia iuxta clarus. Petrus hūc

aggreſſus, mirari ſe ait doctum & ſanctum virum, qui diuina eloquia plebibus exponeret, errorem illum non animaduertiſſe cõmunionis Euchariſtiæ, qui iam pridem Eccleſiam peſſundaſſet: In qua ſub vna tantùm ſpecie Dominicũ corpus populo miniſtrat, cùm apud Ioannem Euangeliſtam & Apoſtolum Chriſto dilectiſsimum, ſub duplici ſpecie panis viniq; ſumi iubeatur: Dicente apud eum Saluatore, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinẽ, non habebitis vitam in vobis. Cõmotus his Iacobellus, cũ perquiſitis vetuſtis ſanctorum doctorum codicibus, Dionyſij præſertim & Cypriani, communionem calicis laudatam inueniſſet: prohibitus apud ſacellũ Archãgeli Michaëlis prædicare, in tẽplo maiore S. Martini cathedrã ſortitus, publicè cõmouere populum cœpit, ne deinceps cõmunionem calicis, ſine qua ſaluari nemo poſſet, quoquo pacto negligerẽt. Huic oẽs hæretici conſenſerunt, haud modica geſtiẽtes lætitia, quòd articulũ inueniſſent in euãgelica lege fundatũ, per quẽ Romanæ ſedis vel ignorãtia, vel nequitia argui poſſet. Hæc Æneas. Vbi vides, quòd illi reputârũt, ſe inueniſſe articulũ, per quem Romanæ ſedis ignorãtia vel nequitia argui poſſet. Vnde ſi hodiernis hæreticis, qui

vident,

vident, nondum eſſe confectũ quod patres eorũ ſperabant, vtraq; ſpecies concederetur, apud omnes & verbis & ſcriptis gloriabũdi iactarent, Romanã Eccleſiam antiquũ ſuum errorem tandem eſſe confeſſam. Similiter exigũt ſibi concedi coniugiũ ſacerdotum, vt doceant, perpetuam caſtitatẽ rem eſſe impoſſibilem, vel adiaphoram & indifferentẽ, nec maioris meriti, quàm eſt caſtum coniugium: & vt doceant, voto caſtitatis homines nõ obligari, & legem cœlibatus ſacerdotalis eſſe impiam. Abrogationem ieiunij & delectus ciborũ exigunt, vt doceant, leges Eccleſię in foro conſcientiæ neminẽ obligare, & Deum ſuperſtitioſè coli ieiunio & abſtinentia. Imagines & inuocationem Sanctorũ nõ ferũt, vt populus putet totã Eccleſiã eſſe idololatrã, quę Sãctos imaginibus & inuocatione honorat. Pro defũctis nolũt orari, vt nemo poſt mortẽ precib⁹ viuentiũ iuuari credatur. Miſſam noſtram tollunt, ne Euchariſtia putetur eſſe ſacrificium, vel ipſa ſacroſancta Euchariſtia adorãda. Et ita in cæteris quęcũq; ſibi cõcedi volunt (quæ ipſi odioſo nomine indifferẽtia vocant, cũ reuera indifferẽtia nõ ſint, ſed plurimũ momenti ad fidei pietatem promouẽdã habeãt) nõ niſi hęreſis ſuæ fomẽtũ, & Romanę Eccleſiæ euerſionẽ quærunt.

Huc accedit, quòd etſi fortè per tales con deſcenſiones cũ hæreticis, rari aliqui verè redirent ad Eccleſiam Catholicã: maius tamen periculum fieret infirmis Catholicis, qui ſtatim etiam ſibi id concedi vellent, quod hære ticis concederetur: & ſic totius diſciplinæ Eccleſię fieret diſſolutio. Experientia enim notum eſt, quàm ſit populus etiam Catholicus nouitatis improbè cupidus, & diſſolutionis ſtudioſus. Petrus reprehenſibilis erat, eò quòd, dum nimium vellet condeſcendere Iudæis errãtibus, ſcandalizabat Gẽtiles rectè ſentiẽtes, exemplo ſuo eos compellens in errorẽ Iudaizantium. Nónne rectè nobis dici poſſet à Paulo: Vos dum vultis hæreticos im prudenter ſanare, Catholicos errare cogitis & perditis? Inſolẽtiſsimæ inſaniæ eſt (inquit Auguſtinus) diſputare, an quod per totũ orbem obſeruat Catholica Eccleſia, ita faciẽdũ ſit: Et hæc inſolentiſsima inſania iam à quibuſdam ſapientia & prudentia reputatur. Per totum orbem Laici Catholici vna ſpecie communicant, & ab initio naſcentis Eccleſiæ nunquã quis poſt ſacerdotiũ in Eccleſia Catholica permiſſus eſt ducere vxorẽ: habentur in templis imagines Sãctorum, inuocantur Sãcti, oratur & ſacrificatur pro defũctis, obſeruatur ieiunium, adoratur Euchariſtia,

Galat. 2.

Epiſt. 118 ad Ianuariũ, ca. 5.

vouetur

vouetur in monaſterijs, & ſimiles alij ritus obſeruantur: & tamen iam hæretici hæc, vel ſaltem quædam horum abrogare volũt: vtique vt inſolenter & inſanè inſultent Eccleſię Catholicæ, tanquam rudi, fatuę, & ſuperſtitioſæ. Et inueniuntur (proh dolor) Catholici, qui eis condeſcendere volunt & annuere, ſeducti videlicet mendaci eorum promiſsione, qua pollicentur ſe fore Catholicos, & obedientes Eccleſiæ filios, ſi hæreſis eorum approbetur. De quibus quidem Catholicis nunc aliquid dicendum eſt. Videtur igitur hac in re diligenter notanda hiſtoria, quæ eſt 3. Regum 2. Salomon (ait ibi ſcriptura) ſedit ſuper thronum Dauid patris ſui, & firmatum eſt regnum eius nimis. Et ingreſſus eſt Adonias filius Haggith ad Berſabee matrem Salomonis: quæ dixit ei: Pacificus ne eſt ingreſſus tuus? Qui reſpondit: Pacificus. Addiditque: Sermo mihi eſt ad tę. Cui ait: Loquere. Et illę ait: Tu noſti quod meum erat regnum, &c. Præcor vt dicas Salomoni regi (neque enim negare tibi quicquam poteſt) vt det mihi Abiſay Sunamitidem vxorem. Et ait Berſabee: Benè ego loquar pro te Regi. Venit ergo Berſabeé ad Regem Salomonem, vt loqueretur ei pro Adonia. Et ſurrexit Rex in occurſum eius, adora-

An benè ſentiant quidã Catholici, cõdeſcendẽdum eſſe hæreticis, qui pulchris promiſsionib⁹ vtrãq; ſpeciem petunt.

Notatu digna hiſtoria, & propoſito articulo declarando aptiſſima.

adorauitq́; eam, & ſedit ſuper thronũ ſuum. Poſituſq́; eſt thronus matri Regis, quæ ſedit ad dextram eius, dixitq́; ei: Petitionẽ vnam paruulam ego deprecor à te, ne confundas faciem meam. Et dixit ei Rex: Pete mater mea. Neque enim fas eſt, vt auertam faciem tuã. Quæ ait: Detur Abiſag Sunamitis Adoniæ fratri tuo, vxor. Reſponditq́ue rex Salomõ, & dixit matri ſuę: Quare poſtulas Abiſag Sunamitidem Adoniæ? Poſtula ei & regnum. Ipſe eſt enim frater meus maior me, & habet Abiathar ſacerdotem, & Ioab filiũ Saruię. Iurauit itaq; rex Salomon per Dominum dicens: Hæc faciat mihi Deus & hæc addat: quia contra animam ſuam locutus eſt Adonias verbum hoc. Et nunc viuit Dominus, qui firmauit me, & collocauit me ſuper ſoliũ Dauid patris mei, & qui fecit mihi domum ſicut locutus eſt, quia hodie occidetur Adonias. Miſitq́ue rex Salomon per manum Banaiæ filij Ioiadæ, qui interfecit eum, & mortuus eſt. In hac hiſtoria Adonias videtur ſimilis hæreticis: Berſabee Catholicis, fraudes hæreticorum non intelligentibus: Salomon Eccleſiæ, bene intelligenti eorum fraudes: & hæretici qui populos ſeduxerunt, & vident ſeditionem ſuam apertam fieri, atque errorem omnibus

nibus paulatim innoteſcere, ineunt more Adoniæ callidum conſilium, vt ſeditioſum ſuum regnum firment, errorem propagent, & verum Regem ex throno deturbent, ſummo Pontifici ſuam authoritatem auferant, & homines ab eo alienent. Et primum quidem iactant, in quanto honore fuerint apud ſuos, quodq; honorentur tanquam veri Doctores & Paſtores, & ſpes ſit plures ex Catholicis ſibi ſuæque ſocietati eſſe aggregandos: His tamen non obſtantibus, ſe libenter Romano Pontifici obedituros promittunt, atque fateri dicunt, ipſum à Chriſto conſtitutum eſſe caput Eccleſiæ, & omnem obedientiam ei præſtandam eſſe: re vna duntaxat bonum tantum differri, nempe ſi vnum exiguum, in quo nullum ſit ſeditionis vel hæreſis periculum, concedatur: Quo conceſſo, per omnia ſunt obedituri, & omnes errores ſiue ſeditiones reiecturi. Nec petunt vxorem Dauidis, ſed Abiſag, quæ non fuit eius vxor, ſed aliquid ſimile vxori habuit: quia in eodem lecto cum Dauide cubauit. Non enim quærunt ſibi aliquid concedi, vt veræ vxori Chriſti, cuius Vicarius eſt Pontifex, hoc eſt, Eccleſiæ Catholicæ adhæreāt: ſed ſufficit eis, vt eam quæ ſimilitudinem vxoris habet, obtineāt, Cupiūt ſiquidē nomen tantū vnitatis catho-

catholicę,non ipſam vnitatem. Et hãc ſuam petitionem cupiunt proponi Pontifici, non per viros doctos, & in fraudibus hæreticorum detegendis exercitatos:ſed per mulierẽ, hoc eſt, ſimplices, & latentis doli prorſus ignaros: Nec tamen per quoſuis tales, ſed per eos quibus putant Pontificẽ nihil poſſe negare, aut admodum ægrè:nempe per Imperatores,Reges, & Principes Chriſtianos atque Catholicos:quibus indubiè ſummus Pontifex, vt ſuo miniſterio ad ſalutem populorum quibus præſunt, rectè fungantur, plurimũ debet. Et hi ſunt veluti mater Pontificis, dum eum in miniſterio adducendi populos ad regenerationem, & in noua vita poſt regenerationem fouendi, & tanquam lactè alendi,veluti matres adiuuant. Et Ado nias hic ſiue hæretici,non quiduis, vbi fraus occulta facilè detegi poſſet, petunt:ſed Abiſag,nuptijs filij Dauidis & fratris Regis dignam:hoc eſt, communionem ſub vtraque ſpecie:quam illi qui tantùm literam & corticem Euangelij ſpectant, meritò petẽtibus concedi debere exiſtimant: vtpote quam Chriſtus ſuo exemplo videtur docuiſſe & præcepiſſe, quam Apoſtolus eius alijs(dicũt) tradidit, quam primitiua Eccleſia frequentauit, quæ meliùs paſsionem Chriſti repræ-

ſentat,

ſentat, quæ eſt maioris fructus ſpiritalis, quam multi docti & pij deſiderant, cui qui reſiſtunt, Sophiſtæ ſunt & turbatores, per quam ſalus & acceſſus multorum populorũ ad Eccleſiam promoueretur, & hæreſes omnes ceſſarent. Vnde hi ſimplices Catholici nimium creduli, nihil fraudis ſuſpicantes, accedunt & ſupplicant Pontifici: & aiunt rem eſſe valde paruam quæ petitur, & meritò cõcedendam. At Salomõ, ſpiritu diuinę ſapientiæ plenus, intelligens Adoniam eſſe mendacem, & nihil aliud moliri, quàm vt totum populum ad ſe, tanquam verum Regem trahat, vtpote qui poſtremam vxorem regis Dauidis iam obtineat, ac proinde per eam verus Rex ſit, Salomon autem occupator tantùm atque inuaſor regni exiſtat: nunquid matris petitioni annuit? Minimè: Sed quanto vidit maiores inſidias & fraudes moliri Adoniam, tanto magis feſtinauit ad eum necandũ. Hoc eſt: Eccleſia, ſiue S. Pontifex per viros ſapientiæ plenos aduertit, hęreticos perſiſtere in priſtina ſua perfidia, & mẽdaciter promittere, ſe recepturos omnia, quæ tradit Eccleſia credenda, & nihil aliud quærere, quàm vt nomine Catholicæ vnitatis, proteſtatione ſuę perfidię obtenta, ab omni authoritate exturbent Romanũ Pontificem

tificem, & omnia Catholica Concilia omneſque Doctores Catholicos, ac doceant ſe eſſe veros Doctores Chriſtianæ fidei, eò quòd iam ipſa conceſsione Papa & Papiſtę agnouerint ſuum errorem vetuſtum contra doctrinam Chriſti. Ideoque hi ſapientes & prudentes Catholici, quanto magis technas, dolos & ſimulationes hæreticorum agnoſcunt, tanto magis vrgent, vt citò eorum hęreſis moriatur, & omnes vbique Catholici, non ſolùm verbis, ſed & apertis factis, quæ plus mouent quàm verba, proteſtentur, ſe aliter credere quàm credunt hæretici: & proinde iam longè firmiùs vnam vbique ſpeciem retineant. Deinde hoc diligenter agũt, vt Pontifex hæreticorum petitionem prorſus reiiciat, nullaque ratione vllam impetrandi fiduciam eis faciat: ſed potius cum Catholicis, per quos petitionem ſuam proponunt, eodem modo agat, ſicut egit Salomon cum matre ſua Berſabee. Cùm hæc diceret Salomoni, Paruulam eſſe ſuam petitionem: & rogaret Adonię Abiſag Sunamitidem dari vxorem: reſpondit Salomon: Poſtula ei & regnum. Ipſe eſt enim frater meus maior me, & habet Abiathar ſacerdotem, & Ioab filium Saruiæ: Vbi Salomon apertè docet matrem, hanc petitionem Adoniæ non

non aliundè procedere, quàm vt ſeditioſè occupet regnum per Abiſag: & ſi hoc ei annuatur, ſeditionem eius facilè poſſe vires acquirere propter maiorem ætatem Adoniȩ, & per magnum apud populum ſacerdotem, necnon per magnum Principem exercitus. Sic dicunt pij & prudentes Catholici, docendos eſſe ſimpliciores & hæreticarum verſutiarum ignaros Catholicos, qui vtramque ſpeciem quibuſdam hȩreticis petentibus concedi petunt, quod hoc tantùm ab iſtis poſtulabatur, vt hȩreſim ſuam confirment, & populos magis à Catholico Paſtore, Chriſti Vicario alienent: & paucis, aperiendas eſſe technas hæreticorum, & addendum, ex tali conceſsione multa mala oritura: tùm, quia carnalis populi multitudo, nouitatis cupida, facilius ad eos deficiet, quàm Catholicis adhȩreat (Et hac ratione poſſunt vocari maiores veris Doctoribus) tùm, quia facilè ſeditionem excitabunt: eò quod habeant inter ſe quoſdam ſacerdotes, qui videntur magna doctrina, & eloquentia, & ſanctitatis ſimulatione excellentes, & quoſdam Principes ſeculares, qui non minùs ardent zelo propagandi ſeditioſam eorum doctrinam, quàm ipſi. Certè ſi hoc modo

modo inſtituantur Catholici Principes, facilè eorum petitioni ſatisfiet: & ſilebunt, ſicut mater Salomonis accepto reſpõſo ſiluit. Et hactenus quidem per quandam hiſtoricam ſimilitudinem ſatis dictũ videtur, quid ſit agendum cum Catholicis, qui vtriuſque ſpeciei communioné petunt pro his qui eam non niſi ex hæreſi poſtulant.

Obiectio. Porrò aliquis fortaſſe hîc mihi obiiciet: Omnia quę dicta ſunt de calice hęreticis negando, qui promittũt ſe recepturos omnem Eccleſiæ doctrinam, etiam eam qua docet, nec eſſe neceſſariam vtriuſque ſpeciei communionem, nec fructuoſiorem, quàm ſit ea quæ ſub vnica ſpecie celebratur: ex eo capite & fundamento confirmata ſunt, quòd dicũtur hęretici eſſe mendaces & frauduléti. Poſſet autem Dei gratia fieri, vt aliqua natio hactenus hæretica, ex ſyncero corde hæc promitteret: vel ſaltem Princeps aliquis hęreticus polliceretur, ſe ſyncero corde recepturum fidem Catholicam, ſi ſibi calicis vſus concedatur, & laboraturum vt totus ſibi ſubiectus populus (ſi idem ei quoque concedatur) eandem fidem amplectatur, atque expulſurum omnes hæreticos cõcionatores, & introducturũ in regnũ ſuum Catholicos: quemadmodũ ſcribit Beda de Paganis, quòd promi

Lib. 2 hiſtoriæ eccleſiaſt. gétis Anglorũ, c. 9 Vide eundé lib. 1. cap. 25.

promiſerunt ſe fore Chriſtianos, ſi in bello victoriam obtinerent, atque ſpem dederunt ſe Chriſtianam religionem amplexuros, ſi Chriſtianam quam petebant, poſſent habere vxorẽ. Deinde ſynodus Baſilienſis Bohemis hæreticis certis conditionibus vſum calicis conceſsit. Et ſynodus Tridentina commiſit prudẽtiæ Pontificis, alicui nationi vel regno etiam calicem cõcedere. Ergo nõ eſt ſemper certum, eos qui antea hæreſi adhæſerũt, mẽdaciter promittere, ſe deinceps adhæſuros Eccleſiæ. Reſpõdeo, nos hactenus de eo locutos, quod ordinariè contingit. Fatemur enim diuina gratia fieri poſſe, vt hæretica aliqua natio, præcipua ſaltẽ ex parte, parata ſit renunciare hæreſi, ſi aliquid eis concedatur: Sed hoc rarum eſt, & an verè parata ſit hoc facere, valdè incertum. Ac proinde cum talibus agẽdum eſt, quemadmodum cum hominibus concubinariis. Nunquid enim concubinarij, qui multis annis apud ſe cõtinuerunt cõcubinas ſuas, quas derelinquere noluerunt, nec adhuc derelinquere volũt, aut dicunt quidẽ ſe repudiaturos eas, ſed nondum faciũt, tanq̃ verè pœnitentes abſoluẽdi ſunt, antequam faciant? Minimè. Sic igitur & cõmunio ſub vtraq; ſpecie, quam hęretici per antiquũ ſerpentẽ multis annis ſtuprati, pro- *Solutio.*

pria autoritate ſibi hactenus vſurpârunt, nõ priùs, tanquam pia & ſalutaris & quæ non ſit opus ac proteſtatio interni erroris, approbanda eſt, quàm non verbis tantùm promiſerint ſe hæreſim deteſtaturos, ſed & opere hoc comprobauerint : nimirum eiiciendo hęreticorũ concionatores, & introducendo catholicas cæremonias & catholicos concionatores: item verbis ſimul & ſcriptis, quibus hæreſim reijciãt fidemq; defendant, publicè profitendo ſe verè Catholicos eſſe. An maior cautela ſeruanda eſt in abſolutione concubinarij, vel pœnitentiæ eius receptione, quàm eſt ſeruãda in abſolutione hæreticorũ, vel pœnitentiæ eorum approbatione? Certè dum vtriuſq; ſpeciei ſumptio, tanquam piũ opus ab eis approbatur, ipſo opere ſatis declarant, quòd non communicant ſub vtraq; ſpecie, ad hęreſim ſuam deteſtandam. Quomodo enim S. Pontifex hoc audet declarare de ijs, de quibus hactenus publicè conſtitit, quòd hoc modo infidelitatẽ ſuam proteſtati ſunt: & de quorũ pœnitentia nihil niſi quãtum ex verbis ipſorũ colligere licuit, cõſtat? Præceptum eſt Apoſtoli, vt omnes qui volũt eſſe, nõ ſerui peccati, ſed iuſtitię, ſic exhibeãt

Ro.6. mẽbra ſua ſeruire iuſtitię in ſanctificationẽ, ſicut antea exhibuerunt ea ſeruire immundiciæ

diciæ & iniquitati ad iniquitaté: Hęreticiné igitur, qui antè verbis, ſcriptis, receptione concionatorum & rituū hęreticorū hęreſim ſuam proteſtati ſunt, & magno zelo eā propagârunt, & nunc ſolis verbis aliquid fidei profitentur, tanq̈ Catholici habebūtur? Nequaquam: Sed ipſo opere æquè pro fidei Catholicæ proteſtatione, defenſione, & dilatatione agere debent, atque antea contra eam egerunt. Hoc igitur eſt quod dicimus, hęreticos plerunq; fraudulenter agere, & verbis tantùm promittere, ſe velle eſſe Catholicos: ac proinde eis non eſſe credendum, niſi verbo ſimul & opere hæreſim ſuam deteſtētur, & facto ipſo verè Catholicos ſe eſſe declarent. Nec quicquam aliud conceſsit ſynodus Baſilienſis, quæ per Phylibertū Epiſcopum Conſtantienſem & Sigiſmundū regem, ritus & cōcionatores catholicos vnà cū communione ſub vtraq; ſpecie introduxit: Quanq̈ apud multos nec catholici concionatores, nec ritus catholici ſunt ſuſcepti, quorū poſteri hæretici vſq; in hodiernū dié durant. Nā qui catholicos cōcionatores & rit⁹ ſuſceperūt, vnius ſpeciei cōmunione cōtéti fuére.

Quęrūt aliqui: Nū igitur ſaltē natiōi alicui hactenus hęreticę, nūc aūt verè pœnitēti, aut nationi hactenus catholicę, ſi calicé vel ſaltē *Quæſtio*

libertatem vtrouis modo, aut ſub vna aut ſub vtraq; ſpecie cõmunicandi, petãt ab Eccleſia annuendũ ſit: ſiue, Num expediat, cõſuetudinẽ cõmunicandi ſub vna ſpecie (quã ſynodus Conſtantienſis pro lege habendam dicit, quam non licet ſine autoritate Eccleſię pro libito immutare) per autoritatẽ Eccleſiæ & ſummi Pontificis mutare. Suprà ſatis oſtẽdimus, eaſdẽ rationes, ob quas ea communicandi conſuetudo, tanquã lex à ſynodo Cõſtantienſi approbata eſt, adhuc locũ habere: ac proinde Conſtantienſe ſtatutũ nequaquã eſſe mutãdum. Sed videamus nunc (vt hoc ipſum plenius hîc explicetur) num etiã conſideratione authoritatis Concilij Conſtantienſis per intellectum paululum poſtpoſitã, eam conſuetudinem immutare expediat. Et quidem, ſi ex hac mutatione vel aliquid infidelitatis oriturum ſit vel fouẽdum, aut fidei neceſſaria proteſtatio peritura, aut quoduis ſcandalum oriturum, vel ſaltem non tantum bonum oriturum, propter quod omnia mala inde prouentura contẽnere oporteat: manifeſtũ eſt, quòd lege naturę nec liceat quidem eam conſuetudinem immutare. Tota igitur hæc queſtio tantũ eſt prudẽtię, & in hoc cõſiſtit, an prudenter iudicetur, ex hac mutatione aliquod ex iam dictis malis oriturũ, &

Reſpõſio

nullum

nullum bonũ,cuius excellentia tanta ſit, vt propter hoc iſtud qualecunq;malum negligi debeat, & non timeri. In primis itaque hoc diligenter aduertendum eſt, hic de ijs tantùm Catholicis agi, qui vel nunquam hæreſi infecti fuerunt,vel ſi aliquando fuerunt, nũc ſaltem ei ſyncerè renuntiârunt.Et ſaluo meliori iudicio,non videntur mihi hi vnquã petituri calicẽ,ſi in hac re benè inſtituantur, ſed potius libẽter Eccleſię cõſenſuri,ac iudicaturi quòd alterã duntaxat ſpeciẽ retinere præſtet,vt hoc modo fides catholica contra hæreticorum importunitatem circa hũc articulum,ipſo facto declaretur. Nam qua ratione calicem petent, ſi intelligant, neque à Chriſto eum eſſe præceptum,neque maioris eſſe fructus vtriuſq; ſpeciei communionem quàm alterius tantùm,atque iuſtis & rationabilibus de cauſis conſuetudinem ſub vna ſpecie communicandi introductam, & à generali Concilio ac tota Eccleſia approbatam atque pro lege ſuſcẽptam? Non igitur nos tangit, quòd ait Conſultor folio 39. *Falſo exiſtimant quidam, à nemine ſanguinis communionem peti, qui non eam ſimpliciter ex diuino præcepto neceſſariam, alteram verò prorſus impiam & ſacrilegam iudicet: cum innumeri ſint, per varias nationes & regna, qui in doctrina Catholica &*

eius ritibus antiquitùs traditis acquieſcentes, priſcum hunc & catholicum corporis & ſanguinis Domini participandi ritum, tùm ob priuatam religionem, tùm ob publicam pacificationem, reſtitui ſummopere cupiunt. Quod grauiſſimorum virorum, quibus hominum animi perſpecti ac noti ſunt, atque adeò ſummorum quoque Principum grauiſſimo teſtimonio probari poſſit. Nam neque nos dicimus, quòd nullus vtramque ſpeciem petit, niſi qui communionē Eccleſiæ ſub vna ſpecie, prorſus impiam & ſacrilegam iudicet. Poteſt enim ea exigi ab aliquo, quia putat eam eſſe maioris fructus, quàm eſt altera: Id quod ſupra etiam falſum eſſe oſtendimus.

In tertio tractatu.

Cùm verò addit Conſultor, innumeros eſſe, qui in doctrina catholica & ritibus antiquitùs traditis, acquieſcunt, &c. videtur hunc laudabilem ſub vna ſpecie communicandi ritum, à ritibus antiquitùs traditis reiicere: cùm ſuprà oſtenderimus, & ipſe quoque Conſultor confeſſus ſit, etiam hunc ritum antiquitùs fuiſſe receptum. Addo hoc loco, non eſſe verè Catholicos, quicunque definitionem Concilii Conſtantienſis non recipiunt. Et ergo, ſi demus hunc communicandi ritum antiquitùs non fuiſſe, adhuc ſufficere debet

In ſecūdo tractatu, circa initium.

fidelibus, quòd nunc ſaltem à pluribus annis ab vniuerſa Catholica Eccleſia ſuſceptus, & à Conciliis ac Cathedra Petri lege ſancitus ſit. Ex quo ſatis conſtat, quòd doctrinæ & inſtitutioni Chriſti non repugnet. Nunquam enim Chriſtus ſponſam ſuam Eccleſiam, pro qua mortuus eſt, & cum qua vſque ad ſeculi conſummationem ſe fore promiſit, ita deſerit, vt ſponſi ſui inſtitutionem euertat, & contra eam leges ferat. Et non tàm eſt in ritibus religionis quærenda temporum antiquitas, quàm quòd à tota Eccleſia ſuſcipiantur. Ex eo enim quòd præſens Eccleſia hunc ritum obſeruat, conſequitur, quòd & vetus Eccleſia eum ritum vel in praxi, vel ſaltem in fide ſua tanquam licitum habuerit. Idem enim ſpiritus hanc regit Eccleſiam & veterem, imò eandem eſſe facit: & eadem in ea fides perſeuerat: ſicut ait Epiphanius in hæreſi Anomæorum, quæ eſt numero ſeptuageſima ſexta. Et conſultans hæreticum Aëtium, qui Catholicos Antiquarios & diu ſuæ opinioni adhærentes vocabat, Sancta (ait) Dei fides ab initio exiſtens, & ſemper antiqua & non inueteraſcens, ſemper eſt, & firmatum Matt. vlt.

eſt huius fundamentum, & exiſtit habens ſuum Dominum ſine tempore. Ideo neque ipſa temporalis exiſtit, ſed cum angelis conuerſatur, & ſanctos per generationē ac generationē ornat. Priſcum (inquit Conſultor) *hūc & catholicū corporis & ſanguinis Domini participādi ritum, &c.* Cur cōmunionē ſub vtraq; ſpecie vocat catholicū ritū? Nónne & catholicus eſt ritus, cōmunio ſub vna ſpecie, quē Catholici hódie ſeruant? An propterea vocat catholicū, quia olim putat fuiſſe vniuerſalem? Hoc ſanè nuſquā probauit. Imò puto nos ſuprà ſatis oſtendiſſe, etiam cōmunionē ſub vna ſpecie antiquitus fuiſſe in vſu. Et dicendum fuiſſet Conſultori, ſi id quod ſecundo loco poſuimus, ſenſiſſet: olim catholicū ſiue vniuerſalem. Certè hic ſub vtraq; ſpecie communicandi ritus, non eſt iam dicendus catholicus cùm eum Catholici non frequentent. Sed fortè intelligit priſcū & catholicū per Endiadyn: quaſi diceret, priſco tempore vniuerſalē: ſicut dixit Vergilius, Arma virumq;, pro Armato viro. Quicquid ſenſerit Conſultor, ſatis obſcurè dixit. Sequitur deinde, *Tum ob priuatam religionem, &c.* Quæ quæſo eſt iſta priuata religio vel deuotio? In publico ſanè ſacrificio & publica communione, non priuata ſed publica religio locum

habere

habere debet. Et vnde obſecro hæc priuata religio naſcitur? An inde, vnde conſcientia, cui ſatisfieri poſtulant? De qua ſuprà diximus. Sed paulò ſuperiùs videtur Conſultor aperire, in quo hęc priuata religio conſiſtat. Folio 38. fa. 2.
Reſpondeo: (inquit) *in hac cauſa non pertinacium & pacis hoſtium Hæreticorum, quibus nunquàm vlla ratio ſatisfacit, ſed piorum et pacis amantium, qui vbique ſunt hominum, rationem habendam: qui non inſano hæreticæ prauitatis æſtro, ſed pio Apoſtolicæ conſuetudinis ſtudio incitati, ſacramento Dominici calicis, in quo plenum expreſſumq́; redemptionis ſuæ, ac myſticæ cum Chriſto vnionis myſterium continetur, potiri deſiderant: quo impetrato, Dominum collaudabunt, neque odioſis & ocioſis iam quæſtionibus Ecleſiam perturbabunt.* Ecce, ſtudio Apoſtolicæ conſuetudinis (ſcilicet, obſeruandæ) aiunt ſe incitari. Quaſi oſtendiſſent, vel probatum vſquam eſſet, Apoſtolos non communicaſſe aliquos ſub ſola panis ſpecie. Si tantopere cupiunt obſeruare Apoſtolicam conſuetudinem, cur tam negligentes ſunt in petendo confirmationis ſacramento, quod Apoſtoli tam ſolicitè tradiderunt? cur non ieiunia multa aſſumunt, more Apoſtolorum? cur, quando ieiunant, nõ differunt refectionem vſque ad veſperum? cur non vrgent vt reuocetur mos Eccleſiæ vetuſtioris, vt pœniten- Mores ecclesię temporibus Apſtolorum conſtituti.

nitentes diu & longa afflictione lugeát peccata ſua, antequam abſoluantur? cur per vnam ſabbati, hoc eſt, die Dominico, non reponunt quod dent pauperibus Chriſtianis? Cur his omnibus omiſsis, in hac vna re tam ſunt ſtudioſi Apoſtolicæ conſuetudinis? Deinde addit Conſultor aliam cauſam, cur illi quos pios vocat, vſum calicis deſiderent: *Ob publicam*, inquit, *pacificationem*. Et vt meliùs intelligas, quam publicam pacem intelligat, (ad quam obtinendam etiam dicitur ſcripſiſſe & defendiſſe librum De officio pij viri in religionis diſsidio) audi quid folio 44. dicat. *Cuius ſaltem temporis*, inquit, (quo ſcilicet communicabant homines vtrólibet modo, vel ſub vna, vel ſub vtraq; ſpecie, in diuerſis Eccleſiis) *libertatem hoc tempore reſtitui conueniret: in qua ſpes eſſet, prudentiores & ſaniores vtriuſque partis conquieturos: donec paulatim, ſi qua adhuc tùm in huius ſacramẽti adminiſtratione, tùm in alijs eccleſiaſticis ritibus, ad formã vetuſtatis inſtauranda videntur, in iis ab Eccleſiarum Gubernatoribus idonea per tempus cura adhibeatur. Hac quoque libertate conceſſa, credibile eſt futurum, vt homines quomodo ab vſu Dominici calicis receſſerũt, ita vltrò paulatim ad priſcũ Eccleſiæ morẽ, nullo accedente Decreto, nulla ſubita innouatione facta, ſint redituri.* Hoc ergo quærit Conſultor, vt

ſaniores Catholici & hæretici, conceſſa vtraq; ſpecie, inter ſe reconcilientur: Dum ſcilicet approbatur tanquã licita hæreſeos proteſtatio, & laudatur in Catholicis omiſsio proteſtationis fidei catholicæ, eo tempore, quo hæretici eam maximè oppugnant. Suprà ſatis oſtendimus, quòd hæreticis, verbo & facto non oſtendentibus veram pœnitentiam, nullo modo tanquam licitum, aliquid concedendum ſit, quo hæreſim ſuam proteſtentur. Deinde tam ridiculum eſt, hoc modo ſaniores vtriuſq; partis, Catholicorũ ſcilicet & hæreticorũ, in concordiã velle redigere: quàm eſt, Chriſtũ & Belial, lucem ac tenebras, inter ſe velle cõciliare. Imò ſaniores & prudentiores Catholici imitantur Apoſtolũ & alios ſanctos Patres, atq; ne in ſyllaba quidem aut vllo ritu, ex quo vel in ſpeciẽ hæretici apud imperitos gloriari poſsint, tanquã eorum hæretica doctrina approbetur, ſeſe hęreticis conformant: ſed maximè ipſo opere & facto proteſtantur, ſe ab eis diſſentire. Vnde nec ad horam eis cedere volunt. Ironia.

Clarũ eſt igitur, quòd Cõſultor nondũ cõfutauit quod dixim⁹, nẽpe quòd nulla catholica natio vtrãq; ſpeciẽ petat, niſi aliquo modo errore ſit infecta, ſiue non benè inſtituta. Sed demus per imaginariã poſsibilitatẽ, ali- *Aliaquæſtio.*

quam

quam vſquam catholicam nationē eſſe, quæ non ex aliquo errore, ſed ex neſcio qua deuotione vtriuſque ſpeciei communionem petat: expedítne illi ſaltem certis conditionibus adhibitis, calicis vſum concedere: atque illis etiam hæreticis, qui verbo & opere oſtēdunt, ſe ſuper omnibus erroribus ſuis veram pœnitentiam agere? Reſpondeo: Hos eſſe inſtituendos, quid mali in Eccleſia ſit oriturum ex iſta conceſsione. Primùm enim iſti, cùm ſint Catholici & hæreſeos oſores, deſinent facto ſuo proteſtari fidem ſuā, qua credunt vtramq; ſpeciem nō omnibus eſſe neceſſariam, nec maioris fructus, quàm ſit cōmunio ſub vna ſpecie. Quàm magnum autem malum & peccatum ſit, fidem non confiteri dum quis de ea interrogatur, ſatis notū eſt. Eſt enim Dei præceptum, vt quis interrogatus de fide ſua, eam confiteatur. Interrogatur autem quis de ſua fide, non tantùm verbis, ſed etiam aliis modis. Nam hæretici & nutantes, etiam facta hominum diligenter conſiderant, & ex iis ſentētiam eorum probabiliter colligunt: Quemadmodum Pſeudoapoſtoli explorabant libertatē Pauli, dum Hieroſolymis obſeruarent, an fortè Titum gentilem circunciderent, vt eſt ad Galatas 2. Ex iſto autem malo & aliud ſequetur, nēpe confir-

Reſpōſio.

Quātum mali in eccleſia oriturū ſit, ſi vſus calicis Laicis concedatur.

Variis modis aliquis de fide ſua interrogatur.

confirmatio hæreticorum in errore, & maior ſimpliciorũ deceptio: dum videlicet iſti iactabunt, Eccleſiam Catholicam tali conceſsione errorem ſuum eſſe confeſſam, & in multis aliis ſimiliter errare. Obijcit ſibi hocipſum Cõſultor folio 38. facie 2. *Dices*, inquit, *hoc pacto hæreticorum errorem confirmari, qui hunc ſolum ritum neceſſarium, alterum nephariũ ducũt. Reſpondeo: In hac cauſa non pertinacium & pacis hoſtium Hæreticorum, quibus nunquam vlla ratio ſatisfacit, ſed piorum & pacis amantium, qui vbique ſunt hominum, rationem habendam.* Sed hæc eius reſponſio non ſatisfacit. Etſi enim perditio eorum, qui iam perditi ſunt, parui facienda ſit: non tamen parui facienda eſt ſalus eorũ quos ex hac conceſsione decipient. At paulò ſuperiùs ait: *Queruntur autem nonnulli, hac diſſimilitudine ac varietate communionis, Eccleſiæ ſtatutum & pacem turbari. Cur igitur non in eum ritum potiùs conuenimus, quem Chriſtus inſtituit, Apoſtolus tradidit, Eccleſia vniuerſa tot ſeculis tenuit, Orientalis verò vniuerſa, atque imprimis inſignis illa Æthiopica Eccleſia, in hunc vſque diem conſtanter retinet?* Sic Conſultor. Sed qui quæſo ſic queruntur, niſi hæretici ex hæreſi, aut Catholici imprudentiores? Et quid obſecro aliud eſſet, hæreticorũ querelæ cedere, quàm eorum hæreſim approbare? Vnde etſi Con-

ſultor

ſultor nolit rationem habere hæreticorum, interim tamen habere videtur, ſaltē ex inani maduertentia, dum cauſa pacis eis cedi vult in eo, in quo hæreſim ſuam proteſtantur. Tertium malum, quod ex dicta conceſsione orietur, eſt, quòd incipient alij Catholici, qui antè vnica ſpecie cōtenti erant, & in bona inſtitutione Catholicæ Eccleſiæ atq; Cōciliorum Decretis acquieſcebant, imaginari & ſecū cogitare, an expediat idem ſibi quoque concedi, & an inſtitutio, quam didicerunt, vera ſit. Quartò incipient, & illi quibus calix concedetur, & alij Catholici, in aliis ritibus aliaq́; Eccleſiæ Catholicæ doctrina inquirere, num ſic obſeruāda ſint, ſicut tota per orbē obſeruat Eccleſia. Et, vt ſunt homines variorum ingeniorū & ſenſuum, inuenientur qui multa mutare volēt: & ſic in ſuū ſenſum ſimpliciores pertrahent. Quæ res ad Eccleſiæ decrementū & hæreſeos incrementum mirū in modū proficiet: vt ita in re grādi, nēpe religione, magno malo ſimus experturi, quid incōmodi adferat eiuſmodi mutatio. Nec eſt quod procul huius rei probationē petamus. Nam ipſe Conſultor folio 44. dicit, *ſpem eſſe, ſi calix concedatur, quòd prudentiores & ſaniores vtriusq; partis conquieſcent, donec paulatim, ſi qua adhuc tūm in huius ſacramenti admini-*

miniſtratione, tùm in aliis eccleſiaſticis ritibus, ad formam vetuſtatis inſtauranda videntur, in iis ab Eccleſiarum Gubernatoribus idonea per tempus cura adhibeatur. Vtinam autem explicuiſſet, quæ adhuc mutari vellet. Sed in defenſione libri De officio pii viri videtur optare, vt aboleatur Miſſa, in qua ſolus ſacerdos communicat. Quaſi ſacerdos fructu ſuæ deuotionis priuari debeat, ſi nullus ſe deuotioni eius in communicando iungat: Aut quaſi ſacrificium altaris non proſit niſi ſumenti. Videtur præterea ibi optare, vt omnia diuina eo idiomate peragantur, quod totus populus intelligit. Quaſi hoc non habeat plurima & grauiſsima inconuenientia: Aut quaſi Apoſtoli Barbararum nationum, qui pruden tia ſpiritus ſancti regebantur, hoc non inſtituiſſent, ſi fieri expediuiſſet. Item optare videtur, vt aboleatur benedictio fontis pridie Paſchæ & Penthecoſtes, niſi adſit baptizandus. Quaſi orari non poſsit pro baptizandis in futurum, etiam ſi nondum adſint. Item, vt pro tempore aliquo imagines è templis eijciantur. Et tandem ad doctrinam etiam venitur, & inquiritur, an Deus obſeruatione feſtorum & abſtinentia colatur: an lex eccleſiaſtica obliget in conſcientia, & an differat ab exhortatione

& mo-

& monitione. Item, quo authore vſus chriſmatis ſit in Eccleſia. Deniq; an ſpes ſalutis ſit iis, qui hæreſiarcharum ſententiis adhærent, & Eccleſiæ per ſuas opiniones aduerſantur, ſi tamen teneant rectam fidem de Chriſto, & diligant Eccleſiam, vbicunque ſit illa. Si de his mutationibus ſentit quod dicit, prę cipuè quantum ad doctrinam ritibus connexam, prorſus cōtradicendum eſt ei, etiam vſque ad mortem. Et ſicut communione vnius ſpeciei proteſtamur fidem Catholicam contra hæreticos, ita quoque eam proteſtari debemus Miſſâ, in qua ſolus ſacerdos communicat, Confirmatione per chriſma, diuina celebrando lingua latina, benedicendo fontes, etiam citra præſentiam baptizandi, obſeruatione feſtorum Deum colendo, leges Eccleſiaſticas cum opinione obligationis conſcientię obſeruando, imagines in templo retinendo. Hæc enim omnia hæretici veluti illicita condemnant: maximè dum eo modo fiunt, quo Catholici obſeruant. Igitur hæc ſubſecutura mutatio multùm nobis diſplicet, & nos deterret ſicut ait Cōſultor fol. 43. *Verùm deterret nonnullos, quòd hanc vtriuſque ſpeciei communionem, multarum quoque aliarū piarum & vetuſtarum conſuetudinum abrogatio, & quædam quaſi religionis innouatio, ac à reliquo Eccleſiæ*

corpore

corpore defectio comitari conſueuit. Id ſanè pleriſque in locis factum eſſe, negari non poteſt: & niſi in tempore proſpiciatur, ne in poſterum magis fiat, verēdum eſt. At vide, ne huius rei cauſa ſit, quòd in hac re & huic ſimilibus, inſtitutioni Chriſti, & priſcæ Catholicæq́; Eccleſiæ obſeruationi conſentaneis, æquiſsimis piorum hominum votis, & prudentiſsimis eruditorum & grauium virorum monitis in tempore obſecutum non ſit. Ita enim ferè homines naturâ comparati ſunt, vt iniquum poſtea petant, qui æquum cùm poſtulant, non ferunt. Ad hæc nos hoc loco illorum cauſam agimus, qui nullam in publicis ritibus huius rei gratia mutationem & innouationem quærunt, ſed tantùm conſcientiæ ſuæ & pio deſiderio ſatisfieri poſtulant: hoc eſt, vt ipſis petentibus, loco calicis ablutionis (qui paſsim dari conſueuit) calix ſanctificationis, adhibitis ſolennibus inter porrigendum verbis (Sanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti, proſit tibi in vitam æternam) tribuatur: qui autem ſola Dominici corporis ſumptione contenti ſunt, ſuo iudicio relinquantur: Quod à prudentibus paſtoribus ita commodè & prouidè fieri poterit, vt vix mutationis aliquod ſignum appareat. Neque hinc aliqua aut diſſidij, aut turbationis & innouationis occaſio metuenda erit: non magis ſanè, quàm ante ducentos annos, cùm hoc ſacramentum ſumma pace, his in altera, illis in vtráque ſpecie miniſtraretur. Hæc Conſultor. Quòd verò ait, *cauſam defectionis multorum*

torum eſſe, quòd eorum votis in hac & ſimilibus rebus non ſit in tempore obſecutum, quia homines æquum non obtinentes, iniquum poſtea petunt: id fortiter & conſtanter negamus. Qui enim tales ſunt, vt petant id in ritu vſurpare, quod neq; neceſſariũ, neq; magis fructuoſum eſt quàm alius ritus, non obſtante quòd inde hæretici in hæreſi ſua firmabuntur, & plures ſeducẽtur: aut ita ſuo inhærent iudicio, vt ab Eccleſia deficere malint, quàm ſaniori Eccleſię iudicio ſe ſubijcere: non iam inter defecturos, ſed inter eos, qui iam antè defecerunt, numerandi ſunt. Quod autem dicit, *loco calicis ablutionis (qui paßim dari conſueuit) à prudentibus paſtoribus ita commodè & prouidè calicem ſanctificationis, adhibitis ſolennibus inter porrigendum verbis (Sanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti proſit tibi in vitam æternam) tribui poſſe, & alios, qui ſola Dominici corporis ſumptione contenti ſunt, ſuo iudicio relinqui, vt vix aliquod mutationis ſignum appareat:* nullius eſt momenti. Nam paſtor populum erudire debet, quid ex calice ſacrato accipiat, & quantum ab eo differat, quod ſub vna ſpecie communicantes accipere ſolent. An per talem prędicationem non apparebit tota ipſa mutatio? Quod verò ſubiungit: *Neque huic aliqua aut diſsidij, aut turbationis, & innouationis occaſio metuenda erit:*

rit : non magis ſanè, quàm ante ducentos annos, cùm hoc ſacramentum ſumma pace, his in altera, illis in vtraq; ſpecie miniſtraretur : ſimile eſt cum præcedenti, ac proinde ſimilem ſolutionem meretur. Alij enim volũt priſtinum morem tenere, alij alium : Alij iudicabunt, eos meliùs facere qui vna ſpecie communicant, alij eos qui vtraq;. Et quod maximum eſt, alij clama bunt hęreſim per vtriuſque ſpeciei communionem confirmari, & ſacræ fidei proteſtationem relinqui. Et ſanè aliud eſt, ex libertate ante vllam legem conditam alios ſic cõmunicare, alios aliter: aliud, legem à generali Concilió rationabiliter conſtitutam, & à tota Eccleſia receptam, hæreticis eam contra Chriſti pręceptũ eſſe docentibus, immutare. Et quòd Conſultor paulò pòſt addit: *Hac libertate* (ſcilicet vtrolibet modo cõmunicandi) *concesſa, credibile eſt, futurum vt homines quomo do ab vſu Dominici calicis receſſerunt, ita vltrò paulatim ad priſcũ Eccleſiæ morẽ, nullo accedẽte decreto, nulla ſubita innouatione facta, ſint redituri :* videatur, quantũ ex humana cõiectura pendet, eadẽ ratione poſſe dici: Credibile eſt, ſi hoc cõcedatur, oẽs vel ferè omnes populos paulatim opinaturos, Chriſtũ præcepiſſe vtramq; ſpeciem, & Conciliũ Conſtantienſe cũ tota Eccleſia ſequente, & magna parte Eccleſiæ Folio 44 fa. 2.

præcedentis, circa Chriſti præcepta erraſſe. Quod verò allegat, viros grauiſsimos & magnos Principes idem ſecum iudicare & optare: ſatis in exemplo Berſabee matris Salomonis puto diſſolutum. Nam in rebus ſeculi & principatu, atque (ſi placet) regia dignitate, & prudentia ciuilis Reipublicæ gubernandæ, facilè fatebor eſſe grauiſsimos: ſed in hac re diiudicanda, videlicet an expediat concedere calicem, puto ſimiles eſſe nimium credulæ, & parum proſpicienti quid moliretur Adonias, matri Salomonis.

At folio 49. dicit, *quoſdam minùs probandos, qui tanta contentione, tùm ſermonibus, tùm ſcriptis, huic tam multorum piorum hominum Dominici calicis deſiderio obnituntur, & tanquam de re, in qua ſumma religionis conſiſtat, odioſè contendunt: cùm tamen hîc non de lege diuina atque perpetua, ſed de humana tantùm, eaq; mutabili & temporaria conſtitutione abroganda agatur.* Reſpondeo, nos hoc tantùm agere, ne hæreſis facto foueatur, ne hæretici conceſsione Pontificis apud ſimplices glorientur, tanquam conuicerint Catholicos falſitatis, ne ex ea conceſsione ſequatur mutatio religionis, & plurima in Eccleſia benè ordinata in quæſtiones vertantur, apud eos qui nunc ſunt Catholici, ſicut apud hæreticos: ne denique à veſtigiis Patrum

trum noſtrorum deficiamus, qui, vt ſuprà oſtendimus, nunquam nec in vna ſyllaba, nec in ritibus cedere voluerunt hæreticis: & ſiquando humana magis quàm diuina prudentia illis ceſſerunt, infelicem rei exitum experti ſunt. Vtinam qui contrarium ſentiũt, hiſtorias vel Doctores vel aliquid aliud proferant, quo oſtendatur quòd conceſsio hæreticis facta, ſiue condeſcenſio ad eam cæremoniam, qua hæreſim ſuam profeſsi ſunt, in Eccleſię vtilitatem ceſſerit. Nos ſuprà & ſententias, & conſuetudinem ſanctorum Patrum in diuerſum attulimus. Vt igitur finem faciamus, quòd ſi quis in his quæ prudentiæ ſunt, à nobis diſſentiat, dummodo eorum quæ ſuprà admonuimus, diligentem rationem habeat, cum optima pace noſtra id faciet. Sed oramus eos Superiores & Eccleſiæ Gubernatores, qui certis conditionibus alicui nationi calicem concedere volunt, vt hanc quoq; conditionem cum reliquis adijcere dignentur, Quòd nemini licebit porrigère vtramq; ſpeciem, niſi qui in Paſchate ſub vna ſpecie communicauerit: Ei verò qui tunc ſub vna ſpecie communicauerit, reliquo anni tempore ſub vtraq; communicare cōcedetur. Hac enim conditione adiecta, patebit, an ex hæreſi vel errore, an ex

deuotione & pio deſiderio calicis vſum petant. Et hac ratione non tantū verbo, ſed & facto fidem Catholicā proteſtabuntur. Sed vereor, ſi ſub hac conditione calix concedatur, ne ea reiecta & contempta, noſtrū iudicium verū eſſe cōprobent. De iis autē ſecularibus Principibus, qui veluti zelo religionis inducti, ſuis ſubditis aut vtriuſq; ſpeciei cōmunionem pręcipiūt, aut libertatē, vel ſub vtraq; vel ſub altera ſpecie cōmunicandi, permittunt, nihil hîc attinet dicere: cùm & grauiſsimè errēt, ſicut illi de quibus hactenus dictū eſt, & falcem ſuam in alienā meſſem mittant: nō cogitantes, ſe ſeculares eſſe Principes reiq; ciuilis Gubernatores, nō Iudices eccleſiaſticos: nec ſibi ſacramentorum vel doctrinæ Chriſti diſpenſationē aut iudiciū eſſe commiſſa, ſed in his rebus oues eſſe, nō paſtores: ideoq; ſe debere audire illū, cui Chriſtus oues ſuas paſcendas commiſit: ab eo in recta & orthodoxa fide cōſeruari debere, cui Chriſtus indefectibilem fidem promiſit: & ab eo Eccleſiā regi debere, cui Dominus Saluator claues regni cœlorū, hoc eſt, regimen totius Eccleſiæ commiſit, non ab eo qui ſe ab eius regimine ſubtrahit. Habent nihilominus Principes & Poteſtates huius ſeculi, in quo ſuum iſtū zelū (vt loquuntur) religionis declarent,

Nōnulli ſeculares principes falcē ſuā in alienā meſſem mittunt.

In quo Principes ſeculares zelū ſuū.

clarent, & Chriſto præ aliis Chriſtianis pecu liariùs ſeruiant: nempe poteſtatẽ, & leges ciuiles gloriã Chriſti promouentes condendi, & gladiũ vltorẽ aduerſus Chriſto & Eccleſiæ rebellantes exerẽdi: Sicuti in veteri lege, Deo mandante, ex decreto Iudicis ſecularis interficiebatur ille, qui ſummo ſacerdoti, ambiguitatẽ de lege exortã definienti, obedire nolebat: item ille, qui (etiã ſi antè verax propheta fuiſſet) aliquẽ ad alienũ Deum colendũ inducebat. Quẽ tantopere Deus mãdauit occidi, vt etiã maritus vxori, pater filio parcere prohiberetur. Et ne quis putet præceptũ hoc tantũ tempus veteris teſtamenti concernere, nõ etiã tempus reuelatę gratiæ Chriſti, ſic de eo prophetat Zacharias cap. 13. Et erit in die illa, dicit Dominus exercituũ: diſperdã nomina idolorũ de terra, & nõ memorabuntur vltrà: & prophetas & ſpiritũ immundũ auferam de terra. Et erit cùm prophetauerit quiſpiam vltrà, dicent ei pater eius & mater eius qui genuerunt eũ: Non viues, quia mendacium locutus es in nomine Domini. Et configent eum pater eius, & mater eius qui genuerunt eum, cùm prophetauerit. Et erit, in die illa cõfundentur prophetę, vnuſquiſq; ex viſione ſua cũ prophetauerint, nec cooperiẽtur pallio ſaccino vt mẽtiantur. Sed dicet:

erga Chriſtũ & religionem Chriſtianam oſtẽdere debeant.

Deut. 17.

Nõ ſum propheta, homò agricola ego ſum: quoniam Adam exemplum meum ab adoleſcentia mea. Et dicetur ei: Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus ſum in domo eorum qui diligebant me. In quæ verba ſic ſcribit D. Hieronymus. Nominibus idolorum de terra ſublatis, & pſeudoprophetis, atque immundo ſpiritu qui loquebatur in eis: ſi quis vltrà tentare voluerit, & quippiam ex perſona Domini prophetare, ſtatim pater eius & mater obliuiſcentur parentum, vt Dei retineant ſeruitutem, & proferẽt contra filium mortis ſententiam: & tam piæ erunt omniũ in Deum mentes, vt non expectetur publicum iudicium, ſed pereant qui tales ſunt ſententia propinquorum. Et infrà. Interrogabit prophetam à parentibus confixum alter, & dicet: Quid ſibi volunt plagæ iſtæ, & hæc vulnera, quæ in medio manuum tuarũ ſunt? Et eſt ſenſus: Quare adhæres patibulo? Cur manus tuæ transfixæ ſunt clauis? Quid commiſiſti, vt huic pœnę & cruciatui ſubiaceres? Et ille reſpondebit & dicet: Hæc vulnera & has accepi plagas, parentum meorum iudicio condemnatus, & eorum qui me non oderant, ſed amabant. Et intantum fugato mendacio veritas obtinebit, vt etiam ipſe

qui

qui ſuo punitus eſt vitio, rectè perpeſſum ſe eſſe fateatur. Hæc Hieronymus. Sic & Dauid pſalmo 2. prophetans tempus, quo Reges & Principes terrę infideles contra Chriſtum eſſent inſurrecturi, in ipſius quidem perſonam Herodes & Pilatus cũ Gentilibus & Iudæis, in mēbra verò ipſius omnes poſteriores martyrum perſecutores: tādem ſermonem ad Reges fideles conuertit, dicens: Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore: Apprehendite diſciplinā, nequando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta, cùm exarſerit in breui ira eius. Vnde pulchrè Auguſtinus epiſtola 50. ad Bonifacium Comitem: Quòd (inquit) dicunt, qui contra ſuas impietates leges iuſtas inſtitui nolunt, non petiiſſe à Regibus terræ Apoſtolos talia: non conſiderant, aliud fuiſſe tunc tempus, & omnia ſuis tēporibus agi. Quis enim tunc in Chriſtum crediderat Imperator, qui ei pro pietate contra impietatem legem ferendo ſeruiret, quando adhuc illud propheticum cōplebatur: Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati ſunt inania, Aſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum, aduerſus Dominũ & aduerſus Chriſtũ eius? Pſal. 2.

Non-

Nondum auté agebatur, quod paulò poſt in eodé Pſalmo dicit: Et nũc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terrã: Seruite Domino in timore, & exultate ei cũ tremore. Quo modo ergo Reges Domino ſeruiũt in timore, niſi ea q̃ cõtra iuſſa Domini fiũt religioſa ſeueritate prohibẽdo atq; plectẽdo? Aliter enim ſeruit quia homo eſt, aliter quia etiã & Rex eſt. Quia homo eſt, ei ſeruit viuẽdo fideliter: quia verò etiã Rex eſt, ſeruit leges iuſta præcipientes, & contraria prohibentes, conuenienti vigore ſanciendo. Sicut ſeruiuit Iozias, talia & ipſe faciendo: ſicut ſeruiuit rex

4.Re:18. Niniuitarũ, vniuerſam ciuitaté ad placãdum

4.Re.22. dominũ compellendo: ſicut ſeruiuit Darius,

Ionæ 3. idolũ frangendũ in poteſtaté Danieli dãdo,

Dani.14. & inimicos eius leonibus ingerendo: ſicut

Danie. 3. ſeruiuit Nabuchodonoſor (de quo iã dixim⁹) oés in regno ſuo poſitos à blaſphemãdo Deo lege terribili ꝓhibendo. His ego addo: Sicut ſeruiuit Artaxerxes rex Perſarum, mãdando ſuis Receptoribus, vt magnã pecuniæ ſummam ad Dei cultũ cõtribuerent, & liberãdo totũ clerũ Iudaicum à tributis & vectigalibus, & dando poteſtatem Eſdræ ſacerdoti, vt conſtitueret Præſides & Iudices populo Iudaico, decernẽdoq; pœnam mortis, exilij, carceris, & confiſcationis poſſeſsionũ cõtra rebelles,

rebelles,ſecundùm cuiuſq; peccatum: vt habemus 1.Eſdræ cap.7.Et ne quis putet,has leges Deo non placere,ſubdit ipſe Eſdras: Benedictus Dominus Deus patrum noſtrorũ, qui dedit hoc in corde Regis, &c. Nimis ridiculus eſt,qui has laudabiles Regum conſtitutiones ad cœremonias legis abolitas pertinere cenſet: cùm illis huiuſmodi legum cõditio à Moyſe præcepta non ſit. In hoc ergo (ſubijcit Auguſtinus) ſeruiunt Domino Reges, inquantum ſunt Reges,cùm ea faciunt ad ſeruiendum illi, quæ non poſſunt facere niſi Reges. Cùm itaque nondum Reges Domino ſeruirẽt temporibus Apoſtolorum, ſed adhuc meditarentur inania, aduerſus eũ & aduerſus Chriſtum eius,vt prophetarum prædicta omnia complerentur: non vtique tũc potuiſſent impietates legibus prohiberi, ſed potius exerceri. Sic enim ordo tẽporum voluebatur,vt & Iudæi occiderent prædicatores Chriſti,putãtes ſe officium Deo facere, ſicut prædixerat Chriſtus, & gẽtes fremerẽt aduerſus Chriſtianos,& omnis patiẽtia martyrum vinceret.Poſtea verò quàm cœpit impleri quod ſcriptum eſt, Et adorabunt eum oẽs Reges terræ,oẽs gentes ſeruient illi: quis Pſal.71.
mente ſobrius regibus dicat: Nolite curare in regno veſtro, à quo tueatur vel oppugnetur

tur Eccleſia Domini veſtri:nõ ad vos pertineat in regno veſtro, quis velit eſſe ſiue religioſus ſiue ſacrilegus: quibus dici non poteſt, Non ad vos pertineat in regno veſtro, quis velit pudicus eſſe, quis impudicus? Cur enim cùm datũ ſit diuinitùs homini liberũ arbitriũ, adulteria legibus puniãtur, & ſacrilegia permittãtur? An fidẽ nõ ſeruare leuius eſt animam Deo, quàm fœminam viro? &c.

Hæc dicta ſint occaſione eorum Principum, qui proprium officium in iuuãda Eccleſia negligentes, alienum officium, etiam circa hanc rem de qua tractauimus, nempe calicis vſum, iniquè inuadunt, multique per hoc ſcandalo ſunt. Det illis Dominus Ieſus, omnibuſque aliis, circa hanc rem quoquo modo errantibus, ſpiritum ſuum, qui oculos mentis eorum illuminet, vt videant Chriſtũ Dominum perpetuò Eccleſiæ ſuæ aſsiſtere, eamque dirigere, ne vllo tempore per præcepta ſuis ipſius mandatis cõtraria, oues eius ab eo abducat, ſed potius tãquam vera ipſius vxor, omnes filios Chriſti Chriſto pariat: Vt videant, quòd Eccleſia, dum docet Chriſtũ non præcepiſſe omnibus vtriuſque ſpeciei communionem, neque hanc fructuoſiorem eſſe quàm eam quę ſub vnica panis ſpecie fit, nulli Chriſti verbo contradicat: ſed potius

libra-

libratis Chriſti verbis, quæ Paulus cum differẽtia circa corpus Chriſti ſub ſpecie panis, & circa ſanguinem ſub ſpecie vini, à Chriſto dicta recenſet, conformis ſit. Det, inquam, illis Chriſtus ſpiritum veritatis, vt intelligãt Eccleſiam, quæ ſola vſque ad Apoſtolos ſui originem referre poteſt, nõ potuiſſe tam eſſe in ſponſum & ſaluatorem ſuum contumelioſam, vt in præcipuo amoris ſponſi ſui pignore, præceptorum eius violationem ſuis decretis approbaret. Hoc enim nõ permittit ille qui dixit: Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: &, Miſericordia mea non recedet à te: &, Vocaberis voluntas mea in ea: &, Vocabit me vir meus. Nónne in decreto, quo ſanxit conſuetudinem communicandi ſub ſola ſpecie panis, eſſe laudabilem & pro lege habẽdam, eò quòd ſub ea vna ſpecie eſt totus Chriſtus, oſtendit ſe Chriſtum vocare virum ſuum? dum hoc modo vni illi tanquam viro ſuo ſe fidere declarat, ipſum Chriſtum tantummodo quęrẽs, quem quia totum ſub vna ſpecie eſſe nouit, non dubitat etiam ſub vna ſpecie ſumptum, totum Euchariſtiæ effectum præſtare? Hoc eſt verè honorare Chriſtũ Dominum, ipſo eſſe cõtentum, nec quicquam quod ipſe non præcepit nec promiſit, præceptis aut promiſsionibus eius, tanquam ab eo

Mat. 16. Iſaię 54. Iſaiæ 62. Oſee 2.

ab eo prçceptũ aut promiſſum addere: à quo ipſe Chriſtus Ieſus ſemper Eccleſiam Catholicam, ſponſam & vxorem ſuã, hactenus cuſtodiuit, & vſq; in finem ſeculi cuſtodiet: Sicut contrà hoc eſt verè Chriſtum cõtumelia afficere, docere quòd ipſe cõmunionem ſui, omnibus cõmunicaturis ſub vtraque ſpecie præcepit, cùm eam nõ præceperit: & docere quòd largiorẽ ſe ijs fore promiſerit, qui ſub vtraque ſpecie ipſum ſumunt, quàm ijs qui ipſum eundem ſub vnica ſpecie accipiunt, cũ hoc nuſquã promiſerit. Hi enim contra præceptũ Spiritus ſancti per Salomonẽ dicentis, Oĩs ſermo Dei ignitus &c. Ne addas quicq̃ verbis illius &c. præcepta & promiſſiones quaſdam comminiſcuntur, de quibus aiunt, (imitantes Pſeudoprophetas) Hæc dicit Dominus: cũ Dominus non ſit locutus: Et cor iuſti, qui vnica ſpecie contentus, totum Euchariſtiæ fructum ſe obtinere confidit, contriſtant mẽdaciter, quaſi aliquo fructu priuetur: cùm Dominus eum non contriſtauerit. Vnde & maledictionem Domini, per Ezechielem prophetam Pſeudoprophetis denũciatam, meritò non euadent.

Prouer. 13

Ezech. 13

FINIS.

TRACTATVS

DE SCHISMATICIS TEMPLIS IVDAEORVM, ET VERO

Dei templo , ex hiſtoria Ioſephi ab eodem Ioanne Heſſels ſtudioſe collectus : non parum vtilis ad veram Chriſti Eccleſiam ab hodiernis hæreticorum ac ſchiſmaticorum Eccleſiis diſcernendam.

NON negligenter expendendum eſt, quod de ſchiſmaticis téplis & vero Dei templo diligéter annotauit Ioſephus:tùm quia ad ſcripturarum intellectum aliquid adfert , tùm quia ſchiſmatica templa cum ſuo populo, fuerunt figuræ ſchiſmaticarum & hæreticarum cõgregationum, quę poſtea variis in locis exortæ ſunt, ſicuti templum in Hieruſalem , Eccleſiæ Chriſti figura fuit: Quod patet ex Euangeliſtis, qui has ſcri- Pſal.68.
pturas, Zelus domus tuæ comedit me, &, Iſaiæ 56.
Domus

Domus mea domus orationis vocabitur cunctis Gentibus, apertè de Eccleſia Chriſti loquentes, etiam ad templum Hieroſolymitanum referunt, eò quòd hoc (vt dixi) Eccleſiæ Chriſti figura fuerit. Hæc fuit igitur quæ annotauit Ioſephus de templo mõtis Garizim (cuius meminit Ioannes capite 4. ſui Euangelij) lib. 11. Antiquitatum, ca. 7. Iaddo Põtifici frater fuit Manaſſes nomine: cui Sanaballetes miſſus in Samariã à Dario rege vltimo ſatrapa, Chutæus genere, vnde & Samaritis origo eſt, ſciens inſignem eſſe vrbem Hieroſolymã, regeſq; eius multa negotia tàm Aſſyriis quàm Syris exhibuiſſe, libenter nuptum dedit filiam Nicaſo, ratus connubium hoc ceu vadem futurę cum Iudæorum gente amicitiæ. Et capite 8. Hieroſolymorum autem ſeniores ægrè ferentes Iaddi Pontificis fratrem & quodammodo collegam, duxiſſe externi generis fœminam, tumultuabantur, rati gradum factum ad antiquandas patrias leges de connubiis, atque ita fore, vt paulatim miſceantur profanis gentibus: Nam & prioris captiuitatis, & malorũ quæ ſecuta ſunt cauſam fuiſſe, quòd quidam contra legem peccantes, duxiſſent vxores non ſui generis. Poſtulabant igitur, vt Manaſſes aut dimitteret vxorem, aut non am-

amplius ad altare accederet. Et cũ Pontifex quoq; ab altari eum arceret, profectus Manaſſes ad Sanaballetem ſocerum, ſe quidem amare dixit filiam eius Nicaſo, nolle tamen propter eam priuari ſacerdotio, qui honor & gentilitius ſit ipſi, & apud Iudæos ſemper in maxima exiſtimatione fuerit. Ad hęc cùm Sanaballetes reſpõdiſſet, ſe illi nõ ſacerdotium tantùm ſeruaturum, ſed & pontificatum paraturũ, & totius ſuæ prouinciæ Principem eum facturum, modo filiam ſuam vxorem retineat: ædificaturumque templum Hieroſymitano ſimile in monte Garizim, qui imminet Samariæ, reliquis montibus celſior: idque polliceretur ex conſenſu regis Darij ſe facturum: elatus tali ſpe Manaſſes, manſit apud ſocerum, putans ſe pontificatum dante rege cõſecuturum. Iam enim Sanaballetes erat ſenior. Cumq; multi ſacerdotes & Iſraelitę intricati eſſent eiuſmodi coniugijs, nõ leuiter turbabatur Hieroſolymorũ reſpublica. Omnes enim hi defecerunt ad Manaſſem, Sanaballete præbẽte eis & pecuniam & agros ad colendum, & domicilia, ac modis omnibus adiutãte ambitionem generi. Quo tempore Darius audito quòd Alexander traieciſſet Helleſpontum, & prælio victis ad Granicum ſuis ſatrapis,

trapis, vlterius procederet, contractis tàm pedeſtribus quàm equeſtribus copiis, decreuit Macedonibus occurrere, priuſquam totam Aſiam ſibi ſubijcerent. Itaque vltra Euphratē traducto exercitu, & ſuperato Tauro monte Ciliciæ, ſtatuit in ea prouincia hoſtem excipere prælio. Sanaballetes autem lætus deſcenſu Darij, aiebat ſe mox præſtiturum Manaſsi pollicita, quamprimū rex reuerteretur poſt victoriam. Perſuaſum enim erat non ipſi tantùm, ſed & omnibus Aſiaticis, ne primum quidem congreſſum expectaturos Macedonas, tāto inferiores numero. Sed longè alius fuit euentus quàm ipſorum opinio. Rex enim collatis cū Macedonibus ſignis victus eſt, & magna exercitus parte amiſſa, matre etiam & vxore cum liberis in hoſtium poteſtatem redactis, fugit in Perſidem. Alexander verò in Syriam veniens, cepit Damaſcum, & occupata Sidone, Tyrum quoque oppugnabat: ſcriptiſque ad Iudæorum Pontificē literis, petebat auxilium, & vt forum rerum venalium præberet exercitui: & vt quę prius Dario cō ferre ſit ſolitus, nunc det Macedonibus, prælata eorum amicitia: fore enim, vt illū nō pœniteat. Cumq; Pontifex nuncijs reſpondiſſet, ſacramento ſe obligatū Dario, ne arma

contra

contra eum ſumeret, idq́; ratum fore quādiu ille vixerit: iratus Alexander, Tyri quidē op pugnationem non omiſit, qua breui potiturus videbatur: minatus eſt tamen hac capta, mox ſe ducturum contra Pontificem, vt oēs diſcant, cui iuſiurandum ſeruari oporteat. Quare non parcens labori, tandem Tyrum expugnauit, & conſtitutis in ea rebus, Gazā profectus, in ea Babemeſem Perſici præſidij præfectum obſedit. Interea Sanaballetes ratus iam adeſſe tempus, à Dario defecit: & aſſumptis octo milibus de ſua prouincia, in Alexandri caſtra ſe contulit. Cumq́ue offendiſſet eum Tyri oppugnationem aggredientem, & ſuam prouinciam eius fidei commiſit, & hunc pro Dario dominum libenter agnouit: A quo obuijs manibus exceptus, liberè iam quid vellet elocutus, ait ſe generum habere Manaſſem, Iaddi Iudæorum Pontificis fratrem: eum ſequi multos illius gentis homines, & velle in ſua prouincia templum extruere: idq́ue fore in rem ipſius regis, ſi diuidatur Iudæorum potentia: ne fortè de communi ſententia rebellantes, multum negotij regibus faceſſant, quemadmodum ſoliti ſunt Aſſyrijs imperantibus. Quod vbi impetratum eſt, omni ope adnitēs templum ædificauit, & Manaſſem eius

ſacerdotem cōſtituit, ampliſsimū hunc honorem filiæ ſuæ poſteris relicturum ſe exiſtimans. Septem autem menſibus in Tyri oppugnatione, & in Gaza duobus abſumptis, Sanaballetes fato functus eſt: Alexāder verò expugnata Gaza, Hieroſolyma properè petijt. Iaddus verò Pontifex poſtquam hoc audiuit, ſolicitus hærebat inops cōſilij, nec inueniens quomodo regem deberet excipere, iratum eò quòd antea neglexiſſet imperata eius facere. Ergo indictis populo ſupplicationibus, & immolatis Deo victimis, ad opem eius confugit, illi publicā ſalutem commendans. Proxima deinde poſt ſacrificium nocte, in ſomnis ei Deus apparuit, iubens vt bono eſſet animo, & coronata vrbe, portas aperiret: vtque populus in albis veſtibus prodiret obuiam, ipſe verò cum reliquis ſacerdotibus ſolenni cultu ſui ordinis, ſecuri de Dei prouidentia. Experrectus autem è ſomno, lætus ciuibus hoc oraculum indicat, & paratis omnibus vt in ſomnis præmonitus fuerat, regis aduentum præſtolabatur. Et cùm renunciatum eſſet, eum iam non procul ab vrbe abeſſe, progreſſus eſt cum ſacerdotibus & vrbana multitudine, pompa quadam noua & venerabili, vſq; ad locum qui dicitur Sapha, quæ vox ſpeculam ſigni-

ſignificat: quòd ibi & vrbs & templum in proſpectu ſit. Et cùm Phœnices ac Chaldæi ſperarent ſibi licere, quicquid iratus rex poſſet permittere, direptionem vrbis, & Pontificis exquiſitum ſupplicium, planè contrarium euenit. Alexander enim vt vidit è longinquo candidatũ populum, & ſacerdotes ante agmen in amictu byſsino, Pontificéq; in ſtola hyacinthina auro diſtincta, tiarã in capite geſtantem cum præfixa aurea lamina inſculpta Dei nomine: ſolus ad eũ accedens, nomen illud adorauit, & ſalutauit Pontificẽ. Iudæis autem omnibus vno ore Alexãdrum conſalutantibus, & in orbem cingentibus, Syriæ reges & reliqui obſtupuerũt, vix credentes regem mentis compotem: ſolus Parmenio propius accedens, rogauit familiariter, quid ita cũ ipſe adoraretur ab omnibus, nunc adoraret Iudæorum Pontificem. At ille non hunc ſe adoraſſe reſpondit, ſed Deo cuius Pontifex eſſet, honorem eum exhibuiſſe: Hunc enim, inquit, vidi & antea hoc ipſo habitu, cũ adhuc eſſem in Dio Macedoniæ, qui me deliberantem quomodo Aſiam poſſem ſubigere, hortatus eſt forti eſſe animo, & ſine mora exercitum traijcere. Nam ſuo ductu potiturum me Perſarum imperio. Quapropter quia nunc primùm talem ha-

bitum vidi, agnoſcens hunc & viſionis memor, quæ me ad hãc expeditionem impulit, puto me non ſine numine in Darium exercitum ducere, & breui fore victoriæ compotem: & ſublato Perſarum imperio, ceſſura mihi omnia ex ſententia. Hæc locutus ad Parmenionem, & comiter complexus Pontificem deducentibus ſacerdotibus in vrbem peruenit: & aſcendens in templum, immolauit Deo ex ſacerdotis pręſcripto, ac Põtifici quoq; ſuũ honorem exhibuit. Oſtenſóq; ſibi Danielis libro, in quo Græcum quendã Perſas debellaturum ſignificat, hunc ipſum ſe eſſe interpretatus, lœtus dimiſit multitudinem. Sequenti verò die vocatis eis, iuſſit vt quicquid vellent, peterent. Pontifice autem petente vt patriis legibus viuere ſibi liceat, vtque ſeptimo quoque anno concederetur eis tributorum immunitas, cõceſsit omnia. Rogantibus deinde vt eos quoque Iudæos, qui Babyloniã ac Mediam colerent, ſineret vti inſtitutis propriis, hîc etiam poſtulatis eorum ſatisfacturum ſe eſt pollicitus. Et cùm feciſſet eis poteſtatem, ſi qui vellent ſaluis ſuis ritibus ſequi eius militiam, multi in eam expeditionem dederunt nomina. Atque his apud Hieroſolyma actis, mouit inde in alias propinquas

vrbes

vrbes exercitum. Cumque ab omnibus amicè exciperetur, Samaritæ quorum tunc caput erat Sicima ſita ad montem Garizim, & habitata à deſertoribus gentis Iudaicæ, videntes quòd Alexander Iudæos tractaret tam magnificè, decreuerunt ſe quoque Iudæos profiteri. Sunt enim Samaritæ hoc ingenio, vt & antè diximus, in rebus Iudæorum afflictis negantſe cognatos, veritatem tunc dicendo: cùm verò affulgere eis fortunam viderint, confeſtim in ſocietatem irruunt, attinere ad ſe affirmando, & à Ioſepho eiusque filijs Manaſſe & Ephræmo ſeriem generis ſui deducendo. Igitur ſplendido paratu, & magnam alacritatem præ ſe ferentes, regi occurrunt penè in Hieroſolymitano agro, col laudatiſque ab Alexandro omnibus, Sicimitæ eum adeunt, aſſumptis ſecum militibus quos Sanaballetes miſerat: rogantes vt inuiſat ipſorum vrbem, & illud quoq; templum pręſentia ſua honoret. Ille pollicitus eſt, hoc in reditu ſe facturum. Cumque poſtularent vt ſeptimi anni tributum ſibi remitteretur, nam ne ſe quidem in eo ſeminare, quęſiuit quinam eſſent qui hoc rogarent. Illis verò dicentibus, Hebræos quidem ſe eſſe, ſed Sicimitas

Samaritarum ingenium.

vocari à Sidoniis, iterum quæſiuit an Iudæi eſſent. Negantibus illis, equidem (inquit) Iudæis id conceſsi: Reuerſus tamen & re diligentiùs cognita, faciam quod æquum videbitur. Atque hoc pacto Sicimitas dimiſit. Sanaballetes autem milites iuſsit, vt ſe in Ægyptum ſequantur: ibi enim ſe agros eis diuiſurum: Id quod paulò pòſt fecit in Thebaida, iuſsis ei regioni eſſe præſidio. Poſt obitum autem Alexandri, imperium quidem eius inter ſucceſſores eſt diuiſum: templũ verò in Garizim monte ſitum, manſit incolume. Et ſi quis apud Hieroſolymitas aut illiciti cibi ſumpti, aut violati ſabbati, aut ſimilis criminis reus ageretur, ad Sicimitas confugiebat, calumniã ſe paſſum dictitans. Eodem verò tempore etiam Iaddus Pontifex obierat, Onia filio ſucceſſore: atque in eo ſtatu res Hieroſolymitanæ tunc fuere. Et libro 12. capite 7. Samaritæ autem videntes in tali calamitate conſtitutos Iudæos, non amplius profitebantur ſe cognatos eorum, neque Garizitanum templum eſſe Dei maximi, nihil abſonum facientes à ſuo ingenio, de quo ante diximus: ſed dicentes ſe Medorum & Perſarum colonos, vt re vera ſunt, miſerunt legationem ad Antiochum, cum epiſtola

ſcripta in hũc modum : Regi Antiocho Deo illuſtri ſuggeſtio à Sidoniis in Sicimis habitantibus. Maiores noſtri compulſi crebris ſuæ regionis peſtilentiis, & inducti veteri quadam ſuperſtitione, morem fecerunt obſeruandi eam feſtiuitatem, quę apud Iudæos vocatur Sabbatum : & extructo in Garizino monte templo innominati numinis, immolauerunt in eo ſolennes victimas. Nunc autem ex quo tibi viſum eſt, in Iudæos, vt eorum malitia dignum eſt, animaduertere, qui exequuntur mandata regia, exiſtimantes nos hæc propter eorum cognationem facere, volunt nos in cõmunem cum illis cauſam inuoluere, cùm ſimus ab origine Sidonij, quemadmodum extat relatum in noſtris annalibus. Rogamus igitur te ſeruatorem ac beneficum, vt mandes Apollonio noſtro prę ſidi, & Nicanori procuratori regio, ne quid poſt hac nobis moleſti ſint, quaſi hærentibus in eodem cum Iudæis crimine, à quibus tàm diuerſi ſumus moribus, quàm origine: vtque templum quod hactenus nullius Dei titulum habuit, poſthac vocetur Iouis Græcanici. Hoc enim pacto erimus à moleſtiis liberi : & ſecuriùs intendentes priuatis negotiis, maiora tibi poterimus tributa ſoluere. Poſt hanc Samaritarum ſupplicationem rex

& ipſam

& ipſam & talem epiſtolam remiſit. Rex Antiochus Nicanori. Sidonij qui ſunt apud Sicima, miſerũt ad nos ſuggeſtionem, quam his literis adiunximus. Quoniam igitur nobis & amicorum conſilio ſatis approbauerunt qui in hoc miſsi ſunt, quòd alieni ſint à Iudæorum criminibus, & placet illis iuxta Græcorum inſtituta viuere, abſoluimus eos, quantum ad hanc cauſam & eorum templum attinet, quòd poſthac appelletur Iouis Græcanici. Eadem autem & Apollonio magiſtratui ſcripſimus, anno quadrageſimo ſexto, menſis Hecatombæonis vndecima.

Et cap.1.eiuſdem libri. Seditiones continuæ fuerunt inter Iudæorum poſteros & Samaritas, inſtituta patria peruicaciter retinentes: pugnabantq; inter ſe iugiter, dum Hieroſolymitani ſuum templum ſacroſanctum eſſe affirmant, & victimas à Iudæis non aliò mittendas: Samaritæ contrà in montem Garizim eas mitti debere contendunt.

Et lib.13.cap.6. Apud Alexandriam inter Iudæos & Samaritas, qui ſub Alexandro magno Garizitani templi religionem induxerunt, ſeditio eſt exorta de ſacris ipſorum, ita vt res ad regis cognitionem perueniret: dum Iudæi contendunt, iuxta Moyſi præſcripta Hieroſolymitanum templum eſſe legitimũ,

Samaritæ verò, Garizitanum: prouocatũq; eſt ad regem & amicorum eius conſeſſum, vt ab his cauſa audiretur, & vtrius partis cau ſidici ſuccumberent, morte mulctarentur. Patrocinabatur Samaritis Sabbęus cũ Theo doſio, Hieroſolymitanis Iudæis Andronicus Meſſalami filius: iurauerũtq; per Deum & regem quòd ex lege probationes allaturi eſſent, & rogauerunt regem vt necaret eum, qui iuſiurandum non ſeruaſſe deprehenderetur. Itaque rex multis amicis in conſilium adhibitis, conſedit cauſam auditurus. Iudæi verò qui Alexandriam habitabant, valdè erant ſoliciti pro tuentibus iura Hieroſolymitani templi, ægrè ferentes authoritatem antiquiſsimi & nobiliſsimi in orbe templi vocari in diſcrimen. Sed cũ Sabbæus & Theodoſi⁹ cõceſsiſſẽt Andronico, vt prior diceret, orſus ex lege approbare eius ſanctitatem & religionẽ, oſtẽdenſq; per cõtinuas Pontificũ ſucceſsiones, ſacerdotij vſq; in ſua tempora propagationem, et ab omnibus Aſię regibus maieſtatem eius loci honoratam donariis: Garizitani verò, ac ſi omnino nullum eſſet, nunquã ab his habitã rationẽ: his & talibus rationib' perſuaſit regi, vt decerneret Hiero ſolymitanũ eſſe ex ſentẽtia Moyſis conditũ, Sabbam verò & Theodoſium addiceret ſup

plicio

apud Ptolomæum Philometorem, vt iam antè diximus, videns Iudæam vaſtatam à Macedonibus eorumq; regibus, & ſibi æternam memoriã parare volens, decreuit à rege Ptolomæo & regina Cleopatra per literas petere, vt ſibi liceat in Ægypto inſtar illius Hieroſolymitani templi ædificare, & in eo leuitas & ſacerdotes ex ſuo genere conſtituere. Hoc autem conſilium cepit, fretus maximè prophetæ Eſaiæ vaticinio, qui ante ſexcẽtos amplius annos prænunciârat fore omnino, vt templum aliquando Deo maximo ædificaretur in Ægypto, idq; hominis Iudæi opera. Hoc igitur oraculo excitatus, ſcribit Ptolomæo & Cleopatræ talem epiſtolam. Dum in bello ſtrenuam vobis operam nauãs cum Deo varias regiones obirem, animaduerti apud Cœleſyriam & Phœnicen & Leontopolim, quæ eſt in præfectura Heliopolitana, aliiſq; in locis Iudæos prçter decorum habere tẽpla, & ideo malè inter eós cõuenire: quod & Ægyptiis vſu venit, propter multitudinẽ templorum & diuerſitatem religionum.
Et quia locum idoneum inueni apud caſtrũ, quod agreſtis Bubaſtis dicitur, plenum varia materia ſacriſque animalibus, rogo vt mihi permittatis templum quod illic eſt, nulli ſacratum numini iamq; collapſumre, purgare,

& a-

& aliud loco eius Deo maximo extruere, ad Hieroſolymitani illius ſimilitudinem, pari etiam modo & mēſura, pro ſalute tua & reginæ atque liberorum veſtrorum: vt Iudæi qui Ægyptum incolunt illuc conuenientes, quo magis alunt mutuam concordiam, eo accommodatiores fiant tuis vſibus. Nam & Eſaias vates prædixit, quòd erit Domino Deo ſacrarium in Ægypto: & alia multa de eo loco cecinit. His Oniæ literis acceptis, rex & ſoror eius ac coniunx Cleopatra declarauerunt ſuam pietatē per epiſtolam, quam ei reſcripſerunt. Nam peccatum hoc & præuaricationem legis à ſe in Oniæ caput reiecerunt. Sic enim reſcriptum habet. Rex Ptolomæus & regina Cleopatra Oniæ gaudiū. Legimus tuas literas in quibus poſtulas vt tibi permittamus, illud apud Leontopolim præfecturæ Heliopolitanæ collapſum templum repurgare, quod vocatur agreſtis Bubaſtis: quod ſanè miramur, ſi poterit acceptum eſſe Deo templum ſtatutum in impuro loco & pleno animalibus. Sed quoniam ais Prophetam Eſaiam iam olim hoc prædixiſſe, permittimus tibi hoc, quatenus poteſt ſalua legis obſeruatione fieri, ne videamur per hoc peccare in Dominum. Onias igitur impetrato loco, extruxit ibi templum & altare

tare

tare Deo ad Hieroſolymitani ſimilitudinē: ſed minus & non peræquè opulentum. Menſurā verò eius & vaſa nunc non libet repetere, cōmemorata iam antè in ſeptimo belli & captiuitatis Iudaicæ volumine. Nec defuerunt Oniæ ſimiles ipſius Leuitæ ac ſacerdotes, qui illic diuinum cultum frequentarent, & inſtaurarent cæremonias. Et lib. 7 belli Iudaici. cap. 30. ita de eodem templo dicit. Lupus tunc Alexandriam rector adminiſtrabat, & de hoc ad Cæſarē motu velociter retulit. Ille autem inquietū Iudæorum circa res nouas ſtudium cauendum eſſe exiſtimās, ac veritus ne rurſus in vnum congregarentur, & quoſdam ſibi adiungerent, præcepit Lupo, vt templū Iudæorū, quod eſſet apud Onion (quę ſic appellatur) ciuitatem, deſtrueret: Hæc autem eſt in Ægypto: quæ ob hāc cauſam & coli cœpit, & nomen ſumpſit.

Onias Simonis filius, vnus ex Pontificibus, ex Hieroſolymis fugatus, Antiocho rege Syriæ cum Iudæis bellum gerente, Alexandriam venit: & à Ptolomæo ſuſcipitur humaniſsimè, propterea quòd Antiocho erat inimicus: ait ſe gentem Iudæorum eius auxilio ſociaturum, ſi dictis ſuis obtemperaſſet. Cùm autem rex ea quæ poſſent fieri annuiſſet, rogauit vt in aliqua parte Ægypti tem-

templum ſibi ædificare permitteret, & more patrio Deum colere. Ita enim et Antiochum magis odioſum Iudæis, qui templum apud Hieroſolymam vaſtauiſſet, ipſiq; beneuolentiores eos fore, eoq; multos ad eũ religionis diligentia colligẽdos. Paruit his Ptolomæus, eiq; locum dedit, cẽtum & octoginta ſtadiis à Memphi diſtantem: Heliopolitanus autem ille tractus dicitur: vbi caſtello fabricato, Onias templum quidem diſsimile ei quod eſt in Hieroſolymis, turrim autem ſimilem extruxit, ingentibus ſaxis ſexaginta cubitis erectam. Aræ autem fabricam ſecundùm patriam imitatus eſt, & donariis ſimiliter exornauit, præter candelabri confectionem. Candelabrum enim non fecit, ſed informatũ aureum lychnum tanquam iubaris luce radiantem, de aurea catena ſuſpendit. Totum verò circa templum ſpacium cocto latere circundedit, ſaxeas portas habente. Conceſsit autem rex etiam multum agri modum, ac pecuniæ reditus: vt & ſacerdotibus eſſet copia ad multa, quæ Dei cultus deſideraret. Non tamẽ hæc Onias ſana voluntate faciebat: ſed erat ei contentio cum Iudæis apud Hieroſolymam degentibus, propter fugæ memorem iracundiam. Et hoc templo ædificato, arbitrabatur ad id ſe omnẽ ab Hieroſolymis mul

titu-

titudinem reuocaturum. Fuerat autem olim prædictio quædam annis noningentis ſeptuaginta: Eſaiaſq́; prædixerat huius templi futuram in Ægypto conſtructionem à quodam viro Iudæo. Templum quidem ita fuerat ædificatum. Lupus autem rector Alexandriæ, ſuſceptis literis Imperatoris, cùm ad templum aduenisset, nonnullis ablatis donariis templum claudit. Poſtmodum Lupo mortuo, Paulinus qui eius poteſtati ſucceſſit, neque donariorum quicquam reliquit (vehementer enim ſacerdotibus comminatus eſt, niſi omnia protuliſſent) neque ad templum religionis cauſa adire volentes admiſit: ſed clauſis foribus ita inacceſſum fecit, vt ne veſtigium quidem diuini cultus in eo reſideret. Tempus autem fluxerat vſque clauſum templum, ex quo fuerat conditum, anni trecenti triginta tres.

Hæc Ioſephus de templo Garizitano, & templo ſchiſmatici Oniæ. In his duobus ſchiſmaticis templis vides graphicè depicta hæreſes & ſchiſmata. Vides ſchiſmatica templa poſt ædificationem veri templi Dei ſic exorta, ſicut diu poſt natam Eccleſiam ortæ ſunt hæreſes. Vides ſchiſmatica templa condita ab iis, qui aut ambitionem & amorem illiciti coniugij, ſicut Manaſſes, aut iracun-

diam & inuidiam in veri templi ſucceſſum, ſicut Onias, vincere non poterant: Quæ eædem hodie quoq; ſunt cauſæ hereſeῶν. Vides hæc templa confirmata ab iis, qui amore illicitarum nuptiárum, aut alijs contra legem vitijs capti, diſciplinam veri Pontificis ferre non poterant. Vides quòd & Alexander Magnus, & rex Ægypti inducti ſunt vt hęc tolerarent, ſpe amplificandi & conſeruandi principatus terreni: ſicut & hodie ex talibus cauſis conniuent, nec hæreſibus ſe opponunt illi Principes, qui plus amant regnum terrenum, quàm cœleſte, ita vt poſtea eas ſedare nequeant: Atq; hoc modo, dum (more Iudæorum, volentium occiſo Chriſto cuſtodire à Romanis locum & gentem) terrenum principatum inordinatè cuſtodire volunt, perdunt vtrūq;. Vides præterea, Oniam ſchiſmati ſuo prętexere Eſaiæ ſcripturá, Ptolemęo & Cleopatra ſatis intelligétibus, ſcripturæ in aliorum ſenſum detorſionem: ſicuti nunc ſatis apertum eſt diligenter conſiderantibus, hæreticos abuti ſcripturis eaſque deprauare. Vides in Garizitanis quomodo mutét hęretici ſua idola, hoc eſt hęreſes ſuas: nunc Chriſtianos Euangelicos, Catholicos, & Patribus conſentientes ſe iactantes, nunc autem omnes Patres Chriſtianos, & ipſam

Eccle-

Eccleſiam ab antiquo veritatem fidei commaculaſſe, & iam demum per ipſos Euangelij lucem lucere, prædicantes. Vides item quoſdam ambidextros, qui in quibuſdam cum Catholicis ſentiunt, in quibuſdam cum hæreticis: & dum neutrales eſſe conantur ac medij, atq; ab Eccleſia & exortis hæreſibus alieni fiunt, nouæ hæreſeos quam cõminiſcuntur, crimẽ non euadunt. Vides & martyres quoſdam pro Garizitano templo occumbere: ſicut ſcribit Ioſephus li.7.belli Iudaici, cap.28.29.& aliis locis, ex pertinacia non ſolùm multos ab aliis occiſos, ſed & ſe inuicẽ interfeciſſe.) ſicuti nunc pro hæreſi ſua plurimi moriuntur. Vides veri templi tantam fuiſſe claritatem, vt reges Ægypti, etiã pro tribunali ſedentes, & rem maturè examinantes, pronunciarent templum Hieroſolymitanum ex ſententia Moyſis conditum: ſicuti nunc eſt tanta claritas Eccleſiæ Catholicæ, vt etiam in Turcarum & Iudæorũ oculos incurrat. Vnde & nihil magis hi laborant, quàm vt Romanam & Catholicam Eccleſiam deleant, varijs interim hæreticis, Neſtorianis, Arrianis, Eutychianis, &c, impunè apud eos agẽtibus. Vides quomodo probatum fuerit, Hieroſolymitanum templum eſſe veri Dei: Quia ſcilicet perpetuam

 ab ipſo

ab ipſo Aaron ſacerdotij ſucceſsionem, habuit, & reges antiquitùs illud honorârunt: Sicuti & nunc probamus, illam eſſe veram Chriſti Eccleſiam, quæ Romano Pontifici adhæret: quia ab ipſo Petro Apoſtolo, cui Dominus oues ſuas commiſit, vſq; ad Pium quartum, continua eſt in ea ſacerdotum ſucceſsio: & quia reges & gentes ab antiquo, etiam qui nunc ſchiſmatici ſunt, vt ſunt Angli, quidã Germani, & nonnulli Franci, eam tanquam matrem & magiſtram honorârũt, ab ea diſcentes Chriſtum, & viam ad vitam æternam. Vides in templo Oniæ non fuiſſe tot dona nec tot diuitias, quot in Hieroſolymitano: Quia re vera in ſchiſmaticis Eccleſiis non ſunt illæ amplæ diuitiæ, quæ ſunt in Chriſti Eccleſia, nempe peccatorum remiſsio, vita ſecundùm mandata Dei, vita æterna: etſi ſint linguarum cognitio, eloquentia, falſa ſacræ ſcripturæ per multos libros interpretatio. Vides quoque in templo Oniæ fuiſſe turrim, ſimilem Hieroſolymitanæ: ſed reliqua fuiſſe diſsimilia: ſicuti hæreſes iis qui longè ſunt, nec diligenter & propiùs omnia intuentur, videntur conſentire doctrinæ Chriſti & Euangelio: at ſi propiùs intuearis, inuenis multam diſsimilitudinem. Vides denique templum Oniæ intùs ſimile fuiſſe

fuiſſe Hieroſolymitano, præterquam quòd in eo non erat candelabrum à Moyſe fabrefractum, ſeptem habens lucernas: quo deſignabatur Dominus Chriſtus, plenus ſeptẽ donis Spiritus ſancti, vt ex Apocalypſi & Zachariæ conſtat. Vnde Cyrillus lib.4. in Ioannem, cap.28. tractans de candelabro Moyſi: Candelabrum, inquit, vniuerſum terrarum orbem illuminans, Chriſtus eſt. Ego, inquit, ſum lux mundi. Septem verò lucernæ in candelabro ſunt: quia multis ac variis modis per gratias ſancti ſpiritus credentium animas Chriſtus illuminat. Quæ omnia ex auro fiũt puriſsimo: quia nihil (vt diximus) precioſius Chriſto. Solidum verò haſtile fit: quoniam nihil concauum, nihil leue in Chriſto eſt. Lilia etiam fiunt, propter ſanctificationis odorem. Ego, inquit, ſum flos prati, & lilium vallis. Duos autem ramos in candelabro videri, Zacharias propheta dicit: vt duorum intelligas populorum Deum miſertum fuiſſe, quos & filios appellauit. Vnde clarè patet, Chriſtum candelabro figuratum fuiſſe, qui obedientia & fide Iudæorum Gentiumque populos aſsiſtere ſibi fecit.

Ioan.8.

Canti. 2.

Sic igitur & apud hæreticos multa quidem videntur referre dona Eccleſię & verũ templum: ſed deeſt principale ſiue cãdelabrum,

hoc eſt, ipſe ſol iuſtitiæ Chriſtus, qui permanet cum Eccleſia Catholica & Apoſtolica (id eſt, ea in qua eſt Petri cathedra) omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Hæc eſt enim differentia inter Eccleſiã Chriſti, & legitimum templum eam figurans, quòd res eſt æterna, figura autẽ temporalis, durans tantùm vſque ad veritatem figuratã, quæ in toto terrarum orbe eſt veluti nota domus, firmiter erecta & omnibus manifeſtata. Vnde de figura dicitur: Si auerſione auerſi fueritis vos & filij veſtri, non ſequen-
3.Reg. 9. tes me, nec cuſtodiẽtes mandata mea, & cæremonias quas propoſui vobis, ſed abieritis & colueritis Deos alienos, & adoraueritis eos: auferam Iſrael de ſuperficio terrę quam dedi eis: & templum quod ſanctificaui nomini meo, proijciam à conſpectu meo, eritq́; Iſraël in prouerbium & in fabulam cunctis populis, & domus hæc erit in exemplum. Omnis qui tranſierit per eam, ſtupebit, & ſibilabit, & dicet: Quare fecit Dominus ſic terræ huic, & domui huic? Et reſpõndebunt: quia dereliquerunt Dominum Deum ſuum, qui eduxit patres eorum de terra Ægypti, & ſecuti ſunt Deos alienos, & coluerunt eos, & adorauerunt eos, idcirco induxit Dominus ſuper eos omne malum hoc.

De

24 B

De Eccleſia autem, per templum Salomonis figurata, ſine vlla conditione dicitur: Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: &, Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſq; ad conſummationem ſeculi. Matth. 16 Matt. vlt.

F I N I S.

Hunc libellum de ſumptione Euchariſtiæ ſub vnica ſpecie panis typis excuſum, iudico magno fructu in manus cunctorũ euulgandũ, ego frater Ioannes Hentenius, ſacræ theologiæ Louanii Profeßor.